





VII
S. BONAVENTVRA
OPUSCULA
VOL. II
25
K6
76bis
BRIXIAE
1497











XXXIX

S. BONAVENTURA

Epistolae

Brix 1497

Hunc ego Andreas [illegible] [illegible]

librum

## Hec sunt opuscula: ⁊ Tractat⁹: Que in hoc volumine continentur

¶ Incipit breuiloquiũ Sancti Bonauẽture Cardinalis ordinis minorũ.

f

Flecto genua mea ad patrem dñi nostri ieſu christi. ex quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominaẜ. vt det vobis ſm diuitias glorie ſue virtutẽ corroborari ꝑ ſpm̃ eius in interiori hoĩe. habitare xp̃m ꝑ fidem in cordibus veſtris. ĩ charitate radicati ⁊ fundati. vt poſſitis comp̄hendere cũ oĩbus ſctis. que ſit latitudo: longitudo: ſublimitas: ⁊ profunduꝫ. Scire etiã ſupeminentẽ ſcĩe charitatem xp̄i: vt impleami in oẽm plenitudinẽ dei. Magnus doctor gentiũ ⁊ predicator veritatis: diuino repletus ſpiritu: tanq̃ꝫ vas electũ ⁊ ſanctificatũ: in hoc v̄bo aperit ſacre ſcripture: q̃ theologia diciẜ: ortum: ꝓgreſſum ⁊ ſtatum. Inſinuans ortũ ſcripture attẽdi ſm influentiã beatiſſime trinitatis. Progreſſum auteꝫ ſm exigentiã humane capacitatis. Statũ vero ſiue fructum ſm ſupabundantiã ſuppleniſſime felicitatis. Ortus nãqꝫ nõ eſt per humanã inueſtigatõem: ſed ꝑ diuinã reuelationem. que fluit a patre luminũ: ex quo oĩs paternitas in celo ⁊ in terra noĩaẜ. a quo per filiũ eius ieſum chriſtũ: manat ĩ nos ſpũſſanctus. ⁊ ꝑ ſpm̃ſanctũ diuidẽtem ⁊ diſtribuentem dona ſingulis ſicut vult: datur fides: ⁊ ꝑ fidem habitat chriſtus in cordibus noſtris. Hec eſt noticia ieſu chriſti: ex qua originaliẜ manat firmitas ⁊ intelligentia totius ſcripture ſacre. Vñ ⁊ impoſſibile eſt ꝙ aliquis in ĩpam ingrediaẜ agnoſcendam: niſi prius xp̄i fidem habeat ſibi infuſam. tanq̃ꝫ ipſius totiꝰ ſcripture lucernam ⁊ ianuã ⁊ etiã fundamentum. Eſt enim ipſa fides oĩm ſupnaturalium illuminationũ q̃ꝫdiu ꝑegrinamur a dño: et fundamentũ ſtabiliens. ⁊ lucerna dirigens. ⁊ ianua introducens. Scd̃m cuius etiam menſuram neceſſe eſt menſurari ſapientiã nobis diuinitus datã. ne q̃s ſapiat plus q̃ꝫ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatẽ. ⁊ vnicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſurã fidei. Mediãte igitur hac fide daẜ nobis noticia ſacre ſcripture: ſm influentiã beatiſſime trinitatis. iuxta q̊ expreſſe inſinuat apoſtolus ĩ prima parte auctoritatis prius inducte. Progreſſus aũt ſacre ſcripture nõ eſt coarctatus ad leges ratiocinationũ: diffinitionũ ⁊ diuiſionum: iuxta morẽ aliaꝝ ſcientiaꝝ. ⁊ nõ eſt coarctatus ad partẽ vniuerſitatis. ſed potius cũ ſm lumen ſupnaturale ꝓcedat ad dãdam homini viatori noticiã rerum ſufficientẽ. ſm ꝙ expedit ei ad ſalutem. partim per plana verba. ꝑtim per myſtica: deſcribit totius vniuerſi ꝯtinentiam: quaſi in quadam ſũma. in quo attendiẜ latitudo. deſcribit decurſum: in quo attendiẜ longitudo. deſcribit excellentiã finaliter ſaluãdoꝝ. in quo attenditur ſublimitas. deſcribit ⁊ miſeriã dãnatoꝝ: in quo ꝓfunditas ꝯſiſtit. non ſolũ ipſius vniuerſi. verũ etiã diuini iudicij. Et ſic deſcribit totũ vniuerſum quãtuꝫ expedit de ipſo habere noticiã ad ſalutẽ: ſm ipſius latitudinem: longitudinem: altitudineꝫ ⁊ profunditatem. Ipſa etiã habet in ſuo progreſſu hec quattuor: ſm ꝙ poſterius declarabitur. q: ſic exigebat conditio capacitatis humane: que magna ⁊ multa nata eſt magnifice ⁊ multipliciter capere. tanq̃ꝫ ſpeculũ q̊ daꝫ nobiliſſimũ. in quo nata eſt deſcribi: non ſolũ naturaliter: verũ etiam ſupnaturaliter reruꝫ vniuerſitas mundanaꝝ. vt ſic progreſſus ſacre ſcripture attendaẜ ſm exigentiã capacitatis humane. Status vero ſiue fructus ſacre ſcripture nõ eſt quicunqꝫ. ſed plenitudo eterne felicitatis: Nam hec eſt ſcriptura in q̃ verba ſunt vite eterne. que ideo ſcripta ẽ: nõ ſolum vt credamus: verũ etiã vt vitam poſſideamus eternã. In qua quideꝫ videbimus: amabimus. ⁊ vniuerſaliter omnia deſideria noſtra implebuntur. Quibus impletis vere tunc ſciemus ſupereminentẽ ſcientie charitatem. ⁊ ita impleti erimus in omnẽ plenitudinem dei. Ad quã quidem plenitudinem co-





natur nos diuina introducere ſcriptura. iuxta predicte ſententie apoſtolice veritatem. Hoc igitur fine: hac etiam intentione ſacra ſcriptura perſcrutanda eſt ⁊ docenda: ⁊ etiam audienda. ⁊ vt ad iſtū fructum ⁊ terminum recto perueniamus ꝓgreſſu: per viam recti itineris ſcripturarum inchoandū eſt ab exordio. hoc eſt vt cum mera fide ad prēm luminum accedamus: flectendo genua cordis noſtri. vt ipē ꝑ filiū ſuū in ſpūſancto det nobis verā noticiā ieſu chriſti. ⁊ cū noticia amorē ipſius: vt ſic ipm cognoſcētes ⁊ amantes: et tanq̄ȝ in fide ſolidati: ⁊ in charitate radicati: poſſimus ipſius ſacre ſcripture noſſe latitudinē: longitudinē: altitudinē: ⁊ profunditatē. ⁊ per hanc noticiā peruenire ad pleniſſimaȝ noticiā ⁊ excellentiſſimū amorem beatiſſime trinitatis: quo ſctōꝝ tendunt deſideria. ī quo eſt ſtatus ⁊ ꝯplementū oīs veri ⁊ boni.

¶ De latitudine ſacre ſcripture.

Huius ſacre ſcripture fine ꝯcupito ⁊ intento: ⁊ principio credito ſimul et inuocato videndus eſt ꝓgreſſus q̄ntum ad ipſius latitudinē: longitudinem: ſublimitatē ⁊ ꝓfunditatē: ſm viam ⁊ ordiē apoſtolici documenti. Conſiſtit aūt ipſius latitudo in multitudine ſuaꝝ ꝑtium. Lōgitudo vero in deſcriptione tpm ⁊ etatum. Altitudo ī deſcriptione hierarchiaꝝ gradatim ordinataꝝ. Profunditas in multitudine myſticorū ſenſuū ⁊ intelligentiaꝝ. Si igitur velimus latitudinem ſacre ſcripture ſpeculari: pͣma frōte occurrit nobis ſacra ſcriptura ſecanda in duo teſtamenta. ſ. in vetus ⁊ nouum. Vetus autem occurrit cū multitudine libroꝝ. Habet enim libros legales: hyſtoriales: ſapientiales: ⁊ prophetales. ita ꝙ primi ſunt. v. ſcdi. x. tertij. v. quarti ſunt ſex. ac per hoc in vniuerſo. xxvi. Nouum ſimiliter teſtamentum habet libros his corrñdentes: ſm quadruplicem formam. Nam legalibus corrñdēt libri euangelici. hyſtorialibus actus apoſtolici. ſapiētialib⁹ epiſtole apoſtoloꝝ ⁊ maxie pauli ꝓphetalibus corrñdet liber apocalypſis. vt ſic mira ſit ꝯformitas inter vetus ⁊ nouum teſtamentū non ſolū in continentia ſenſuum. verūetiam in quadriformitate partiū. In cuius figuram ⁊ ꝯſignificatōem vidit ezechiel rotam quattuor facieꝝ: ⁊ rotā in medio rote. q2 vetus eſt in nouo ⁊ econuerſo. Et in libris legalibus ⁊ euangelicis eſt facies leonis ꝓpter excellentiam auctoritatis. In hiſtorialibus eſt facies bouis ꝓpter exempla ꝟtutis. In ſapientialibus eſt facies hominis ꝓpter prudentiā ſagacē. In libris ꝓphetalibus eſt facies aquile ꝓpter intelligentiā perſpicacē. Recte aūt ſacra ſcriptura diuiditur in vet⁹ ⁊ nouū teſtamētum: ⁊ nō in theoricam ⁊ practicā. ſicut phĩa. q2 cū ſacra ſcriptura fundet ꝓprie ſuꝑ cognitōem fidei. que virtus eſt et fundamētū moꝝ ⁊ iuſticie: ⁊ totius recte vite: nō poteſt in ea ſequeſtrari noticia reꝝ ſiue credēdoꝝ a noticia moꝝ. Secus aūt eſt de phĩa. que nō tm̄ de veritate moꝝ: verūetiaȝ agit de vero: nuda ſpeculatōne conſiderato. Qm̄ igitur ſcriptura ſacra ē noticia: monēs ad bonū: ⁊ reuocans a malo ⁊ hoc eſt per timorē ⁊ amorem. ideo diuiditur in duo teſtamenta. quoruȝ breuis differentia eſt timor ⁊ amor. Et q2 q̄drupliciter poteſt quis moueri ad bonū ⁊ reuocari a malo. ſ. per precepta potentiſſime maieſtatis. vel per documenta ſapientiſſime ꝟitatis: vel per exempla ⁊ bn̄ficia innocentiſſime bonitatis. vel ex his oībus in vnū collectis. Ideo tam in nouo q̄ȝ in veteri teſtamēto ſunt quadriformiter traditi libri: continentes ſacram ſcripturā. ſm corrñdentiam ad quattuor premiſſa. Nam libri legales monent per precepta maieſtatis oīpotentiſſime. Hiſtoriales per exempla bonitatꝭ innocētiſſime. Sapiētales ꝑ documēta veritatis ſapientiſſime. Prophetales monent ex oīm predictoꝝ aggregatione: ſicut in eis maniſeſtiſſime apparet. Vñ ipſi ſunt q̄ſi rememoratiui totius legalis ſapientie ⁊ doctrine. Eſt igitur ſcriptura ſacra ſimilis fluuio latiſ-

simo: qui ex ɔcursu aquaꝝ multaꝝ aggrega
tur: magis ac magis scḋm q̄ lōgius decurrit.
Nam cū primo in scriptura essent libri lega
les. postea superuenit aqua sapiētie historia-
liū libroꝝ. tertio ꝟo supaduenit doctrina sa-
piētissimi salomonis. post h̄ etiā doctrīa san
ctoꝝ ꝓphāꝝ. Et tandē doctrina euangelica
reuelata p̄ os carnis christi ꝓlata. p̄ euange
listas ɔscripta. per sanctos apostolos diuul-
gata. Additis etiā documentis que spūssan-
ctus sup̄ eos veniēs docuit nos p̄ eos. vt sic
oēm veritatē p̄ spm̄sctm̄ iuxta diuinū ꝓmis-
sum edocti: oīs veritatis salutaris doctrinam
ecclesie christi darent. ꝛ sacrā scripturā ɔsum
mando veritatis noticiā dilatarent.

¶ De longitudine sacre scripture.

Habet etiā hec scriptura sacra longi
tudinē. que consistit in descriptione
tam tempoꝝ q̄ȝ etatū: a principio. s.
mundi vsq̄ȝ ad diē iudicij. Describit enim p̄
tria tempora mūdū decurrere. s. p̄ tp̄us legis
nature. legis scripte: ꝛ legis grē. ꝛ in his tri-
bus tp̄ibus septem distinguit etates. Quaꝝ
prima ē ab adā vsq̄ȝ ad noe. scḋa a noe vsq̄ȝ
ad abraā. tertia ab abraā vsq̄ȝ ad dauid. q̄rta
a dauid vsq̄ȝ ad trāsmigratōem babylonis.
quinta ad transmigratōe babylonis vsq̄ȝ ad
christum. sexta a christo vsq̄ȝ ad finē mundi.
septima decurrit cū sexta. que incipit a quiete
christi in sepulcro vsq̄ȝ ad resurrectōem vni
uersalem qn̄ incipiet resurrectionis octaua.
Et sic scriptura est longissima: q̄ȝ in tractādo
incipit a mundi ꝛ temporis exordio in princi
pio genes. ꝛ peruenit vsq̄ȝ ad finē mundi et
tp̄is. s. in fine apoc. Recte aūt vniuersum tē-
pus: qḋ decurrit scḋm triplicem legē. s. inditā
interius: datā exterius: ꝛ desuper infusam:
decurrit per septem etates: ꝛ ɔsummatur in
fine sexte. vt sic mundi decursus r̄ndeat mū
di exordio. ꝛ maioris mundi decursus corre
spondeat decursui vite minoris mundi. scilicȝ
hoīs: ꝓpter quē etiā factus est. Nam prima
etas mundi: in qua facta est ipsius mundi for
matio. casus demonū: ꝛ conformatio angelo
rum: recte respondet prime diei. in qua facta
est lux: ꝛ diuisa a tenebris. Scḋa in qua per
arcam ꝛ diluuiū saluati sunt boni: ꝛ deleti
mali respondet scḋe diei. in qua per firma-
mentuȝ facta est dictinctio aquarum ab aq̄s.
Tertia in qua vocatus est abraā. ꝛ inchoata
synagoga. que fructificare ꝛ generare debe-
bat ꝓlem ad dei cultū: corr̄ndet diei tertie. in
qua ɔpparuit terra ꝛ protulit herbā virētē.
Quarta in qua viguit regnū ꝛ sacerdotium.
q̄ȝ dauid rex ampliauit cultū diuinū: corr̄ndȝ
quarte diei. in qua facta est formatio lumina
rium ꝛ stellarū. Quinta in qua transmigran
tes inter populos multos versati sunt ꝛ tri-
bulati: corr̄ndet diei quinte. in qua facta ē for
matio pisciū ex aquis. Sexta etas in qua na
tus est christus in effigie homīs. qui vere est
imago dei corr̄ndet sexte diei. in qua forma-
tus est homo primus. Septima in qua ē q̄es
animaꝝ: nō habens finem corr̄ndet septime
diei. in qua requieuit deus ab omni ope qḋ
patrarat. Et sic distingunt̄ he septeȝ etates
ꝓpter insignia facta: que fuerūt in eaꝝ exor
dijs. rōne quoꝝ correspondent diebus for-
mationis mundi. Vocatur aūt prima etas in
fantia. q̄ȝ sicut infantia tota obliuione delet̄.
sic illa prima etas per diluuiū est ɔsumpta.
Scḋa puericia. sicut enim in puericia loqui
incipimus. sic in scḋa etate facta est distinctio
linguaꝝ. Tertia ḋr adolescentia. q̄ȝ sicut vis
generatiua tūc incipit in actū suū exire. sic tūc
vocatus est abraā ꝛ data est ei circuncisio. et
facta est ei promissio de semie. Quarta dici
tur iuuentus. q̄ȝ sicut in iuuentute floret hoīs
etas. sic in quarta etate sub regibus floruit sy
nagoga. Quinta ḋr senectꝰ. q̄ȝ sicut ī senectu
te vires minuunt̄: ꝛ decidit pulcritudo. sic et
in trāsmigratōe factū est de iudeoꝝ sacerdo
tio. Sexta etas ḋr senium. q̄ȝ sicut illa est que
copulat̄ cū morte: habens tn̄ magnā lucem
sapie. sic sexta etas mundi terminat̄ cū die iu
dicij. ꝛ in ea viget sapia per doctrinā christi.

Sic igiẗ totus ille mūdus ordinatissimo de-
cursu: a scriptura sacra describiẗ procedere a
principio vsq₃ ad finē: ad modū cuiusdā pul
cherrimi carminis ordīati. vbi pōt q̇s specu
lari ſm decursum tp̄is varietatē ⁊ multiplici
tatem: ⁊ equitatē. ordinē: rectitudinem ⁊ pul
critudinē multoꝝ diuinorum iudicioꝝ proce
dentiū a sapīa dei gubernante mūdū. Unde
sicut nullus potest videre pulcritudinē car-
minis: nisi aspectus eius feraẗ sup totū v̇sum
sic nullus videt pulcritudinē ordinationis ⁊
regiminis vniuersi: nisi eam totā speculeẗ. Et
q: nullus homo tam longeuꝰ est ꝙ totā pos-
sit videre oculis carnis sue. nec futura potest
per se preuidere: prouidit nobis spiritussan-
ctus librum scripture sacre. cuius longitudo
cōmetitur se decursui regiminis vniuersi.

¶ De sublimitate sacre scripture.

h Abet nihilominꝰ scriptura sacra in
suo processu sublimitatē. q̇ consistit
in descriptione hierarchiaꝝ grada-
tim ordinataꝝ. que sunt hierarchia ecclesiasti
ca: angelica: ⁊ diuina. seu subcelestis: celestis
⁊ supercelestis. Ita ꝙ primā describit paten
ter. sc̄d̄am aliquantulū magis occulte. ⁊ ter-
tiam adhuc magis occulte. Et ex descriptiōe
ecclesiastice hierarchie est alta. Ex descriptio
ne angelice altior. Ex descriptione diuine al-
tissima. Ita vt possimus dicere illud prophe
te. Mirabilis facta est scīa tua ex me: cōfor-
tata ē ⁊ non potero ad eam. Et hoc q̇dez sa-
tis recte. Nam cū res habeant eē in materia:
habeant etiam eē in aīa per noticiā acquisitā
habeāt etiam eē in ea per gratiā. habeāt etiā
eē in ea per gloriam: ⁊ habeant etiam esse in
arte eterna. ph̄ia quidem agit de rebꝰ vt sunt
in natura seu in aīa: ſm noticiam naturaliter
insitam: vel etiam acquisitā. sed theologia tan
q̄₃ scientia sup fidē fundata: ⁊ per spiritūsan-
ctum reuelata: agit ⁊ de eis q̇ spectant ad gra
tiam ⁊ gloriā ⁊ etiam ad sapientiam eternaȝ.
Unde ipsa substernens sibi ph̄icam cognitio
nem: ⁊ assumens de naturis reꝝ: quantū sibi
opus est ad fabricandū speculū: per q̇ꝺ fiat re
presentatio diuinoꝝ: q̄si scalaȝ erigit. q̇ in suo
infimo tangit terram. ⁊ in suo cacumine tan-
git celū. ⁊ hoc totū per illū vnū hierarcham
iesum christū. qui non tm̄ ratione nature hu-
mane assumpte est hierarcha in ecclesiastica
hierarchia. verumetiam in angelica. ⁊ est me
dia persona in illa supcelesti hierarchia bea-
tissime trinitatꝭ. ita ꝙ per ipsum a sūmo capi-
te deo descendit vnctōis gratia. non solum in
barbā: verūetiaȝ in oram vestimenti. q: non
tm̄ in hierusalem supernā: verūetiaȝ vsq₃ in
ecclesiam militantē. Est enim pulcritudo ma
gna in machina mūdana: ſ₃ longe maior in ec
clesia: pulcritudine sanctoꝝ charismatū ador
nata. maxima aūt in hierusalem supna: super
maxima aūt ī illa trinitate sūma ⁊ beatissima
Ideo ipsa scriptura sacra non tm̄ habet altis-
simam materiā per quā delectat ⁊ per quaȝ
in altū leuat intelligentiam mentis. verūetiaȝ
ipsa est venustissima: ⁊ miro quodāmodo in
tellectum nostrū delectat. ⁊ sic magis ac ma-
gis delectando assuefacit ad diuinoꝝ specta-
culorum contuitus ⁊ anagogias.

¶ De profunditate sacre scripture.

h Abet postremo ipsa sacra scriptura
profunditatē: q̇ consistit in multiplici
tate mysticaꝝ itelligētiaꝝ. Nā p̄ter
litteralē sensuȝ hȝ in diuersis locis exponi tri
pliciter. s. allegorice: moraliter ⁊ anagogice.
Est aūt allegoria: q̄n per vnū factū indicatur
aliud factū: ſm q̇ꝺ credendū est. Tropologia
siue moralitas est: quando per id quod factū
est daẗ intelligi aliud q̇ꝺ faciendū est. Anago
gia q̄si sursum ductio: est q̄n daẗ intelligi il-
lud q̇ꝺ desiderandū est. s. eterna felicitas bea
toꝝ. ¶ Recte aūt hic triplex sensus dȝ eē in
sacra scriptura p̄ter intelligentiam litteraleȝ.
q: sic competit ipsiꝰ scripture subiecto: ipsius
auditori seu discipulo: ipsiꝰ origini. ipsiꝰ etiaȝ
fini. ¶ Subiecto inq̄₃ competit. q: ipsa est do
ctrina q̇ est de deo: de christo: de operibꝰ re-
paratōis. ⁊ de credibili. Subiectū enim illius

quo ad substantiá deꝰ: quo ad veritaté christus. quo ad operationé reparatóis opꝰ. quo ad oïa hec est ipsum credibile. Deus aũt est trinus ⁊ vnꝰ. in essentia vnꝰ. in personis trinus. Ideo scriptura q̃ est de ipso hꝫ in vnitate lr̃e triformitaté intelligentie. Christus etiaꝫ cũ sit vnũ verbũ oïa per ipsum facta dicunt. ⁊ in ipso relucent. ita ꝙ eiꝰ sapia est multiformis ⁊ vna. Opera reparationis cũ sint multa: oïa ad christi oblationé p̃ncipaliter habét aspectum. Credibile aũt vt credibile diuersimode relucet: ƀm diuersum statũ credentiũ. Ideo propter conformitaté ad oïa premissa sacra scriptura in vna littera multiformé parit intelligentiam. ¶ Competit etiá hoc auditori. q: nullus conueniens est eius auditor: nisi humilis: mũdus: fidelis: ⁊ studiosus. Jõ sub cortice littere aperte occultat mystica ⁊ profunda intelligentia: ad comprimendũ supbiam: vt ipsius profunditate in humilitate littera latéte: ⁊ superbi comprimant: ⁊ imund repellant. ⁊ fraudulenti declinent. ⁊ negligétes excitent ad intelligentiá mysteriorum. Et q: auditor doctrine istius non est vniꝰ generis sed cuiuslibet: oés enim saluandos oportet aliq̃ de doctrina hac scire: Ideo ipsa multiformé hꝫ intelligentiam: vt sic omné intellectum capiat: ⁊ omni intellectui condescendat. omnem intellectum superexcedat. ⁊ omnem intellectũ sibi diligenter intendenté: multitudine radiositatꝫ sue illuminet pariter ⁊ accédat. ¶ Competit etiá principio a quo est. q: est a deo: per christũ ⁊ spiritũsanctũ loquenté per oïa propheta℞ ⁊ aliorum qui hanc doctriná scripserũt. Qm̃ aũt deus non tm̃ loquit per ꝟba. verumetiam per facta. q: ipsiꝰ dicere facere est: ⁊ ipsiꝰ facere dicere: ⁊ oïa creata tan q̃ꝫ dei effectꝰ inuunt suam cám. ideo in scriptura diuinitꝰ tradita non tm̃ debent significare ꝟba: verũetiam facta. Christus etiá doctor: licet esset humilis in carne: altꝰ tñ erat in deitate. ideo decebat ipsum ⁊ eius doctrinam hr̃e humilitaté in sermone. cũ profunditate sententie. vt sicut christus fuit pánniculis inuolutus: ita sapia dei in scriptura figuris qbusdam humilibꝰ inuolueret. Spũs etiam scũs diuersimode illustrabat ⁊ reuelationes faciebat in cordibꝰ propheta℞. ipsum etiá nullus latere potest intellectꝰ: qui missus erat omné docere veritaté. ideo competebat eiꝰ doctrine vt in vno sermone multiplices laterent intelligentie. ¶ Competit nihilominꝰ ipsi fini. q: scriptura data est vt per ipsam dirigat hõ in cognoscendis ⁊ agendis. vt tandé peueniat ad optata. Et q: omnes creature ad hoc facte sunt: vt seruiant homini tendenti ad supernam patriam: ideo scriptura assumit ipsaruꝫ creatura℞ species diuersas: vt sic per ipsas doceat nos sapientiam dirigenté nos ad eterna. Et q: homo non dirigit ad eterna: nisi cognitiua agnoscat verũ credendũ. ⁊ operatiua faciat bonũ operandũ. ⁊ affectiua suspiret ad deũ videndum ⁊ amandũ ⁊ perfruendũ hinc est ꝙ scriptura sacra per spm̃sanctuꝫ data assumit librum creature. referendo in finé ƀm triplicem modũ intelligentie: vt sic ꝑ tropologiam habeamus noticiá agendo℞ moraliter. per allegoriá credendo℞ veraciter. ꝑ anagogiam desiderando℞ delectabiliter. vt sic purgati per virtuosam operationé: illuminati per radiosam fidem: ⁊ perfecti per ardétissimam charitatem: perueniamus tandem ad brauium felicitatis eterne.

¶ De mõ procedendi ipsius sacre scripture.

In tanta igit multiformitate sapientie q̃ in ipsius sacre scripture continet latitudine: longitudine: altitudine: ⁊ profundo vnꝰ est cõmunis modus procedendi auctenticꝰ: videlicet intra qué continet modus narratiuꝰ: preceptorius: prohibitiuꝰ: exhortatiuꝰ: predictiuꝰ: cõminatorius: ꝓmissiuꝰ: deprecatoriꝰ: ⁊ laudatiuꝰ. Et omnes hi modi sub vno modo auctético reponunt. ⁊ hoc qdé satis recte. Q: eni hec doctrina est: vt boni fiamus ⁊ saluemur. ⁊ hoc non fit per nudá considerationé: sed potius per indi

nationem voluntatis. ideo scriptura diuina
eo modo debuit tradi: quo modo magis pos
semus inclinari. Et quia magis mouet affectus
ad exempla q̄z ad argumenta. magis ad pro
missiones q̄z ad rocinatões: magis ꝑ deuo-
tiones q̄z per diffinitões. ideo scriptura ista
non debuit habere modū diffinitiuū: diuisi-
uum et collectiuū: ad probandū passiones ali
quas de subiecto ad modū aliarū sciaꝝ. sed
oportuit ꝙ haberet modos proprios ſm va
rias inclinatões aĩoꝝ: diuersimode aĩos in-
clinantes. vt si qs non mouet ad precepta et ꝓ
hibita. saltem moueat per exempla narrata.
Si quis non per hec mouet: moueat per bñ
ficia sibi ostésa. Si quis nec per hec mouet:
moueat per monitiones sagaces. per ꝓmis-
siones veraces: per cōminatiões terribiles:
vt sic saltem excitet ad deuotioné et dei lau-
dem. in qua percipiat gratiá: per quá dirigat
circa opera virtuosa. Qm̄ igit hi modi nar-
ratiui non pn̄t fieri per viam certitudinis ra-
tionū. quia particularia gesta probari non pos-
sunt. ideo ne scriptura ista tanq̄z dubia vacil-
laret: ac per hoc minus moueret: loco certitu-
dinis rõnis prouidit deus huic scripture cer-
titudiné auctoritatꝪ: q̄ adeo magna est ꝙ om-
nem perspicuitaté humani ingenij supexcel-
lit. Et quia non est certa auctoritas eius qui pōt
fallere et falli: nullus aūt sit qui falli non pos-
sit et fallere nesciat nisi deus et spiritussanctus.
hinc est ꝙ ad hoc ꝙ scriptura sacra modo si
bi debito esset ꝑfecte auctentica: non per hu-
maná inuestigatoné est tradita: sed per reue
lationé diuiná. ideo nihil in ipsa conténendū
tanq̄z inutile: nihil respuendū tanq̄z falsum:
nihil repudiandū tanq̄z iniquū: pro eo ꝙ spi
ritussanctus eius auctor perfectissimus nihil po
tuit dicere falsum. nihil sup̄fluū: nihil diminu
tum. et propterea celū et terra transibunt: ṽ-
ba scripture sacre non preteribunt: qn imple
antur. donec eni celum et terra transeat: iota
vnuz aut vnus apex non preteribit a lege do
nec omnia fiant. saluatore testante. Qui ergo
soluerit ea que scriptura docet. et docuerit sic
homines. hic minimus vocabit in regno ce-
lorum. qui autem fecerit et docuerit hic ma-
gnus vocabitur in regno celorum.

¶ De modo exponendi sacram scripturaꝫ.

Q Ueadmodū aūt scriptura hec spe-
cialem hꝫ modū procedédi: sic iuxta
suū procedendi modum speciali suo
modo debet intelligi et exponi. Cū enim ipsa
sub vna lr̄a multiplicé tegat intelligétiá. expo
sitor dꝫ abscōdita ꝓducē: i lucem et illá eductá
manifestare per aliá scripturá magis paten-
tem. sic̄ si exponeré illud ps̄. Apprehéde ar-
ma et scutū: et exurge in adiutoriū mihi. et ve-
lim explicare q̄ sint arma diuina: dicá ꝙ eius
veritas et bona volūtas. et ꝙ ita sit probat ꝑ
scripturá apertá. Nam et scribit alibi. Scuto
bone volūtatis tue coronasti nos. Et iterum.
Scuto circūdabit te veritas eius. Ad qđ nō
pōt quis de facili ꝑtingē. nisi ꝑ assuefactioné
lectõis textū et litterá biblie cōmendet memo
rie. alioquin in expositiōe scripturaꝝ nunq̄z
poterit esse potens. Un̄ sic̄ qui dedignat pri
ma addiscē elementa ex quibus dictio integra
tur: nunq̄z pōt cognoscē nec dictionū signifi-
catum nec rectá legé constructionū. sic q litte
ram sacre scripture spernit: ad spūales eius in
telligentias nunq̄z assurget. Attendat aūt ex-
positor ꝙ non vbiq̄z requirenda est allego-
ria: nec oĩa sunt mystice exponenda. Propter
qđ notandū est ꝙ scriptura sacra q̄ttuor ha-
bet partes. Una est in q̄ ſm litteram agit de
mundanis naturis: et per illas significat repa
tionem nostrá. sicut apparet in descriptione
formationis mūdi. Alia est in qua agit de acti
bus et processibus illius populi israelitici: et ꝑ
illos significat reparationé generis humani.
Tertia est in q̄ nudis ṽbis significat et expri-
mit ea q̄ pertinét ad nostram saluté q̄ztuꝫ ad
fidem vel mores. Quarta est in qua prenun-
ciat nostre salutꝪ mysteriū partim ṽbis nudis
partim enigmaticis et obscuris. Et propterea
scriptura in his locis varijs non est vniformi

ter exponenda. ¶ Debet aūt expositor diri-
gi in expositione sacre scripture sm triplicem
regulā: q̄ trahi pōt de verbis beati Augusti-
ni lib. de doctrina christiana. Prima est hec.
Ubicūqꝫ in hac scriptura prima verboꝝ si-
gnificatio significat res creatōis: siue singula
res actus humane conuersatōis: ibidem res
significate per ꝟba primo significanť: deinde
nostre reparatōis mysteria. Ubi ꝟo prima
significatio ꝟboꝝ exprimit fidē siue charita-
tem. ibi nulla est allegoria q̄renda. Secunda
regula est ista. Ubi verba huius scripture si
gnificans res creatōis aut conuersatiōis po-
puli israelitici. ibi q̄rat ex alio scripture loco:
quid q̄libet res significet. ⁊ deinde significa-
tionē suam eliciat per verba nude significan
tia fidei veritatē. vel morum etiā honestatē.
vtpote si dicať. oues pariunt gemellos fetus
oñdat ꝙ oues significant ibi hoies. ⁊ gemi-
nus fetus geminā charitatem. Tertia regula
est ista. Qñ aliqua scriptura hꝫ aliqueꝫ intel-
lectū litteralem ⁊ spūalem: dꝫ discutē exposi-
tor vtrū illa attributio conueniat historico: an
spūali significato. si forte vtriqꝫ nō poterit cō
uenire. Si aūt vtriqꝫ competit: tūc litteraliter
⁊ spūaliter dꝫ affirmari. Si ꝟo altero modo
tm̄: tunc spūaliter solū dꝫ intelligi. sic sabbatū
legis esse ꝑpetuū. sacerdotiū eternū: possessi
onem terre eternā. ⁊ pactum circūcisionis eē
eternū. que oia ad spūale significatū referen
da sunt. ¶ Ad hoc aūt ꝙ per sacraꝝ scriptu
rarum siluā quis secure incidendo ⁊ exponē
do incedat: opus est vt priꝰ nouerit ipsius sa
cre scripture veritatē per ꝟba explicita. vicꝫ
vt attendat quomodo scriptura describat ini
tium: progressum ⁊ consūmationē dupli'is
corporis quasi ex opposito se respicientium.
bonoꝝ. s. qui hic se humiliāt vt exaltenť sem
piternaliter ⁊ in futuro. ⁊ malorūꝫ qui hic se
exaltant: ⁊ eternaliter deprimunť. Unde ipsa
agit de toto vniuerso. q̄ꝫtū ad summū ⁊ imū
primum ⁊ vltimum. ⁊ quantū ad decursuꝫ in
termedium sub forma cuiusdam crucis intel
ligibilis: in qua describi hꝫ ⁊ quodāmodo vi
deri lumine mētis tota machina vniuersi. ad
quam quidē intelligendā oportet nosse reruꝫ
principiū. s. deum ipsarum rerum creationē:
lapsum: redemptionē per sanguinē iesu chri-
sti. reformationē per gratiā: curationē per sa
cramenta: ⁊ tandē retributionē per penam ⁊
gloriam sempiternā. ¶ Et q: hec doctrina tā
in scriptis sanctoꝝ q̄ꝫ etiam doctoꝝ sic diffu
se tradita est. vt ab accedentibus ad scriptu-
ram sacrā audiendā nō possit per longa tp̄a
videri nec audiri: propter qd̄ etiaꝫ noui theo
logi frequēter ipsam scripturam sacrā exhor
rent tanq̄ꝫ incertam ⁊ inordinatā: ⁊ tanq̄ꝫ q̄n
dam siluam opacā. Rogatus a socijs: vt de
paupertaticula scientiole nostre aliquid bre-
ue in summa dicerē de veritate theologie: eo
rumqꝫ precibꝰ deuictꝰ assensi breuiloquium
quoddā facere: in quo summatim non oia: sꝫ
aliqua magis oportuna ad tenendū: breuiter
tangerenť. addens simul cū hoc rationē ali-
quā ad intelligendū sm ꝙ occurrebat ꝓ tp̄e.
Quia ꝟo theologia sermo est de deo ⁊ de
primo principio: vtpote q: ipsa tanq̄ꝫ scientia
⁊ doctrina altissima: oia resoluit in deū tanq̄ꝫ
in principiū primū ⁊ summū. ideo in assigna
tione rōnū. in oibus q̄ in hoc toto opusculo
vel tractatulo continenť. conatus suꝫ rationē
sumere a primo principio: vt sic oñderē veri
tatem sacre scripture esse a deo: ⁊ de deo: ⁊
sm deum: ⁊ propter deum. vt merito ista sciē
tia appareat vna esse ⁊ ordinata. ⁊ theologia
non imerito nuncupata. Si quid igiť imper
fectum vel obscurum: vel superfluū vel mi-
nus rectum ibi fuerit: venia occupatiōi: ⁊ bre
uitati tp̄is: ⁊ paupercule scientie concedatur.
Si quid vero rectuꝫ: soli deo honor ⁊ gloria
referatur. Ut autem sequentia clarius eluce
scant: titulos particulares capitulorum pre-
mittere curaui. ad faciliorem memoriam ⁊ lu
cidiorem contuitum dicendorum: que septem
patritionibus: ⁊ septuagintaduobus capitu-
lis distinguuntur.

¶ Incipit pars prima de trinitate dei.

Capitulum primum de illis ſepteꝫ de quibus eſt theologia in ſumma.

i In principio intelligenduꝫ eſt ꝙ ſacra doctrina. ſ. theologia q̃ principaliter agit de primo principio. ſ. d̛ deo trino ⁊ vno: de ſeptem agit in vniuerſo. ſ. de trinitate dei. de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatõe verbi. de gratia ſpiritusſancti. de medicina ſacramẽtali. de ſtatu finalis iudicij. ¶ Ratio aũt ad intelligentiam huius veritatis hec eſt. Quia cũ ſacra ſcriptura ſiue theologia ſit ſcientia dans ſufficientem noticiam de primo principio ſecundum ſtatum vie: ſ̄m qđ neceſſariũ eſt ad ſaluté: ⁊ deus non tm̃ ſit reruꝫ principiũ ⁊ exemplar effectiuũ in creatione. ſed etiam refectiuũ in redemptõe. ⁊ ꝑfectiuũ in retributione. ideo nõ tm̃ agit de deo creatore: ſed etiam de creatore ⁊ creatura. Et q: creatura rõnalis que eſt quodãmodo finis oiuꝫ. non ſtetit: ſꝫ ſuo caſu indiguit repari. iõ agit de corruptela peccati: medico: ſanitate: ⁊ medicina. ⁊ tandé de curatione ꝑfecta: q̃ erit in glia: impijs proiectis in penã. Ideoqꝫ ipſa ſola eſt ſcientia ꝑfecta. qm̃ incipit a primo qđ eſt primũ principiũ. ⁊ peruenit ad vltimũ qđ eſt p̄miũ eternũ. Incipit a ſummo qđ eſt deꝰ altiſſimus creator omniũ. ⁊ peruenit ad infimum qđ eſt infernale ſuppliciũ. Ipſa etiã ſola eſt ſapientia ꝑfecta. que incipit a cauſa ſumma vt eſt principiũ cauſatoꝝ. vbi terminatur cognitio philoſophica. ⁊ tranſit per eã vt eſt remediũ peccatoꝝ. ⁊ reducit in eaꝫ. vt eſt premium meritoꝝ ⁊ finis deſiderioꝝ. Et in hac cognitione eſt ſapor perfectꝰ: vita ⁊ ſalus aiarum. Et ideo ad eam adiſcendã inflãmari dꝫ deſideriũ omniũ chriſtianoꝝ. Ex his patet ꝙ licet theologia ſit de tot ⁊ taꝫ varijs. eſt tamé ſcia vna. cuiꝰ ſubiectũ vt a quo oia: eſt deus. vt per qđ oia: chriſtus. vt ad qđ oia: opus reparationis. vt circa qđ oia: vnicum charita-

tis vinculum. quo celestia ⁊ terrestria connectunt. vt de quo omnia in libris canõicis cõprehẽsa. credibile vt credibile. vt de quo omnia in libris expositorum. credibile vt intelligibile Scdm Augu. in li. de vtilitate credendi. Quod credimus debemus auctoritati. qđ intelligimus rationi.

Capitulum ij.

¶ Quid tenendum de trinitate personarum ⁊ vnitate essentie.

p Rimo igit de trinitate dei sunt tria cõsiderãda. s. q̃liter vnitas substantie ⁊ nature simul stet cũ pluralitate psonaꝝ. scđo q̃liter cũ pluralitate apparitionũ. tertio q̃liter cũ pluralitate appropriatoꝝ.

¶ De pluralitate ergo psonaꝝ in vnitate nature h̃ dicta fides eẽ tenendũ. s. ꝙ in vnitate nature sunt tres persone. s. pater ⁊ filiꝰ ⁊ spiritussctũs. Quaꝝ prima a nulla ẽ. scđa ẽ a sola prima p generationem. tertia xo est a prima ⁊ scđa p spiratioñe siue pcessionẽ. ita ꝙ trinitas psonaꝝ non excludit ab eẽntia dĩna summã vnitatẽ: simplicitatẽ: imẽsitatẽ: eternitatẽ: incõmutabilitatẽ: necessitatẽ ⁊ etiã primitatẽ. qnpotiꝰ includit summã fecunditatẽ: charitatem. liberalitatem: equalitatẽ: gemanitatẽ conformitatem: ⁊ inseparabilitatem. que omnia sana fides intelligit eẽ in btã trinitate.

¶ Ratio aũt huiꝰ veritatis hec est. Quia fides cũ sit principiũ cultꝰ dei: ⁊ fundamentuȝ eius q̃ ɓm pietatẽ est doctrine. dictat de deo esse sentiendũ altissime ⁊ piissime. Non aũt sentiret altissime si non crederet ꝙ deꝰ possȝ se sũme cõmunicare. Non sentiret piissime: si crederet ꝙ posset ⁊ nollet. Et ideo vt altissime ⁊ piissime sentiat dicit deuȝ se summe cõmunicare. eternaliter habẽdo dilectum ⁊ cõdilectũ. ac p hoc deũ vnũ ⁊ trinũ. Huic auteȝ fidei inquantũ dictat de deo piissime sentiendum esse: attestat tota sacra scriptura: que dicitur doctrina ɓm pietatem. q: deum fatetur habere prolem. quam summe diligit. verbuȝ sibi coequale quod ab eterno genuit. in quo cuncta disposuit. per quod cuncta produxit ⁊ gubernat. per quod etiam carnem actum p summa benignitate hominẽ redemit i preciosissimo eius sanguine: redemptũq; cibauit. p quod etiam in fine mundi summã misericordiam impartiẽdo ab omni miseria liberabit. vt per christum omnes electi sint filij summi patris. in quo erit omnis pietatis consummatio. ⁊ dei ad nos: ⁊ econuerso. Inquantuȝ autem fides dictat de deo sentiendum altissime non tantum attestatur ei sacra scriptura: verumetiam omnis creatura. iuxta quod dicit Augustinus. xv. de trinitate. c. iiij. Neq; eniȝ diuinorum librorum tantũmodo auctoritas predicat esse deum: sed omnis que nos circũstat creatura. ad quam nos etiam pertinemꝰ vniuersa ipsa rerum natura proclamat habere se prestantissimum conditorem. qui nobis mentem rationemq; dedit. qua viuentia non viuentibus: sensu predita non sentientibus. intelligentia non intelligentibus: immortalia mortalibus: potentia impotentibus: iusta iniustis. speciosa deformibus: bona malis: incorruptibilia corruptibilibus. immutabilia mutabilibus: inuisibilia visibilibus: incorporalia corporalibus: beata miseris: preferenda iudicamus. ac per hoc quoniam rebus creatĳ creatorem sine dubitatione preponimus: oportet vt eum ⁊ summe viuere: ⁊ cuncta sentire atq; intelligere: ⁊ mori ⁊ corrumpi. mutariq; non posse: nec corpus esse sed spiritum: omnipotentissimum: iustissimum: speciosissimũ: optimum: beatissimumq; fateamur. Ecce in his duodecim includuntur altissime nobilitates essentie diuine. Sed post vt ipse ostendit hec duodecim reducuntur ad tria. s. ad eternitatem: sapientiam ⁊ beatitudinem. ⁊ hec tria ad vnum. s. ad sapientiam. in qua includuntur mens generans: verbum nascens: ⁊ amor vtrumq; nectens: in quibus fides dictat beatissimam consistere trinitatem. Et quoniam summa sapientia ponit trinitatem. ponit etiam nihilominus omnes prius habi-

tas nobilissimas ꝯditiones. videlicet vnitatē
simplicitatem: ⁊ ceteras sequētes: necesse est
omnes ꝑdictas nobilitates diuini esse: simul
stare cū beatissima trinitate.

Capitulū iij.

De istius fidei intelligentia sana.

D istius aūt fidei intelligentiā sanā
a docet doctrina sacra ꝙ in diuinis
sunt due emanationes: tres hypo-
stases. quattuor relationes: quinqȝ notōes: ⁊
ex his tm̄ tres ꝓprietates ꝑsonales. Rō
autem ad ꝑdictoꝝ intelligentiā hec est. quia
cū primū ⁊ summū ꝑncipiū hocipso ꝙ ꝑmū
sit simplicissimū. hocipso ꝙ summū sit ꝑfectis
simū. ideo ꝑfectissime se ꝯmunicat. qꝛ perfe
ctissimū: ⁊ indiuisionē oīmodam seruat hoc
ipso ꝙ simplicissimum. ⁊ ideo salua vnitate
nature sunt ibi emanādi perfecti. Modi au
tem emanandi perfecti sunt duo tantum. scȝ
per modū nature ⁊ per modū voluntatis.
Primus est generatio. scd̄us spiratio siue ꝓ
cessio. ⁊ ideo hi sunt ibi. Et qꝛ duabus ema-
nationibus substātificis necesse est emana-
re duas hypostases necesse est etiam pone-
re hypostasim primo ꝓducentē ab alio non
emanare: ne sit in infinitū abire. ⁊ iō sunt ibi
tres hypostases. Et qꝛ cuilibet emanatiōi re-
spondet duplex habitudo relatiua. ideo sunt
ibi quattuor relatōes. s. paternitas. filiatio: spi
ratio: ⁊ ꝓcessio. Et qꝛ ꝑ has habitudines in-
notescunt nobis diuine hypostases. ⁊ preter
hoc etiā hypostasis illa in qua est prima rō
principiandi innotescit nobis: qꝛ nō ꝓducit.
nā hoc est nobilitatis in ipsa. iōqȝ sunt qnqȝ
notōes. s. quattuor relationes predicte cū in-
nascibilitate. Et qꝛ quelibet personaꝝ vnam
habet ꝓprietatē. ꝑ quā principaliter innote-
scit. iō tm̄ tres sunt ꝓprietates personales q̄
his noībus exprimunt̄ ꝓprie ⁊ pricipaliter. s.
pater ⁊ filius ⁊ spūssctūs. Cū enim ꝓprium
sit patris esse innascibilē siue ingenitū: eē ꝑn
cipiū nō de principio: ⁊ esse prēm. innascibi
litas notificat ipm̄ per modū negatōis. licet
ex ꝯsequēti ꝑ modū positiōis. qꝛ innascibili-
tas in patre ponit fontalē plenitudinē. prin-
cipium nō de principio. per modū positōnis
cū negatione: esse patrē per modū positōnis
⁊ habitudinis: ꝓprie cōplete ⁊ determinate.
Silr̄ cū filius sit imago. ṽbū ⁊ filius: imago
noīat illā ꝑsonā vt similitudinem expressam.
verbū vt similitudinē expressiuam. filius vt
similitudinē hypostaticā. Rursus imago vt
similitudinē conformē. verbū vt similitudinē
intellectualem. filius vt similitudinem conna
turalem. Per hunc modū cum propriū sit
spūssancti esse donū: esse nexum seu charita
tem ambroꝝ: esse etiā spm̄sanctū. donum no
minat ipsum vt datū voluntariū. charitas si
ue nexus vt datum volūtarium ⁊ precipuū.
spūssanctus vt datum voluntarium precipu
um ⁊ hypostatitum. Hinc est ꝙ per hec tria
nomina que sunt: pater ⁊ filius ⁊ spūssanctꝰ:
trium personaꝝ ꝓprietates personales insi-
nuantur. Hec igitur tenenda sunt ad fidei tri
nitatis intelligentiam sanam.

Capitulū iiij.

De istius fidei expressioue catholica.

D istius etiā fidei expressionem ca
a tholicam tenendū. est ꝫm sacrorum
doctorum documenta: ꝙ in diuinis
sunt duo modi predicādi. scȝ per modū sub-
stantie ⁊ relationis. tres modi supponendi.
scȝ essentie: ꝑsone: notionis. quattuor modi si
gnificandi substantiā. scilicet nomine essentie
substantie: persone ⁊ hypostasis. quinqȝ mo
di dicendi. s. quis: qui: que: qḋ ⁊ quid: ⁊ tres
modi differēdi. s. ꝫm differentē modū existē
di. ꝫm differentē modū se habēdi. ⁊ ꝫȝ diffe
rentem modū intelligendi. Rō aūt ad in
telligentiā predictoꝝ hec est. quia cum primū
principiū sit perfectissimū: simul ⁊ simplicis-
simum: omnia que perfectionis sunt de ipso
dicuntur proprie ⁊ vere. que autem imꝑfecti
onis sunt aut non dicuntur. aut si dicuntur:
ꝫm assumptionē humane nature dicunt̄: vel
transsumptiue. Cum igit̄ decem sint ꝑdica-

menta. scilicet substantia. quantitas: relatio: qualitas: actio: passio: vbi: quādo: situs ⁊ habere. quinqʒ vltima spectant proprie ad corporalia seu mutabilia. ideo non attribuuntur deo nisi transsumptiuo modo ⁊ figuratiuo. Alia vero quinqʒ precedentia deo attribuūtur. ſm id completionem dicunt. ita tamē ꝙ diuinam simplicitatē nō impediant. Omnia ergo hec predicta predicamenta sunt idipm quod est illud de quo predicantur. ⁊ ita per comparationē ad subiectum in quo sunt omnia dicuntur transire in substantiam. relatōe tamen excepta. que cum duplicem habeat cōparationem. scilicet ad subiectum in quo: et ad terminum ad quem. primo modo transit ne faciat compositōem. sed scđo modo manet vt faciat distinctionem. Et hinc est ꝙ substantia continet vnitatem: ⁊ relatio multiplicat trinitatem. ⁊ ideo manēt ibi hi tantū duo modi predicandi differentes. de quibus talis datur regula. Que dicuntur ſm substantiam de omnibus dicuntur ⁊ singulatim: ⁊ simul ⁊ singulariter. Que vero ſm relatōez: aut non de omnibus dicuntur. aut si de pluribus pluraliter. vt relati. distincti: similes: eqles: propter relatōem intrinsecam. Nomen autem trinitatis cōphendit vtrūqʒ. Et qm̄ plures possunt esse relationes in vna persona. sicut sunt plures persone in vna natura. ideo distinctio in notōe non infert diuersificationem persone: nec distinctio persone plurificatōem nature: ⁊ propterea non quicqd conuenit essentie conuenit notioni vel persone: nec econuerso. ⁊ hinc est ꝙ sunt ibi tres modi supponendi. de quibus talis consueuit dari regula. Supposita essentia non supponitur notio nec persona. ⁊ supposita notione non supponitur essentia nec persona. ⁊ supposita persona non supponitur essentia nec notio. sicut patet per exempla. Et quoniā vera distinctio est in suppositis substantie manente essentia vna. ideo necesse est ibi multipliciter significari substantiā. s. vt cōmunicabilem ⁊ incōmunicabilem. Et cōmunicabilem per modū abstractionis per nomen essentie: ⁊ per modū concretionis per nomen substātie. Et incōmunicabilē vero vel vt distinguibilem per nomen hypostasis: vel vt distinctam per nomen persone. Uel aliter scʒ. vel vt distinctam q̄litercunqʒ. ⁊ sic hypostasis. vel notabiliter ⁊ pfecte: ⁊ sic persona. Exempla horum quattuor sunt in creatura. humanitas: homo: aliquis homo: petrus. Primū essentiā. scđm substantiam. tertium hypostasim. quartū personā dicit. Et q: in persona q̄ distinguitur nō solum est considerare eū qui distinguitur: sed illud quo distinguitur. ⁊ hoc est proprietas siue notio. ideo necesse est ꝙ i diuinis sint quinqʒ modi dicēdi parit ⁊ querēdi. s. quis rōne persone. qui rōne hypostasis. q: dicit suppositū substantie indistincte. q̄ ratione notionis. quod ratione substātie. qd siue quo ratiōe essentie. Et quoniam omnes hi modi in vnitate essentie radicant. q: quicquid est in deo est ipse deus vnus ⁊ solus. ideo nō ponunt ibi differētiam nec ſm essentiam: nec ſm esse. ⁊ propterea sunt ibi tantuʒ tres modi differendi. s. ſm modos essendi siue emanandi. sicut differt persona a psona. ſm modos se habendi. sicut differt persona ⁊ essentia. quia vna persona ad alteram refertur. ⁊ ideo distinguitur. essentia vero non refertur ad alteram: ⁊ ideo non distinguitur. ſm modos etiā intelligendi. sicut differt vna proprietas substātialis ab altera: vt bonitas ⁊ sapientia. Prima differentia est perfectissima ⁊ summa que possit reperiri in diuinis. Est enim in suppositis. ita ꝙ vnum non dicitur de altero. Scđa differētia est minor: quia est in attributis. licet enim vnum possit dici de altero. vt psona de essentia. aliquid tn̄ dicitur de vno qđ non de altero. vt persona distinguitur ⁊ refertur: essentia vero nō. Tertia vero differentia minima est. quia est in cōnotatis. licet enim vnū de altero dicaṫ ad inuicem. ⁊ idem possit dici de vtrisqʒ. nō tamē

dem cōnotatur vtrobiqꝫ.necꝑ idem intelligi datur vtrūqꝫ. Ex primo modo differēdi oritur pluralitas ꝑſonaꝝ. ex ſcdo modo pluralitas ꝑdicationū ſubſtātialiūꝫ ⁊ relatiuaꝝ. ex tertio pluralitas ꝓprietatū eſſentialiū et notionū.ſiue ab eterno ſiue ex tpe.ſiue proprie ſiue trāſumptiue.ſiue cōiter ſiue appropriate. Dictoꝝ exempla manifeſta ſūt. His intellectus claret ſatis.⁊ quid ſentiendum.⁊ qualiter loquendum ſit de ſumma trinitate diuinarū perſonarum.

## Capitulū v

De vnitate diuine nature in multiformitate apparitionum.

Secundo aūt de pluralitate apparitionum docet diuina doctrina hoc eē tenendum. Cū deus ſit incircūſcriptibilis:inuiſibilis ⁊ incōmutabil'.nihilominus tñ habitat in ſanctis viris ſpecialiter apparuit pñarchis ⁊ ꝓphetis.deſcendit de celis miſit etiā filium ⁊ ſpiritūſanctū ad ſalutē humani generis. Et licet in deo ſint indiuiſa:natura:virtus:⁊ operatio trinitatis:miſſio tñ vel apparitio vnius perſone non eſt miſſio vel apparitio alterius. Licet etiaꝫ ſit ibi ſumma equalitas.ſolius tamē eſt patris mittere ⁊ non mitti.ſpūſſancti eſt tantūmodo mitti:reſpectu diuinarum perſonaꝝ. niſi forte dicatur mittere hominem aſſumptuꝫ. filij autem eſt mittere ⁊ mitti.ſicut ex ſcripturis poteſt colligi. Intelligentia auteꝫ ⁊ ratio predictoꝝ hec eſt. Quia licet primū principium ſit imenſum ⁊ incircūſcriptibile.ſit icorporeum ⁊ inuiſibile.ſit eternum ⁊ incommutabile:principiū tamen eſt reꝝ ſpūalium ⁊ corporaliū:naturaliū ⁊ gratuitarū.ac per hoc reꝝ etiā mutabiliū:ſenſibiliū ⁊ circunſcriptaꝝ.ꝑ quas licet ipſe ſit immutabilis:iſenſibilis:incircūſcriptibilis.ſeipm reddit manifeſtū ⁊ notū. Reddit aūt ſe manifeſtum ⁊ notum generaliter:per vniuerſitatē ſuoꝝ effectuū ab ipſo emanantiū.in quibus dicitur eſſe per eſſentiam:potentiam ⁊ preſentiam. qd̄ ſe extēdit ad omnia creata. Reddit etiā ſe ſpecialiter notum per aliquos effectus q in ipſum ſpecialiter ducunt rōne quoꝝ dicitur habitare:apparere:deſcendere:mitti ⁊ mittere. Habitare nāqꝫ dicit effectū ſpūaleꝫ cuꝫ acceptatione:ſicut eſt effectus gratie gratuꝫ facientis.que eſt deiformis ⁊ in deū reducit ⁊ deum facit nos habere:⁊ haberi a nobis. ac per hoc ⁊ inhabitare in nobis. Et q: gratie effectus cōmunis eſt oībus perſonis. iō vna perſona nō habitat ſine alia.imo ſimul tota trinitas. Apparere vero dicit effectum ſenſibilem:cū expreſſa ſignificatiōe:ſicut ſpiritusſanctus apparuit i colūba. Et qm̄ ſicut perſone diuine diſtincte ſunt:ſic diſtincte ſignificari poſſunt:⁊ ſignis ⁊ noib9.iō quelibet perſona pōt per ſe apparere. ⁊ apparitio pōt oībus competere:ſiue inſimul:ſiue cuilibet perſone per ſe. Unde ꝙ ſpūſſanct9 dicitur in linguis igneis ⁊ colūba apparuiſſe:hoc non eſt ꝓpter nouū vinculū vel effectum ſpecialem.ſed ꝓpter vnionem que eſt inter ſignū ⁊ ſignatū ſibi ſpecialiter ⁊ modo ⁊ origine deputatū. Deſcēdere āt dicit vtrūlibet effectuū predictoꝝ cū inchoatiōe.deus enim beatiſſimis angelis ſemꝑ eſt preſens i celis.q: in eis ſemꝑ habitat ⁊ apparet. Peccatoribus aūt i terris eſt modo vt abſens.⁊ quantū ad gratiā:⁊ quantū ad noticiā.ideo cum incipit apparere vel inhabitare:de preſente celis:⁊ quaſi abſente nobis.fit preſens terris.⁊ ideo licet in ſe non mutetur.tamen dicitur deſcendere nobis. Mitti vero dicit effectus predictos cum eterna productione. Tunc enim pater mittit filiū:cum faciendo eum nobis preſentē per noticiam vel gratiā inſinuat ꝙ ab ipſo ꝓcedit. Et q: pater a nullo ꝓcedit:ideo nuſqꝫ dicitur mitti. Quia vero filius ⁊ ꝑducit ⁊ ꝑducitur.ideo mittit ⁊ mittitur. Quia vero ſpūſſanctus eternalit̄ producitur ſed non producit niſi ex tempore.ideo ipſius eſt ꝓprie mitti ⁊ non mittere niſi reſpectu creature. Ex quo apparet ꝙ

he sunt improprie ⁊ exponende: spūssanctus mittit se. spūssanctus mittit filiū: filius mittit seipm: nisi intelligat inquantū est de virgine natus. Patet etiā quare mittere ⁊ mitti nō competit oībus. q: licet dicat effectū in creatura: dicit tamē relationē intrinsecam. ita q mittere dicit auctoritatē: mitti subauctoritatē rōne pductionis eterne interius iportate.

Capitulū vi.

De vnitate diuine nature in multiplicitate appropriatorum.

Tertio vero de pluralitate appropriatoꝝ hoc docet sacra scriptura esse tenendum. q licet oīa essentialia oībus psonis equaliter ⁊ indifferenter cōueniant. tñ patri dicit appropriari vnitas: filio veritas. spūssancto bonitas. Et iuxta hāc sumit secunda appropriatio hilarij. s. eternitas in patre. spēs in imagine: ⁊ vsus in munere. Et iuxta hanc sumitur tertia. s. in patre ratio principiandi. in filio ratio exemplandi. in spūsancto ratio finiendi. Et iuxta hanc sumitur. quarta. s. omnipotētia patri: omnisciētia filio. voluntas seu beniuolentia spūisancto. Hec autem dicuntur appropriari: nō q: fiant propria. cum semper sint cōmunia: sed quia ducunt ad intelligentiam ⁊ noticiā propriorum. scz trium personaꝝ. Intelligentia autē ⁊ ratio predictoꝝ hec est. Quia. n. primū principium est nobilissimū ⁊ perfectissimū. ideo conditiones entis nobilissime ⁊ generalissime in eo reperiūtur in summo. He autem sunt vnū verum bonum: que nō contrahunt ens sm supposita: sed sm rationem. Nam vnum nominat ens vt cōnumerale. ⁊ hoc habet per indiuisionem sui in se. verum sm q cognoscibile: ⁊ hoc habet per indiuisionem sui a propria specie. bonū sm q cōmunicabile: ⁊ hoc habet per indiuisionē sui a propria operatione. Et quia hec triplex indiuisio se habet sm ordinem quantū ad rationem intelligendi. ita q verum presupponit vnum: ⁊ bonum presupponit verū ⁊ vnum. hinc est q hec attribuuntur primo principio in summo. q: perfecta ⁊ generalia ⁊ appropriantur tribus personis: quia ordinata. ⁊ ideo summe vnum patri qui est origo personaꝝ. summe verum filio qui est a patre vt verbum. summe bonū spūisancto qui est ab vtroq vt amor ⁊ donū. Et quia summe vnū: est summe primū. quia caret oī inceptione. ⁊ summe verum est sūme equale ⁊ pulchrum. ⁊ summe bonum est summe vtile ⁊ proficuū. hinc oritur scđa appropriatio hilarij. que est eternitas in patre: quia nō habet principium. sed est oīno primum. species in imagine. i. in verbo: q: summe pulchrum. vsus in munere. i. in spūsancto: quia summe proficuū ⁊ cōmunicatiuū. Qđ per alia verba sic insinuat augustinus. In patre vnitas. in filio equalitas. in spūsancto vnitatis equalitatisq concordia. Rursus q: summe vnum ⁊ primū tenet rōnem principiandi ⁊ originandi. q: summe pulchrum ⁊ speciosum tenet rōnem exprimēdi ⁊ exemplandi. quia summe proficuū ⁊ bonum tenet rationem finiendi. q: bonum ⁊ finis idē. hinc oritur tertia ratio appropriandi efficientiam patri exemplaritatem filio finalitatem spūisancto. Rursus quia a primo ⁊ summo pñcipio fluit omne posse. a primo ⁊ sūmo exēplari fluit omne scire. ⁊ ad summū finē tendit oē velle. ideo necesse est primū eē omnipotentissimū: omnisapientissimū: ⁊ beniuolentissimū. Unitas autem prima ⁊ summa rediens supra seipsam reditione completa ⁊ perfecta est omnipotentissima. sic ⁊ veritas sapientissima: ⁊ bonitas beniuolentissima. ⁊ hec appropriantur: quia ordinem insinuat. Uoluntas enim dat pintelligere cognitionem: ⁊ voluntas ⁊ cognitio presupponunt potentiam ⁊ virtutem. q: posse scire est aliquid posse. Ex his apparet que sint appropriata: ⁊ quibus: ⁊ qua de causa. Hec tamē vltima. scz potentia ⁊ sapientia ⁊ voluntas sunt potissime illa. ex quibus in scripturis

Trinitatis appropriata

laudatꝛ trinitas summa. ⁊ ideo de his aliq̄d dicendum est breuiter ⁊ summatim.

Capitulū vij.

¶ De omnipotentia dei.

i Gitur de omnipotentia dei ſm doctrinam sacram hec tenenda sunt. videlicet ꝙ deus est omnipotens. ita tm̄ ꝙ ei non attribuuntꝛ actus culpabiles. vtpote mentiri ⁊ male velle. nec actus penales: vt metuere ⁊ dolere. nec actus corporales siue materiales: vt dormire ⁊ ambulare: nisi forte transsumptiue. nec actus inconuenientes. vtpote facere maiorē se: vel aliuȝ deū sibi equalem. vel infinitum actu: ⁊ cōsimilia. q: vt dicit Ans. q̄ōlibet inconueniens etiam minimū apud deū est impossibile. Licet autem hoc non possit: est tamen oipotēs vere ⁊ ꝓprie ⁊ ꝑfecte. ¶ Intelligentia auteȝ ⁊ ratio ꝑdictoꝝ hec est. q: primū principiuȝ est potens potentia. que est potentia simpliciter: ⁊ ideo distributio addita ei: distribuit ꝓ his que posse est posse simpliciter. Hec aūt sunt que egrediuntꝛ a potentia cōpleta ⁊ ordinata. Potentiam aut completā dico que non potest deficere. nec potest succumbere. nec potest indigere. Potentia aūt in peccādo deficit: in patiendo succūbit. in corporalibus actionibus indigentiā includit. Diuina aūt potentia q: est potētia summa ⁊ ꝑfectissima. ideo nec est de nihilo nec est sub aliquo: nec eget aliquo alio. ac per hoc nec culpabilia. nec penalia: nec materialia pōt. ⁊ hoc qi oipotens est potētia cōpleta. Potentiā autē ordinatā ꝯtingit tripliciter dici. vel ſm actū: vel ſm aptitudineȝ ex ꝑte creature. vel ſm aptitudinē ex ꝑte solius virtutꝭ increate. Q̄ō possibile est potētie primo mō dicte: est non tm̄ possibile sed etiā actuale. Q̄ō scd̄o mō ⁊ non primo est possibile simpliciter: licet nō actuale. Q̄ō aūt tertio mō: ⁊ non primo mō vel scd̄o: est possibile deo sed ipossibile creature. Q̄ō aūt nullo ꝑdictoꝝ modoꝝ est possibile. sicut illud q̄ō directe repugnat ordini ſm rationes ⁊ causas primordiales ⁊ eternas: simpliciter est possibile. sicut ꝙ deus facit aliq̄ō actu infinitū: ꝙ simul faciat aliq̄d esse: ⁊ nullo mō esse: ꝙ faciat id q̄ō fuit non fuisse ⁊ cetera talia. que posse est ꝯ ordinem ⁊ complementū diuine potentie. Ex his patet respectu quoꝝ est diuina potentia. patet etiā que debent dici simpliciter possibilia. ⁊ que simpliciterꝛ impossibilia. ⁊ ꝙ aliquorum impossibilitas simul stet cū vera oipotētia.

Capitulū viij.

¶ De dei sapientia: predestinatione: ⁊ prescientia.

sus qm̄ rectitudo aie perfecta requirit ꝙ ip
sa rectificet̃ ſm duplicem faciē. s. supiorē ⁊ in
feriorem: ⁊ respectu finis. ⁊ respectu eorum
que sunt ad finem. ideo necesse est aiaꝫ q̃ꝫtū
ad superiorem facieꝫ in qua ꝯsistit imago tri
nitatis eterne rectificari per tres theologi-
cas virtutes. vt sicut imago creationis cōsi-
stit in trinitate potentiarū cum vnitate essen
tie. sic imago recreationis cōsistit in trinitate
habituū cū vnitate gr̃e. per quos anima fert̃
recte in summā trinitateꝫ: ſm tria appropria
ta tribus personis. ita ꝙ fides dirigit in sum
me verū credendo ⁊ assentiēdo. spes in sum
me arduū imitando ⁊ expectando. charitas
in summe bonum desiderando ⁊ diligendo.
Necesse est etiā q̃ꝫtū ad inferioreꝫ faciē ani
mam rectificari ꝑ q̃ttuor cardinales v̓tutes.
Nam prudentia rectificat rōnalem. fortitu-
do irascibilem: tꝑantia ꝯcupiscibileꝫ. iusticia
vero rectificat oēs has vires in compatio-
ne ad alterum. Et q: illud alteꝝ determina-
te pōt esse ꝓximꝰ: pōt etiā idē hō cōparari ad
seipsuꝫ vt ad alteꝝ. potest etiā esse ipse deus
hinc est ꝙ iusticia circuire dicitur oēs vires
Dicit̃ etiā non tm̄ virtus cardinalis. verum
etiā generalis: comphēdens totiꝰ aie rectitudi
nem. cū ipsa dicat̃ rectitudo voluntatꝭ. Vn̄
ipsa nō tm̄ cōprehendit virtutes ordinantes
ad proximū: sicut est eq̄tas: liberalitas. verū
etiā ad seipsum. sicut est pn̄ia ⁊ innocentia.
necnō ad deum: sicut est latria: pietas ⁊ obe
dientia. Postremo q: oīs rectitudo virtutū
ſm eē gratuitum manat a gr̃a tanq̃ꝫ ab ori-
gine ⁊ radice. ⁊ ſm esse meritoriuꝫ cōpatur
ad charitatem: sicut ad originē formā ⁊ finē
hinc est ꝙ cetere v̓tutes gratuite q̊ ad habi
tus sunt cōnexe: ⁊ quo ad actus meritorios
sunt equales. Hinc est etiā ꝙ ceteri habitus
virtutum possunt esse informes: sola chari-
tate excepta q̄ est virtutū forma. Cū eni ha-
bent̃ sine gratia ⁊ charitatē: in quibꝰ ꝯsistit
vita virtutum: tūc sunt īformes. Cuꝫ autem
superinfundit̃ gr̃a: tunc formant̃ ⁊ decorant̃
⁊ deo acceptabiles fiūt. Sicut ⁊ colores abs
q̄ꝫ luce sunt inuisibiles. superueniente autem
lumine fiunt lucidi: pulchri: ⁊ aspectui com-
placentes. Vn̄ quēadmodū ex luce ⁊ colori
bus fit vnum in rōne motiui. ⁊ vna lux suf-
ficit ad multos colores illuminandos. sic ex
gratia ⁊ habitibus informibꝰ cū formantur
fit vnū ſm rōnem meritorij ⁊ gratuiti. ⁊ vna
nihilominus gr̃a sufficit ad informationeꝫ ⁊
gratificationem habituum diuersorum.

Capitulum v.

¶ De ramificatione gr̃e in habitꝰ donorū.

De ramificatione aūt gr̃e in habitus
donoꝝ hec tenenda sunt. ꝙ lꝫ pluri
ma sint dona gr̃e gratis date. ⁊ ge-
neraliter oēs habitꝰ diuinitus dati. dona dei
non absurde dici possint. specialiter tamen ⁊
appropriate. vij. sunt dona spiritussancti que
enumerat ⁊ noiat Isaias loquens de flore:
qui ꝓcessit de radice iesse idest christo. de q̊
dicit ꝙ requiescet sup eū spūs dn̄i. spiritꝰ sa-
pientie ⁊ intellectus. spūs consilij ⁊ fortitudi
nis. spiritus scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū
spiritus timoris dn̄i. In hac aūt enumeratio
ne descendendo procedit a summo: ⁊ cōbinā
do: vt simul ondat̃ donoꝝ distinctio: conne
xio: origo ⁊ ordo. ¶ Ratio autem ad intelli
gentiā predictoꝝ hec est. Quia cū principiū
repatiuū per summā liberalitatē non tm̄ det
gr̃am ad rectificādum contra obliq̄tates vi
ciorū per habitꝰ virtutū: verūetiā ad expe-
diendū ꝯ impedimēta synthomatū ꝑ habi-
tus donoꝝ. ideo plurificari debent dona gra
tuita ſm ꝙ necessarium est ad expeditionis
sufficientiam. Qm̄ igit̃ aia nr̃a indiget septi
formiter expediri. hinc est ꝙ ex septiformi cā
necesse est spiritussancti dona esse septifor-
mia. Indiget nāq̄ꝫ expediri contra vicioruꝫ
obliquitates: quātū ad vires naturales. quo
ad superadditas virtutes. in patiēdo. in agē
do. in ꝯtēplādo: ⁊ vtroq̄ꝫ modo. ¶ Primo
igitur ꝓpter viciorū obliq̄tates expeditissi-

me repellendas ſepteꝫ ſunt dona ſpiritusſan
cti. vtpote timor ꝯ ſuperbiā. pietas ꝯ inuidiā
ſcientia cōtra irā. que q̄ſi eſt q̄dā inſania. for
titudo ꝯ accidiā: q̄ mentē reddit ad bona i
ualidam: cōſiliū ꝯ auariciā. intellectꝰ ꝯ gulaꝫ
⁊ ſapientia ꝯtra luxuriam. ¶ Scḋo propter
expediendas vires naturales debent ſepteꝫ
dona ſpūſſancti eſſe. Nam iraſcibilis indi-
get expediri ad bona. tam in ꝓſpis q̄ꝫ in ad
uerſis. in ꝓſperis expedit̄ ꝑ timorē. i aduer
ſis ꝑ fortitudinē. Cōcupiſcibilis aūt indiget
expediri quātū ad affectionem reſpectu ꝓxi
mi. ⁊ hoc fit ꝑ pietatē. ⁊ q̄ꝫtū ad affectū re-
ſpectu dei: ⁊ hoc fit ꝑ guſtū ſapīe. Rōnalis
vero indiget expediri in veritatis ſpeculatio
ne: electione ⁊ executione. per donū aūt ītel-
lectꝰ expedit̄ ad verū ſpeculandū. ꝑ donum
cōſilij ad verū eligēdū. ꝑ donū ſciētie ad ele
ctuꝫ exequendū. ꝑ donū eni ſciētie recte con
uerſamur in medio natiōis praue ⁊ ꝑuerſe.
¶ Tertio ꝓpter expediēda ſeptē ꝟtutū offi
cia ſeptem debēt eſſe ſpūſſancti dona. Nam
timor expedit ad ꝑpantiaꝫ. timor. n. carnes cō
figit. pietas ad veram iuſticiam. ſcia ad pru-
dentiam. fortitudo ad fortitudineꝫ ſeu patien
tiam. conſilium ad ſpem. intellectus ad fidē.
ſapientia ad charitatem. Un̄ ſicut charitas ē
mater ⁊ conſummatio omniū virtutū. ſic ſa
pientia omniū donorū. ita vt vere dicat ſapi
ens. venerunt mihi oīa bona pariter cū illa.
⁊ innumerabilis honeſtas per manus illius
¶ Quarto propter expeditionē in patiēdo
conformiter ad chriſtū ſeptē ſunt habitꝰ do-
norum. Chriſtū aūt ad patiēdū mouit pater
na voluntas. humana neceſſitas: ⁊ ꝟtutꝫ ſtre
nuitas. Paterna q̄dē voluntas mouit vt co
gnita ꝑ intellectū. vt amata per ſapiam: vt in
reuerentia habita per timorē. Mouit etiaꝫ
nr̄a neceſſitas. ad quam cognoſcēdā neceſſa
ria eſt ſcia. ad quā miſerandā ſupaddit̄ pie-
tas. Mouit nihilominus ꝟtutis ſtrenuitas:
vt prouida in eligendo ꝑ ꝯſiliū. vt vigoroſa i
ꝑferendo ꝑ fortitudineꝫ. Et ſic dona debent
eſſe ſeptē. ¶ Quinto ꝓpter expeditionē in
agēdo ſeptē dona dant̄ a ſpūſancto. Naꝫ ad
actionē expediēdā neceſſe habemꝰ expedi-
ri ad declinandū a malo. qḋ fit per timoreꝫ.
Neceſſe etiam habemꝰ expediri ad ꝓficiē
dum in bono duplici. vel neceſſitatꝫ vl' ſup-
erogationis. Circa primū expedimur ꝑ ſciaꝫ
⁊ pietatē. ita ꝙ vnū eſt dirigens ⁊ aliḋ exe-
q̄ns. Circa ſcḋꝫ expedimur ꝑ ꝯſiliū dirigēs
⁊ per fortitudinē exequētē. Neceſſe etiā ha
bemꝰ q̄eſcere in optimo. ⁊ hoc q̄ꝫtū ad intel
lectū veri. ⁊ quātū ad effectū boni. primum
fit per donū intellectus. ſcḋm ꝑ donuꝫ ſapīe
in quo eſt q̄es. ¶ Sexto ad expeditionē i cō
templando dona ſpūſſcti i ſeptenario nūero
ſunt. Nam ad vitā hierarchiā ⁊ ꝯtēplatiuā
neceſſarium eſt animā purgari: illuminari ⁊
ꝑfici. Purgari aūt oportet a cōcupiſcētia:
a malicia. ab ignorantia. ab infirmitate ſeu i-
potentia. primū facit timor. ſcḋm pietas. ter-
tium ſcia. q̄rtū fortitudo. Illuminari aūt indi
gemus in operibꝰ reꝑatōis ⁊ ꝓmarie ꝯditio
nis. primū dat cōſiliū. ſcḋm intellectꝰ. Per-
fici aūt habemꝰ per acceſſum ad ſummū qḋ
cōſiſtit in vno: ⁊ hoc ꝑ donū ſapientie. Et ſic
archanū ꝯtemplatiōis a lato ꝯſummat̄ q̄ſi i
cubico. ¶ Septimo ad expeditionē in actio
ne ⁊ ꝯtemplatione ſeptē debēt eſſe dona ſpi
ritusſancti: Nam ꝯtēplatiua ꝓpter ꝯuerſio
neꝫ ad trinitatē tria debet hr̄e dona expediē
tia. ſ. quātū ad reuerētiā maieſtatꝫ timorem.
q̄ꝫtum ad intelligentiā ꝟitatꝫ. intellectū q̄ꝫtū
ꝟo ad ſapientiā ſiue guſtum bonitatꝫ ſapiaꝫ.
Actiua ꝟo q̄ verſat̄ in agendis ⁊ ſuſtinēdis
debet hr̄e q̄ttuor. ſ. pietatem ad agendum. ⁊
fortitudinem ad ſuſtinendum. ⁊ directiua ho
rum duoꝝ. ſ. ſcientiam ⁊ cōſilium. Un̄ q: ad
expeditionē neceſſaria ē directio. ideo fit do
noꝝ cōbinatio. ⁊ plurima ſunt dona ad ītel-
lectuꝫ ſpectantia. q: lux cognitionis vehemē
ter expedit ad dirigendos pedes in viaꝫ re-
ctam ⁊ pacis.

## Capitulum vi.

¶ De ramificatione gratie in habitus bea
titudinuꝫ. ⁊ per ꝯſequens fructuū ⁊ ſenſuū.

d E ramificatione aūt grē in habitus btitudinū hec tenenda sunt. s. q̧ septem sunt beatitudines. q̄s saluator enumerat in sermōe de mōte. s. pauptas spiritus. mititas. luctꝰ: esuries iusticie: misericordia. mundicia cordis: ꝛ pax. Ad has vero btitudines propter sui perfectionem ꝛ plenitudinē: duodecim fructꝰ spūs: ꝛ qnqꝫ spūales sensus cōsequunt. q nō dicūt nouos habitus: sed statꝰ delectationum: ꝛ vsus spūalium speculationū: quibꝰ replent ꝛ cōsolant spūs virorū iustorum. ¶ Rō aūt ad itelligētiaꝫ p̄dictoꝝ hec est. Quia cū repatiuū principiū sit perfectissimū: ꝛ perfectissime repatiuum ꝛ reformatiuū p donū gratuitū. iō gratie donū ab ipso manans liberalit ꝛ abunde ramificari debet vsqꝫ ad habitꝰ pfectionuꝫ. qui cū fini approximēt: recto vocabulo nuncupant ex noie btitudinū. quarū sufficientia numerꝰ ꝛ ordo colligit ex integritate perfectionis. ꝛ ex modis perfectionū. ꝛ ex dispositionibꝰ ad perfectionē. Primo igit ad itegritatē perfectionis reqrit necessario pfectꝰ recessus a malo. perfectꝰ pcessus in bono: ꝛ perfectꝰ statꝰ in optimo. Qm̄ aūt malū aut procedit ex tumore superbie: aut ex rancore malicie. aut ex languore cōcupiscentie. iō ad perfecte elongādū ab hoc triplici genē mali tres sunt necessarie btitudines. s. paupertas spūs elongans a malo tumoris. mititas elongans a malo rancoris. ꝛ luctꝰ elongans a malo libidinis ꝛ lāguoris cōcupiscentialꝭ. Quia v̄o perfectꝰ processus in bono attēdit fɜ diuinam imitationem: ꝛ vniuerse vie dn̄i misericordia ꝛ veritas. hinc est q̧ duplex ē beatitudo fɜ has duas vias. s. esuries siue zelus iusticie: ꝛ affectꝰ misericordie. Qm̄ autem status in optimo est vel per limpidā cōgnitionem. vel per trāquillā affectionem. hinc est q̧ sunt due vltime beatitudines. s. mundicia cordis ad deū videndum: ꝛ pax mētis ad pfecte fruendū. ¶ Secūdo etiam si modi pfectionū attendant: debent esse septem habitus beatitudinū. Nam est pfectio religionis prelationis: ꝛ interne sanctitudinis. Ad perfectionem aūt religiōis necessario requirit abdicatio boni priuati. acceptatio boni fraterni. ꝛ appetitio boni eterni. Primum fit p paupertatem spiritꝰ. secundū per mititatē affectus. tertiū per amaritudinem luctus. Ad perfectionem vero p̄latiōis duo necessario requiruntur. s. zelus iusticie: ꝛ affectꝰ misericordie. misericordia enim ꝛ veritas custodiunt regem. Scōm hec duo disponi debet regimen prelationis in ecclesia militāte. Ad pfectionem aūt interne sanctitudinis necessario requirit puritas ꝯscientie: ꝛ trāquillitas totius anime per pacē dei omnē humanum sensum exupantem. ¶ Tertio si attendātur dispositiones preambule: septē debēt esse beatitudines. Timor enim facit recedere a malo ꝛ a mali occasione. ꝛ q: radix maloꝝ omnium est cupiditas. ideo timor dispōit ad spiritus paupertatē. in qua simul iungit humilitas cū paupertate. vt sic elongetur vir perfectus a fonte ois culpe. s. a superbia ꝛ cupiditate. Et hinc est q̧ paupertas spūs est fundamentū totiꝰ perfectionis euangelice. Vn̄ primo oportet hoc fundamētū sternere qui vult ad culmen perfectiōis puenire. fm illō Matth. xix. Si vis pfectus esse vade ꝛ vende omnia que habes. Ecce perfecta paupertas: que nihil sibi prorsus retinet. ꝛ sequere me: ecce humilitas. que facit q̧ homo abnegando seipsum tollat crucē suā ꝛ seqtur xp̄ꝫ qui est totiꝰ pfectiōis principalissimū fundamentū. Disponit ergo timor ad spiritꝰ paupertatem. Pietas aūt ad mititatem. Naꝫ q pie ad aliquem afficit: nec illū irritat: nec ab illo irritatur. Sciētia vero disponit ad luctū qm̄ per scientiam cognoscimus nos a statu beatitudinis relegatos in hanc vallem miserie ꝛ lachrymaruꝫ. Fortitudo autem disponit ad esuriem iusticie. qui enim fortis est taꝫ auide se tenet cuꝫ iusticia: vt malit a vita corporali q̄ꝫ a iusticia separari. Consiliuꝫ vero disponit ad misericordiaꝫ. Nihil eni deꝰ magis cōsulit in scriptura q̄ꝫ facere misericordi

am. quod super omnia reputat holocausta. Intellectus aũt disponit ad cordis mundiciam. nam speculatio veritatis mundat cor nostrum ab omnibꝰ fantasijs. Sapientia vero disponit ad pacem. Nam sapientia iũgit nos summo vero ⁊ bono: in quo est finis ⁊ tranquillitas totius nostri rationalis appetitus. Qua pace adepta necessario sequit̃ supabũdans delectatio spiritualis: que in duodenario fructuũ spiritus continet̃: ad insinuandã superabundantiam delectationuꝫ. Est enim duodenarius numerꝰ abundans. in quo insinuatur spiritualium charismatum exuberantia. quibus fruitur ⁊ delectat̃ anima sancta. ⁊ tunc est homo ad contemplationem idoneꝰ. ⁊ ad aspectus ⁊ amplexꝰ sponsi ⁊ sponse. qui fieri hñt ꝭm sensus spũales. quibꝰ videt̃ christi sponsi summa pulchritudo sub ratiõe splẽdoris. auditur summa armonia sub ratione verbi. gustatur summa dulcedo sub ratione sapientie comprehendentis vtrũqꝫ. verbum scꝫ ⁊ splendorem. odorat̃ summa fragrantia sub ratione verbi inspirati in corde. astringit̃ summa suauitas sub ratione verbi incarnati inter nos habitantis corporaliter: ⁊ reddentis se nobis palpabile: osculabile: amplexabile: per ardentissimam charitatẽ: que menteꝫ nr̃am per extasim ⁊ raptum trãsire facit ex hoc mundo ad patrẽ. ¶ Ex dictis igit̃ manifeste colligit̃ ꝙ habitus virtutum ad exercitium principaliter disponunt actiue. Habitus vero donorum ad actũ cõtẽplatiue. Habitus aũt beatitudinũ ad perfectionẽ vtriusqꝫ. Fructus vero spiritus qui sunt charitas: gaudiũ: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia continentia: castitas: dicunt delectationes cõsequentes opera perfecta. Sensus vero spirituales dicunt perceptiones mẽtales circa veritatem cõtemplãdã. que quidẽ ꝯtẽplatio fuit in ꝓphetis per reuelationẽ quantuꝫ ad triplicem visionem. s. corpalẽ: imaginatiuam ⁊ intellectualem. In alijs vero iustis reperit̃ per speculationẽ. que incipit a sensu ⁊ peruenit vsqꝫ ad imaginationem. ⁊ de imaginatione ad rationem. de rõne ad intellectũ. de intellectu ad intelligentiam. de intelligentia vero ad sapientiam siue noticiam excessiuam. que incipit hic in via: sed cõsummat̃ in gloria sempiterna. Ex his gradibus cõsistit scala iacob: cuiꝰ cacumen attingit celum. ⁊ thronus salomonis: in quo residet rex sapientissimus: ⁊ vere pacificus ⁊ amorosus: vt sponsus speciosissimus ⁊ desiderabilis totus: in queꝫ desiderant angeli prospicere: ⁊ ad quẽ suspirat desiderium sanctaꝝ animaruꝫ: sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. quo qdem desiderio feruẽtissimo ad modũ ignis spiritus noster non solum efficitur agilis ad ascensum. verũetiam quadã ignorãtia ducta supra seipsum rapit̃ in caliginẽ ⁊ excessum. vt non solũ cũ sponsa dicat. in odore vnguentorũ tuorum curremꝰ. sed etiaꝫ cum ꝓpheta psallat. ⁊ nox illuminatio mea i delicijs meis quam nocturnam ⁊ deliciosam illuminationem nemo nouit nisi qui probat. nemo autẽ probat nisi per grãm diuinitꝰ datam. que qꝛ nemini dat̃ nisi ei qui se exercet ad illam. iõ deinceps cõsiderãda sunt exercitia meritoꝝ.

## Capitulum vij.

¶ De exercitio grẽ respectu credendorum.

Quarto igit̃ restat considerare grãꝫ qꝫtum ad exercitia meritoꝝ. Circa qđ ꝯsideranda sunt q̃ttuor. Primo de exercitatiõe grẽ in credendis: cuiusmodi sunt articuli fidei. scđo in diligendis. cuiusmodi sunt illa que spectant ad ordinem diligendi. tertio in exequendis: cuiusmodi sunt precepta legis diuine. q̃rto in postulãdis. cuiusmodi sunt petitiões orõnis dñice. ¶ De credendis aũt hec tenenda sunt. ꝙ licet ꝑ fidem astringamur credere plurima que sunt supra rationẽ: ⁊ generaliter oĩa q̃ ꝯtinent̃ ⁊ asserunt̃ in canõe sacre scripture. specialiter tñ ⁊ ꝓprie articuli fidei dicunt̃ illi q ꝯtinent̃ in serie symboli apostolici. qui qdeꝫ vno mõ sunt duodecim. si habeat̃ respectus ad eos qui symbolũ ediderũt. alio mõ q̃ttuordecim

ſi cōſideremus q̄ radicaliter ſunt credenda:
tanq̄ȝ oium credendorū fundamenta. ¶ Rō
autem ad intelligētiū p̄dictoꝝ hec eſt. Quia
cum primū principiū in ſeipſo ſit ſumme ve
rum ⁊ bonū. in opere vero ſuo ſit ſumme iu
ſtuȝ ⁊ miſericors. ⁊ ſumme v̄o debeaꝫ firma
aſſenſio. ſumme bono feruens dilectio. ſum
me iuſto vniuerſalis ſubiectio. ſumme miſe
ricordi fiducialis inuocatio. ⁊ gratia ſit ordi-
natiua mentis noſtre ad primi principij cul-
turam debitā. hinc eſt ꝙ ipſa dirigit ⁊ regu
lat ad debita ⁊ meritoria exercitia: in creden
dis: amandis: exequendis ⁊ poſtulandis. ſ;
ꝙ requirit ſumma veritas: bonitas: iuſticia
⁊ miſericordia in trinitate beata. Cū igitur
veritati eſt credendum: ⁊ maiori veritati ma
gis eſt credendum. ⁊ ſumme veritati per cō
ſequens ſumme eſt credendū. ⁊ veritas pri-
mi principij in infinitū maior eſt omni veri-
tate creata. ⁊ luminoſior oī lumine intellectꝰ
noſtri. hinc eſt ꝙ ad hoc ꝙ intellectꝰ noſter
ſit recte ordinatus in credēdis: neceſſe eſt ꝙ
plus credat ſumme veritati q̄ȝ ſibi. ⁊ ꝙ ſe re
digat in obſequium chriſti. ac per hoc ꝙ nō
ſolum credat que ſunt ſm rationē. verū etiaȝ
que ſunt ſupra rationem ⁊ cōtra ſenſuū expe
rientiam. quod ſi recuſat non exhibꝫ ſumme
veritati debitā reuerentiā. dum iudiciū idu
ſtrie proprie p̄fert dictamini lucis eterne. qd̄
eſſe non poteſt abſq̄ȝ tumore ſuperbie ⁊ ela
tionis improbande. ¶ Rurſus q: veritas
ſupra rationē: ſiue p̄ter rationē eſt v̄itas non
viſa nec apparens. ſed magis occulta ⁊ ad
credendum difficilima. ideo ad hoc ꝙ fir-
miꝫ credaꝫ: neceſſaria eſt illuſtratio veritatꝫ
aīam eleuans. neceſſaria eſt etiā teſtificatio
auctoritatis animam firmans. primum fit p
fidem infuſam. ſcōm per ſcripturam auten-
ticam. quorū vtrūq̄ȝ eſt a veritate ſumma p
ieſum chriſtū qui eſt ſplendor ⁊ verbū: ⁊ per
ſpiritūſanctū qui veritatem oſ̄dit ⁊ dicit. ⁊
nihilominus credere facit. Hinc eſt ꝙ aucto
ritas prebet fulcimentum fidei. ⁊ fides aſſen
tit auctoritati. Et quia auctoritas principali-
ter reſidet in ſacra ſcriptura: que per ſpiritū
ſanctum eſt condita tota. ad dirigendam fi-
dem catholicā. hinc eſt ꝙ vera fides a ſcri-
ptura non diſſonat. ſ; ei aſſentit aſſenſiōe nō
ficta. ¶ Poſtremo q: veritas ad quā cre-
dendam artamur p fidē. ⁊ de qua ſacra ſcri
ptura agit principaliter. nō eſt veritas q̄cun-
q̄ȝ: ſed veritas diuina. vel vt eſt in natura p
pria: vel vt eſt in natura aſſumpta. Nam in
huius veritatis cognitione cōſiſtit ⁊ premiū
patrie ⁊ meritū vie. hinc eſt ꝙ articuli fidei
qui ſunt fidei fundamenta: aut ſpectant ad di
uinitatem. aut ad humanitatem. Et qm̄ diui
nitas habet conſiderari in tribus pſonis. ſ. in
patre generante. filio genito: ⁊ ſpirituſancto
pcēdente. ⁊ quadriformi operatiōe. ſ. creati
one in eſſe nature. recreatiōe in eſſe gr̄e. re-
ſuſcitatiōe in repatiōe vite: ⁊ glificatiōe ī col
latiōe glorie. hinc eſt ꝙ articuli ſpectātes ad
deitatem ſunt ſeptē. Silr̄ q: hūanitas chriſti
habet conſiderari vt concepta de ſpirituſan
cto: vt nata de virgine. vt patiens in cruce.
vt deſcendens ad infernum. vt reſurgens a
morte. vt aſcendens in celum. vt veniens ad
finale iudicium. hinc eſt ꝙ ſeptē ſunt articu-
li ſpectantes ad humanitatem. ⁊ ſic ſunt in
vniuerſo quattuordecim ad moduȝ ſeptem
ſtellarum: ⁊ ſeptem candelabroꝝ aureoꝝ: in
quorum medio filiꝰ hoīs ambulabat. Cū
ergo vnus eſt chriſtus in natura diuina ⁊ hu
mana. ⁊ vna tantū eſt veritas ſumma. que ē
ratio credendi: vna: prima: ſumma ⁊ ſola. q̄
non mutatur per tp̄a. hinc eſt ꝙ de omnibꝰ
predictis articulis vna tantū eſt fides ⁊ ea-
dem. non mutata tam in preſentibꝰ q̄ȝ in pre
teritis: q̄ȝ in futuris. licet magis clara ſit ⁊
explicita in eis qui chriſtum ſequunꝫ q̄ȝ in
eis qui preceſſerūt eiꝰ aduentū. ſicut nouum
teſtamentum clariꝰ eſt q̄ȝ vetꝰ: in qbꝰ p̄dicti
articuli continenꝫ. ¶ Et q: ſpiriſſctūs hos
articulos fidei in ſcripturarum profunditate
contentos: in vnū cōpegit p duodecim apo
ſtolos tanq̄ȝ per teſtes firmiſſimos. hinc eſt
ꝙ predicti articuli in vnū ſymbolū apl'orum

collecti fuerunt. Et ideo sm apostolos componentes duodecim articuli dicit possunt. quilibet aplus in edificationem fidei posuit vnum articulum qsi lapidē vnū viuū: quod spiritussctūs recte pfigurauit in duodeciz viris q duodecim lapides de iordanis alueo extraxerunt ad altare dñicum construendū.

Capitulum viij.

¶ De exercitio grē respectu diligendorū.

E diligendis aūt hec tenenda sunt. O quod licet oīa opera diuina sint valde bona. quattuor tñ proprie sūt ex charitate diligenda. s. deus eternus. quod nos sumus. proximus noster: et corpus nostruz. In quorum dilectione seruandus est ordo et modus: vt deus diligat primo et super omnia. et propter se. secūdo qd nos sumus sub deo et pro deo. tertio proximus noster sicut et nos. quarto corpus nostrum infra nos et infra proximum: tanq̄ bonū minus pcipuū. Ad h autem exequendum dat vnus charitatis habitus: et duplex mandatum. in quo pendet vniuersitas legis et prophetarum. non solū quātuz ad vetus testamentum: verūetiam quātū ad nouū. ¶ Ratio aūt ad intelligentiaz pdictorum hec est. Quia primū principiū hocipso quod primum est summū. et hocipso quod summuz est summe bonū. hocipso quod summe bonum est summe beatū et summe beatificatiuū: et h ipso quod summe btificatiuū est ipo summe fruendum. et hocipso quod est eo summe fruendū summe est ei inherendū p amorē. et in eo qescendū tanq̄ in fine. Qm̄ ergo amor rectus et ordinatus qui charitas appellat: principaliter fertur in illud bonum quo fruitur: et in quo qescit. et hocipsuz est ratio diligendi: hic est quod illud pcipue diligit tanq̄ btificatiuuz. et cetera per osequēs: que p illud idonea sūt beatificari. Qm̄ igit nobiscū ad beatitudinē natus est proximus peruenire: natum est etiam peruenire et corpus nostrum tanq̄ beatificabile cū spiritu. hinc est quod q̄ttuor tm̄ ex charitate diligenda esse dicunt. s. deus et proximus. spūs noster et corpus nostrum. ¶ Rursus qm̄ deus est supra nos tanq̄ bonum supremum. spiritus noster intra nos tanq̄ bonū intrinsecum. et proximus noster iuxta nos tāq̄ bonū cognatum. corpus vero nostrum infra nos tanq̄ bonum subiectum. hinc est quod hic debet seruari ordo in diligēdo: vt primo deus diligat super omnia et propter seipsuz. scdo spūs noster sub deo supra omne bonū caducum. tertio proximus noster iuxta nos ad consimile bonū. quarto corpus nostrum infra nos sicut bonū infimū. et in eodē gradu contineri debet corpus proximi. q: vtrūq̄z tenet rationem inferioris boni respectu spūs nri. ¶ Postremo q: amor est pondus mētis: et origo omnis affectionis mentalis. qui defacili reflectitur in se: et difficulter tendit in proximum: et difficilius eleuat in deū. hinc est quod licet quattuor sint diligenda ex charitate. duplex tñ datur mandatum. vnuz quod dirigit in deum. aliud qd dirigit in proximū. Et quia omnia precepta vel ad deū referunt tanq̄ in finem. vel ad proximuz tanq̄ in illud qd est ad finem. hinc est quod in his duobus mandatis claudit collectio mandatorum: et comphensio omniū scripturarū. et charitas ipsa est radix forma et finis virtutum. que iungit omnes cum vltimo fine: et ligat oīa ad inuiceз simul et ordinate. ac per hoc ipsa est pōdus inclinationis ordinate: et vinculū colligationis perfecte. ordinem qdem seruās respectu diligēdorū diuersorū quantum ad affectū pariter et effectum. vnitatem autem habens in habitu quantum ad vnum finem et vnuz principale dilectū. qd est ratio diligēdi respectu omniū aliorū dilectorum que p amoris vinculuz nata sunt colligari in vnum christum: quantuz ad caput et corpus quod vnitatem cōtinet in se saluandorum que vnitas nunc inchoatur in vita: sed consummatur in eterna gloria. iuxta quod dñs orat: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. et ego in eis et tu in me. vt sint cōsummati in vnum. qua vnitate consummata per vinculum charitatis erit deus omnia in omnibus: eternitate certa et pace: pfecta. erūtq̄z

omnia per amorem cōmunia cōmunione ordinata et ordinatione cōnexa: et cōnexione indissolubiliter alligata.

Capitulū. ix.

¶ De exercitio gratie respectu agendorū preceptorum et consiliorum.

De preceptis aūt legis diuine hoc tenendū est: quod in lege mosayca sunt precepta iudicialia: figuralia et moralia. vtpote decē precepta decalogi: in duabus tabulis conscripta digito dei. Lex aūt euāgelica iudicialia temperat auferēdo: figuralia euacuat adimplendo: moralia consummat adijciendo. Adijcit autē documenta instruentia. promissa excitantia: et consilia perficientia. cuiusmodi sunt consilium paupertatis. consilium obedientie: et consilium castitatis. ad que implēda inuitat dñs noster iesus christus eū qui vult esse perfectus. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictorum hec est. Quia primum principiū sicut est summe bonū in seipso. sic ē summe iustum in opere suo. et in vniuersi regimine disponendo. Quī ergo summe iusti est zelare iusticiā: non tñ in se verūetiam in altero. iusticia autem consistit in conformando se regulis iuris. hinc est quod diuine iusticie est regulas iusticie homini imprimere et exprimere: non tñ dictando per modū veritatis erudientis: sed etiam precipiendo et obligando per modū volūtatis imperantis. Et qm̄ gratia facit voluntatem nostram voluntati diuine conformē. ipsius est disponere nos ad obtemperandū et subiacendū illis regulis iusticie sm̄ dictamē legis diuinis date. ¶ Rursus qm̄ diuinis imperijs dupliciter obtemperare contingit. videlicet ex timore pene vel ex amore iusticie. et primū est imperfectorum. secundū aūt perfectorum. ideo duplicē deus homini contulit legem. vnam timoris: et alteram amoris. vnam in seruitutem generantē: et alteram in adoptionē filiorum dei transferentem. Ac per hoc quia timentibus et imperfectis competit vt terreant per iudicia. et manuducantur per signa. et dirigantur nihilominus per precepta. hinc est quod lex mosayca que est lex timoris. continet iudicialia et figuralia et moralia. Perfectis aūt et amantibus competit aperta instructio documentorum. larga promissio premiorum. et alta perfectio consiliorū. hinc est quod lex euangelica continet ista tria. Et ideo dicitur lex mosayca differre ab euāgelica. quia illa figure: hec veritatis. illa lex pene. hec gratie. illa litteralis et ista spūalis: illa occidens: et ista viuificans. illa timoris et ista amoris. illa suitutis: et ista libertatis. illa oneris et ista facilitatis. ¶ Postremo qm̄ regule spectantes ad iusticie necessitatem continent in diuinis preceptis: et iusticie ē ius suū vnicuiqz reddere: necesse est quod pcepta moralia quedam sint que ordinent nos ad deū. quedam ad proximū sm̄ duplex charitatis preceptum. quod spūssanctus voluit insinuare per duarum mysterium tabularū. et ideo digito dei scripte dicuntur. Et quia deus est trinus. pater et filius et spūssanctus. cui competit sūma maiestas adoranda: veritas profitenda: et charitas acceptanda: sm̄ vim irascibilē rationalez et concupiscibilē. per actū operis: oris et cordis: ideo triplex est mandatū prime tabule: correspōdens tribus pmissis. s. adorationis subiectiue. iurationis veridice. et sabbatizationis sacrate. Quia vero proximus est imago trinitatis. et ei inquantū pfert imaginē pris debet pietas. inquantū imaginē filij debetur veracitas. inquantū imaginem spiritussancti debet benignitas. hinc ē quod septē sunt mādata que ad scdam tabulam spectāt. Nam penes pietatē sunt duo. vnū quod pietatē mādat. s. de patre honorādo. alterum quod impietatē vetat. s. de nō occidēdo. Penes veracitatē vero q principaliter consistit in vbo accipit vnū. s. de falso testimonio nō ferēdo. Penes benignitatē vero cui opponit cupiditas et concupiscētia. quarum vtraqz pōt esse in opere vel in corde accipiunt q̄ttuor. s. nō mechaberis. nō concupisces vxorē. nō furtū facies: et nō concupisces rem alienā. Et habēt hec ordinari sm̄ maiora vel minora nocumenta. p quę

infringi potest insticia. Et sic regule spectan
tes ad iusticie necessitatem debent contineri
in decem preceptis. ¶ Qm̄ autem iusticia
ad perfectionem puenit: dū perfecte se elon
gat a malo. ⁊ quantum ad culpá ⁊ quantum
ad causam. ⁊ omne malū orit ex triplici radi
ce. scʒ ɔcupiscentie carnis: ⁊ ɔcupiscétie ocu
loꝝ. ⁊ supbie vite. hinc est ꝙ tria sunt consi-
lia euangelica pfecte nos elongantia a tripli
ci radice predicta. Que ideo sunt ɔsilia. quia
vt perfecte faciant recedere a malo: nō soluʒ
separant ab illicitis. verūetiam a licitis ⁊ con
cessis: que possunt esse occasio mali. ac p h̄
non solum insticiam continent sufficientem.
verūetiam superabundanté. s̄m ꝙ compe-
tit perfectioni euangelice legis: ⁊ exercitatio
ni gratie perficientis.

Capitulum x.

¶ De exercitio gratie respectu petendorũ
⁊ orandorum.

De petitionibus aūt orationis dñice
hoc tenendū est. ꝙ licet deus sit li-
beralissimus: ⁊ pmptior ad dandū
q̄ʒ nos ad accipiendū. tñ a nobis vult orari
vt occasionem habeat largiendi dona gra-
tie spūssancti. Vult autem orari non solum
oratione mentali: que est ascensus intellectus
in deum. verūetiá vocali que est petitio de-
centiū a deo: nō soluʒ per nosipsos: verūetiá
per sanctos: tanq̄ʒ per coadiutores nobis di
uinitus datos: vt quod minus digni sumus
impetrare per nos: impetrare valeamus p
sanctos. Et quia quid oremus s̄m ꝙ oportet
nescimus: ne vagaremur incerti: formam no
bis tribuit dñs ⁊ deus noster christus in ora
tione quá composuit. in qua sub septenario
petitionum numero: vniuersitas cōphédi
tur petendorū. ¶ Ratio aūt ad intelligen-
tiam p̄dictoꝝ hec est. Quia primū p̄ncipiū
sicut est summe verū ⁊ bonum in seipso. sic
misericors ⁊ iustum in opere suo. Et qr mise
ricordissimū est: ideo libentissime condescen
dit humane miserie per infusionem grē sue.
Quia vero simul cum hoc iustū est. ideo do

num perfectū non dat nisi desideránti. nō dat
gratiam nisi regratianti. nō impendit miseri
cordiam nisi miseriá cognoscenti. vt salua sit
libertas arbitrij. ⁊ non vilescat nobilitas do
ni: ⁊ integer perseueret cultus honoris diui-
ni. Quoniá ergo orantis est affectare subsi-
dium. pprīū allegare defectū. ⁊ gratias age-
re pp̄ter beneficiū gratis datum. hinc est ꝙ
oratio disponit ad susceptionem diuinorum
charismatū: ⁊ deus orari vult ad hoc vt mu
nera largiatur. ¶ Rursus qr ad hoc ꝙ desi
derium efficaciter sursuʒ tendat ad impetrá
dum dona diuina. necesse est ꝙ affectio no-
stra sit feruida: ⁊ cogitatio in vnum collecta.
⁊ expectatio nostra sit certa ⁊ firma. ⁊ quia
cor nostrum frequenter est tepidum. frequē-
ter dispersum: frequēter etiam pauidum p-
pter peccati remorsum. nec audens per seipʒ
cōparere ante dei ɔspectum. hinc est ꝙ dñs
voluit nos nō tm̄ orare mentaliter. verūetiá
vocaliter ad nostri affectus excitationé per
verba. ⁊ ad recollectioné cogitationū p sen-
sum verborum. Voluit etiá nos orare p san
ctos: ⁊ sanctas p nobis: ad dandá fiduciam
pauidis. vt qd̄ non audent vel nō possunt i-
petrare per se. per idoneos impetratores
obtineant. ac per hoc in orantibus humilitas
conseruetur. in sanctis intercedétibus digni
tas declaretur. in omnibus etiá christi mem
bris charitas ⁊ vnitas ostendatur. qua que i
feriora sunt ad superiora fiducialiter recur-
rant. ⁊ superiora inferioribus liberaliter con
descendant. ¶ Postremo qr deus iustus et
misericors exaudire nō debet nisi in his que
spectant ad suū honoré: ⁊ ad nostrá saluteʒ.
hmōi aūt sunt que spectant ad p̄miū patrie:
⁊ ad viaticū vie. ⁊ prima sunt tria: ⁊ sequen-
tia quattuor. hinc est ꝙ petitiones dominice
orationis que docent quid petere vtiliter de
beamus sunt septem. Que enim spectát ad
diuinum honoré: ⁊ premiū patrie sunt tria.
scʒ intelligentia veritatis. reuerentia maiesta
tis: ⁊ concordia voluntatis. Siue per alia v̄
ba. Vel est visio summi veri: qd̄ non vide-

tur nisi a mundis ⁊ a sanctis. ⁊ hec petiť cuꝫ dicitur. Sanctificetur nomen tuum. idest tui nois noticia pfectis sanctis ⁊ mundis donetur. Uel est tētio summi ardui. que reges facit: ⁊ per quā regnū habeť. ⁊ hec petiť cum diciť. Adueniat regnū tuū. Uel est fruitio sūmi boni que nō datur nisi his qui volūtates suas habent diuine volūtati ꝯformes: ⁊ hec petiť cum diciť. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Que aūt spectant ad transitum vie: aut respiciunt collationem boni ꝯferentis. aut amotionem mali nocentis. Collatio aūt boni ꝯferentis petiť in pane quotidiano siue supsubstantiali. in quo petiť quicqd necessarium est ad ꝯseruationē vite psentis. siue ẜm spiritū siue ẜm corpus. Amotio auteꝫ mali nocentis petiť in tribus petitiōibus vltimis. q: omne malū aut tenet rōnem pteriti aut futuri aut pñtis. Uel aliter. aut tenet rōneꝫ mali culpe: aut pugne aut pene. Primū petitur amoueri in dimissione debitorū ẜm in victoria tentationū. tertiū ⁊ vltimū in liberatione ab oppressione maloꝝ. Et sic septeꝫ in vniuerso sunt petitiones: in quibus vniuersaliter petitur quicquid petendum est. Et hoc quidem satis recte: vt septenarius petitionum: respondeat septenario diuinoꝝ charismatum ⁊ donoꝝ gratie septiformis. Propter qđ notandū est q septiformē septenarium proponit nobis sacra scriptura considerandū. scꝫ viciorum capitaliū. sacramentorum: virtutū. donorū. beatitudinum. petitionum: ⁊ dotum gloriosarum. triuꝫ. scꝫ spūalium: ⁊ quattuor corporaliū: vt inferius apparebit. Proponit ergo septenariū vitiorum tanqꝫ primū: a quo debemus recedere. septenarium sacramentoꝝ secundum: per queꝫ debemus incedere. septenariū dotū vltimū quē debemus appetere. septenariū petitionū penultimū quo debemus petere. septenariū aūt virtutū donorū ⁊ beatitudinū triplicem intermedium. per quē debemus transire. vt sic septies in die laudantes nomē dñi ⁊ orantes impetremus grām septiformē virtutum: donorū: ⁊ beatitudinū. qua vincamus septiformē pugnā vitioꝝ capitaliū: ⁊ perueniamus ad septiformē coronā dotū gloriosaꝝ. adiuuante nihilominus septiformi medicina sacramentorum: diuinitus ad reparationem humani generis statutorum.:

Finit quinta pars.

## ¶ Incipit sexta ps de medicina sacramētali Capitulū. primū.

### ¶ De sacramentali origine.

p Ostqꝫ actum est de trinitate dei. de creatura mūdi. de corruptela peccati. de incarnatione verbi. ⁊ de grā spūssancti. iā nūc sexto agēdum est de medicina sacramentali. Circa quā ꝯsideranda sunt septē. Agendū est. n. de sacramētoꝝ origine. variatiōe. distinctiōe. institutiōe. dispensatōe. iteratōe: ⁊ vniuscuiusqꝫ itegritate. ¶ De origine igiť sacramētoꝝ h̄ tenēdū est q sacramenta sunt signa sensibilia: diuinitus istituta: tanqꝫ medicamēta: in qb⁹ sub tegumēto reꝝ sensibiliū diuina virt⁹ secretius opať. ita q ipa ex silitudine naturali repsentant. ex institutōe significāt. ex sctificatōe ꝯferunt aliquā spūalem grām: p quā aīa curať ab infirmitatibus vitioꝝ. ⁊ ad h̄ pncipaliter ordinanť tanqꝫ ad finē vltimum. valēt tñ ad humiliationē: eruditōem ⁊ excitationē sicut ad finē q est sub fine. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā pdictoꝝ hec est. Quia principiū reparatiuū qđ est xp̄s crucifixus: verbū. scꝫ incarnatū. qđ sapiētissime dispensat omnia q: diuinū: ⁊ clemētissime curat q: diuinit⁹ incarnatū. sic debet reparare. sanare ⁊ saluare humanū genus egrotū ẜm q ꝯpetit ipsi egrotāti: egritudini: ⁊ occasioni egrotādi: ⁊ ipsi⁹ egritudinis curationi. Ipse aūt medicus est verbum incarnatū deus. s. inuisibilis in natura visibili. Homo egrotans est nō tantū spiri-

tus: nec tm̄ caro: sed spūs in carne mortali. Morbus autem est originalis culpa: que p ignorantiam inficit mentē: ꝛ per ꝯcupiscentiam inficit carnem. Origo autem huius culpe licet principaliter fuerit ex ꝯsensu ratiōis: occasionē tamen sumpsit a sensibus carnis. Ad hoc ergo ꝙ medicina correspōdēs esset omnibus supradictis: oportuit ꝙ nō tm̄ esset spūalis. verūetiam aliquid haberet de sensibilibus signis. vt sicut hec sensibilia fuerunt anime occasio labendi. ita essent ei occasio resurgendi. Quā igiť signa sensibilia q̄ztum est de se non habent efficacē ordinationē ad grām. licet habeant longinquā representationem de sui natura. hinc est ꝙ oportuit ꝙ ab auctore gratie instituerētur ad significāduz: ꝛ benedicerentur ad sanctificandum. vt sic essent ex naturali similitudie repñtātia. ex adiuncta institutione significantia. ex supaddita benedictione sanctificantia ꝛ ad gratiaz preparantia: per quam curraretur ꝛ sanaretur anima nostra. ℂ Rursus quoniam gratia curatiua non datur elatis: incredulis ꝛ fastidiosis: ideo optuit hec signa sensibilia diuinitus dari. que non solū sanctificarent ꝛ gratiam cōferrent: ac per hoc sanarēt. verūetiā significatione erudirēt: ꝛ susceptione humiliarent. ꝛ diuersificatione exercitarent. vt sic per exercitationē exclusa accidia a ꝯcupiscibili. per eruditionē exclusa ignorātia a rationali. per humiliationem exclusa superbia ab irascibili. tota anima curabilis fieret a gratia spūssancti. que reformat nos ƀz has tres potentias ad imaginem trinitatis ꝛ christi. ℂ Postremo qm̄ per huiusmodi signa sensibilia diuinitus instituta: grā spūssancti suscipitur. ꝛ in eis ab accedentibus inuenitur. hinc est ꝙ hmōi sacramenta dicunť grē vasa ꝛ causa. nō q: grā in eis substātialiter ꝯtineatur: vel causaliter efficiať. cum in sola aīa habeat collocari. ꝛ a solo deo habeat infundi. sed q: in illis ꝛ p illa grām curationis a sūmo medico xp̄o ex diuino decreto opteł hauriri. licet deus nō alligauerit suā grām sacramētis. ℂ Ex pmissis igiť apparet nō solum qs sit sacramētoꝝ ortus. verūetiā qs vsus ꝛ qs fructus. ℂ Nā ort⁹ eoꝝ est xp̄s dn̄s. ℂ Usus aūt est act⁹ exercitatiu⁹. eruditiu⁹ ꝛ humiliatiuus. ℂ Fructus aūt est hoīm cura ꝛ salus. ℂ Patet etiā que sit causa efficiens sacramētoꝝ. q: diuina istitutio. ℂ Que materialis: q: signi sensibilis representatio. ℂ Que formalis: q: gratuita sanctificatio. ℂ Que finalis q: hoīm medicinalis curatio. ℂ Et q: denoiatio fit a forma ꝛ a fine: hinc ē ꝙ dicunť sacramēta q̄si medicamēta sanctificātia. ℂ Per hec. n. aīa a feditate vitioꝝ reduciť ad sctificatōem pfectā. ℂ Et iō licet sint corpalia ꝛ sensibilia: sunt tm̄ medicinalia. ꝛ ob ƀ venerāda tanq̄z sctā. q: sacra significāt mysteria. ad sacra ꝑpant charismata. a sacratissimo deo data. sacra institutiōe ꝛ benedictione diuinit⁹ ꝯsecrata. ad cultum sacratissimū dei in sacra ecclesia ꝯstituta. ita vt merito dici debeant sacramenta.

## Capitulum. ij.

ℂ De sacramentorum variatione.

De variatione autē sacramētoꝝ ƀ tenendum est. ꝙ sacramenta ab initio ad curationem hoīs sunt instituta. ꝛ semp cū morbo hoīs cucurrerūt: ꝛ vsq; i finē seculi pdurabūt: sed alia fuerūt in lege nature: alia sub lege scripta: alia sub lege gratie Et i his oībus illa que posteriora sunt: significatione sunt euidētiora. ꝛ effectu grē digniora. In lege enim nature fuerunt oblationes: sacrificia ꝛ decimatiōes. In lege autem scripta introducta est circūcisio: ꝛ adiuncta ē expiatio: ꝛ supaddita est oblationū: decimationū: ꝛ sacrificiorum multiformis distinctio. In lege autem noua statuta sunt sacramenta numero pauciora. vtilitate potiora. virtute efficaciora. ꝛ preeminentia digniora. in quibus est impletio simul ꝛ euacuatio sacramentorum omniuz predictorum. ℂ Ratio autē ad intelligentiā predictoꝝ hec est. q: ƀbuz i carnatū qđ ē repatiōis nr̄e principiū: ꝛ fons ꝛ origo sacramentoꝝ: cū sit clementissimū ꝛ

sapientissimũ. eo quod clementissimũ est non per
misit quod curreret morbus pcti sine remedio
sacramenti. eo vero quod sapientissimũ ē. ideo
iuxta dictamen sue imutabilis sapiētie cun-
cta ordinatissime gubernantis: diuersa adhi
buit medicamenta et varia: sm mutationem
variam tempoꝝ diuersoꝝ. Quĩ ergo ab ini
tio percurrente tpe: et aduentu saluatoris ma
gis ac magis appropinquante. semp magis
ac magis effect⁹ salutꝫ creuit: et cognitio veri
tatis: cōgruũ fuit et ipsa signa salutis per suc-
cessionem tēpoꝝ. alia post alia variari. vt ef
fectus gratie diuine in salutem cresceret. si-
mulqꝫ et ipsa significatio in ipsis signis visi-
bilibus euidētior appareret. Et ideo primuꝫ
per oblatiōes. postea per circūcisionē. ad vl
timũ per baptismalē ablutionē: expiationis
et iustificationis sacramentũ formaliter insti-
tutum est. quia eiusdē mũdatiōis forma et silitu
do in oblatione quidem occulte inuenitur. in
circūcisione vero euidentius exprimitur. per
baptisimum aũt manifesti⁹ declaratꝫ. Et hinc
est quod illa pmi tpis sacramēta: sicut dicit Hu
go: fuerunt sicut veritatis vmbra. medij tpis
sicut figura seu imago. postremi. s. gratie si-
cut corpus. quia intra se veritatem et gratiā
curatricem continent quā psentant. et presen
tialiter cōferũt qd promittũt. ¶ Rursus qm̃
presentia veritatꝫ et gr̃e. q in lege gratie exhi
betur rōne sue excellētie et mltiformitatis in
ope et vtute: p vnũ signuꝫ exprimi nō pote-
rat vt decebat. hinc ē quod in oi tpe et lege pl'a
fuerũt sacr̃a data. ad illā vitatē et gr̃aꝫ expri-
mendā. sed pcipue in tpe legis figure: cui⁹ est
figurare: multa signa et varia precesserunt: q
sua varietate christi gr̃am multipliciter exp
merent: et excellenti⁹ cōmēdarent: et multi-
pliciter cōmēdando nutrirēt puulos. exerce
rent imperfectos. et duros onerando frāge-
rent: et ad iugum gratie domarēt. et quodā-
modo emollirēt. ¶ Postremo qm̃ supueni
ente veritate cessat vmbra: et figura pnũciās
sortitur finē intentũ. quo habito cessare debꝫ
eius vsus et act⁹. hinc est quod gr̃a supueniente
vetera sacramenta et signa impleta sunt pari
ter et sublata. quia signa erant prenostica futuro
rum et quasi prenunciātia de lōginquo: et no
ua nihilominus instituta tanqꝫ demonstrati-
ua presentis gratie. et rememoratiua quodãm
modo passionis dñice. que fons est et origo
gratie curatiue. siue in nobis siue in his qui
precesserunt christi aduentum. sed in his qui
precesserũt tanqꝫ preciũ pmissuꝫ. in his qui
sequunt tanqꝫ preciũ persolutũ. Et qm̃ non
debet gr̃a promissioni pcij nisi rōne psoluti
onis et abũdātior debet psoluto pcio qꝫ pro
misso. hinc est quod passio christi imediati⁹ scti-
ficat sacramenta temporis legis noue. et ple
nior gr̃a in eis redundat. Propter qd illa p
parauerunt et pduxerũt ad hec sicut via ad
terminum. sicut signũ ad signatum. sicut figu
ra ad veritatem. et sicut imperfectum redu-
cit et preparat ad perfectum.

Capitulum iij.

¶ De sacramētoꝝ numero et distinctione.

D E distinctione aũt et numero sacro-
rum noue legis hoc tenendũ est: quod
ipsa sunt septē sm correspondētiam
ad gr̃am septiformē. q per septenarium tpis
nos reducit ad principiũ. quietē. et circulum
eternitatis. sicut ad octauam resurrectionis
vniuersalis. ¶ Hoꝝ aũt sacramētoꝝ ianua
est baptisimus. deide confirmatio: eucharistia:
penitentia: vnctio extrema: ordo et mr̃imoni
um. qd licet vltimo collocet propter morbuꝫ
cōcupiscentie annexũ. ipsum tñ fuit ante oia
introductũ in padiso. etiā ante pctm̃. ¶ Rō
aũt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia
pncipiũ nostrũ repatiuũ et curatiuũ nostroꝝ
morboꝝ christus dñs verbum incarnatũ: cũ
sit dei virtus et sapia et misericordia nr̃a. sic
potenter: sic sapiēter: sic clemēter: sic decent
sua debet instituere sacr̃a in lege gr̃e: vt nihil
prorsus desit curationi nr̃e quātũ cōpetit sta
tui vite pñtis. ¶ Ad pfectā aũt curationem
egritudinis cōcurrũt hec tria. s. expulsio egri
tudinis. introductio sanitatis. et conseruatio
introducte salutis. ¶ Primũ igit qm̃ ad p-

fectam curationẽ ꝑfecta ⁊ vniuersalis reqrit
morbi expulsio: ⁊ morbus est septiformis: tri
plex culpabilis. s. culpa originalis: mortalis:
⁊ venialis. ⁊ quadruplex penalis. s. ignorãtia
malicia: infirmitas: ⁊ ꝯcupiscentia. ⁊ non sa-
nat oculum qđ sanat calcaneũ. sicut dicit hie
rony. hinc est ꝙ oportuit adhiberi ꝯ hec se-
ptenariũ medicamẽtoꝝ: ad hunc septiformẽ
morbũ plenius expellendum. s. ꝯ originalem
baptismũ. ꝯ mortalẽ penitẽtiã. ꝯ venialẽ vn
ctionem extremã. contra ignorantiã ordinẽ.
ꝯtra maliciã eucharistiã. ꝯ infirmitatẽ cõfir-
mationẽ. ⁊ ꝯ concupiscentiã mr̃imoniuꝫ qđ
eam tempat ⁊ excusat. ¶ Rursus q: ꝑfecta
curatio nõ potest esse sine restitutione itegre
sanitatis: ⁊ sanitas aĩe integra ꝯsistit in vsu se
ptẽ virtutũ. triũ scꝫ theologicaꝝ. ⁊ quatuor
cardinaliũ. hinc est ꝙ ad haꝝ vsum sanũ re
stituẽdũ institui oportuit septiforme sacram̃
tum. Nam baptismus sanãdo disponit ad fi
dem. ꝯfirmatio ad spem. eucharistia ad cha-
ritatem. pnia ad iusticiã. vnctio extrema ad
perseuerantiã. que est fortitudinis ꝯplemen-
tũ ⁊ sũma. ordo ad prudentiã. mr̃imoniũ ad
tꝑantiã ꝯseruandã. quã maxime ꝑsequitur i
firmitas carnis. sed honestas remediat nu-
ptiarũ. ¶ Postremo qm̃ perfecta curatio
esse nõ potest sine ꝯseruatõe salutis introdu
cte. ⁊ salus introducta ꝯseruari nõ põt in cõ
flictu certaminis nisi in acie ecclesie. q̇ est ter
ribilis vt castroꝝ acies ordinata. ⁊ hoc qdẽꝫ
fit ꝑ septiformis gr̃e armaturã. hinc est ꝙ ne
cesse est septẽ esse sacr̃a. Nã vt hec acies sit
ꝑfecte ⁊ ꝯtinue cõmunita: cũ ꝯstet ex ptibus
corruptibilibus indiget sacramẽtis munien-
tibus: releuãtibus ⁊ renouãtibꝰ. muniẽtibꝰ.
pugnantes. releuantibus cadẽtes: ⁊ renouã
tibus moriẽtes. ¶ Sacr̃m aũt muniẽs: aut
munit ingredientes. ⁊ sic est: baptismus. aut
stãtes: ⁊ sic est ꝯfirmatio. aut exeuntes. ⁊ sic
est extrema vnctio. ¶ Sacr̃m aũt releuans
aut releuat a casu veniali. ⁊ sic est eucharistia
aut a mortali. ⁊ sic est pñia. ¶ Sacr̃m aũt re
nouãs aut renouat in esse spũali. ⁊ sic ẽ ordo
cuius est administrare sacramẽta. aut in esse
naturali. ⁊ sic est mr̃imoniuꝫ. qđ q: renouat
multitudinẽ in esse nature qđ est oĩm funda
mentũ. iõ primo fuit añ oĩa institutũ. licet ꝓ-
pter morbũ ꝯcupiscẽtie annexũ. ¶ Et q: mi
nime est sctificatiuũ: q̃ꝫuis significatõe sit sa-
cramentũ magnũ. inter medicamẽta spũalia
vltio collocat̃: ⁊ locũ sortit̃ extremũ. ¶ Vñ
q: baptismus est ingredientiũ: ꝯfirmatioꝰ pu
gnantiũ. eucharistia vires resumentiũ. pnia
resurgentiũ. extrema vnctio exeuntiũ. ordo
nouos milites introducẽtiũ. mr̃imoniũ no-
uos milites ꝑparantiũ. patet ex his sufficien
tia ⁊ ordo medicamẽtoꝝ. sacr̃aliũ ⁊ armoꝝ.

## Capitulum. iiij.

¶ De sacramentorum institutione.

D E institutione aũt sacramentoruꝫ h
tenendum est. ꝙ septem sacramen-
ta legis gratie christus instituit tãq̃ꝫ
noui testamenti mediator: ⁊ precipuus lator
legis. in qua vocauit ad promissa eterna de-
dit precepta dirigentia. ⁊ instituit sacramẽta
sanctificantia. ¶ Instituit vero ea in verbis
⁊ elementis: ad euidentiam significationis:
⁊ efficatiam sanctificatõis ita ꝙ semꝑ habẽt
significantiã veritatis: sed nõ semper effica-
ciam curatõis. nõ propter defectum a parte
sui: sed parte suscipientis. ¶ Instituitꝰ autem
predicta sacramenta diuersimode. ¶ Que
dam. scꝫ ex eis confirmando: approbando ⁊
ꝯsummando. vt matrimoniũ ⁊ penitentiaꝫ.
Quedã aũt insinuando ⁊ initiando: vt ꝯfir
mationẽ ⁊ vnctionẽ extremã. ¶ Quedã ve
ro initiando ⁊ ꝯsummando ⁊ in semetipo su
scipiendo: vt sacramentũ baptismi. eruchari
stie ⁊ ordinis. Hec enim tria ⁊ plene istituit:
⁊ etiam primus suscepit. ¶ Rõ aũt ad itelli
gentiã ꝓdictoꝝ hec est. Quia principiũ re-
paratiuũ nostrũ est christus crucifixus: v̂bũ
scꝫ incarnatũ. quod q: verbum est patri coe
quale ⁊ ꝯsubstãtiale: est verbũ summe v̂tutꝭ
summe veritatis: ⁊ summe bonitatis. ac per
hoc ⁊ summe auctoritatis. ⁊ ideo ipsius ẽ ꝓ
prie nouũ testamentũ introducere. ipsius est

etiam: tare legé integrá ⁊ sufficienté ſm exi
gentiam summe virtutis: ⁊ veritatis ac boni
tatis sue. Rõne igit summe bonitatis ꝓmis
sa ꝓposuit beatificantia. rõne aũt summe ve
ritatis ꝑcepta dedit dirigétia. rõne vero sũ-
me virtutis sacramenta statuit adminiculátia
vt sic per sacramenta virtus reparet ad im
plenda precepta dirigentia. ⁊ ꝑ precepta di-
rectiua ꝑueniret ad promissa eterna. faciẽte
hoc verbo eterno. xpo scꝫ dño in lege euan-
gelica. inq̃ntum est via veritas ⁊ vita. ¶ Rur
sus qm̃ reparatiuũ principiũ nõ solũ est verbũ
inquantũ verbũ: sed etiá inquantũ incarna-
tũ. qđ hoc ipso ꝙ incarnatũ oibus se offert
quantũ ad noticiá veritatis: ⁊ oibus digne ac
cedentibus se exhibet ad grãm curationis.
hinc est ꝙ tanq̃ plenũ gratie ⁊ veritatis ad
maioré euidentiá significandi. ⁊ efficaciam
sanctificandi sacramenta instituit in elemẽtis
simul ⁊ verbis. vt dũ elementa oculis: ⁊ ver
ba auribus se offerent. qui sunt duo sensus
maxime cognoscitiui: euidentiá darent signi
ficationis expsse. deinde etiá verba sanctifi-
carent elemẽta. vt plenior fieret efficacia cu
ratiõis humane. que qm̃ nulli dat repugná
ti ⁊ impugnáti fonté gratie interius i corde.
ideo sic instituta sunt vt significarent semꝑ ⁊
vniuersaliter. non aũt sanctificarent nisi acce
dentes digne absq̃ omni fictõe. ¶ Postre
mo. qm̃ etsi verbũ incarnatũ sit fons gratie
sacramẽtalis: aliqua tñ gratia sacramentalis
fuit ante incarnationé. aliqua vero non nisi
post spũssancti missioné. quedam aũt medio
mõ se habens. hinc est ꝙ oportuit sacramen
ta institui diuersimode. Ná ante incarnatio
né necessaria fuit ꝯpunctio penitẽtialis: ⁊ ge
neratio matrimonialis. ideo hec duo sacra-
menta nõ de nouo instituit: sed iá a se institu
ta: ⁊ naturali dictamini q̊dámodo impressa
cõsummauit ⁊ confirmauit in lege euangeli
ca. dum penitentiá predicauit: ⁊ nuptijs iter
fuit: ⁊ legem coniugij approbauit: ſm ꝙ col
ligitur ex diuersis euangelij locis. Ante ve-
ro spũssancti missioné. nec fuit plena spiritus
sancti donatio ad ꝯfirmationem: ⁊ nominis
christi publicá ꝯfessioné. nec vnctio mentis
plenaria ad euolationem. ideo hec duo sacra
menta scꝫ ꝯfirmationem ⁊ extremá vnctio-
nem christus solum initiauit ⁊ insinuauit. cõ-
firmationé: manũ puulis imponẽdo: ⁊ predi
cendo discipulos baptizádos spũsancto. vn-
ctionem vero extremá discipulos ad curan-
dum mittendo. qui infirmos vngebant oleo
sicut dicit in marco. ¶ Medio aũt mõ ⁊ su
it regeneratio: ⁊ ecclesie ordinatio: ⁊ spũalis
cibatio. ideo christus hec tria sacramenta. s.
baptismi: eucharistie ⁊ ordinis: ⁊ complete ⁊
clare instituit. Primo baptismũ suscipiendo
deinde formá dando: ⁊ ceteris publicando.
Ordinem vero dando primo potestatem li
gandi ⁊ soluendi peccata humani generis. ⁊
potestaté ꝯficiendi sacramentũ altaris. Eu-
charistiá vero ꝯparando se grano frumẽti. ⁊
ꝯficiendo ⁊ dando imminente passiõe sacra
mentũ corpis ⁊ sanguinis sui. Et iõ hec tria
sacramenta per christũ distincte ⁊ integre de
buerunt institui: ⁊ in lege veteri multiplici-
ter figurari tanq̃ sacramenta substantialia
noui testamenti: ⁊ propria legislatoris verbi
scilicet incarnati.

## Capitulũ. v.

### ¶ De sacramentorum dispensatione.

De dispensatione vero sacramentoꝝ
hoc tenendũ est. ꝙ potestas dispen
sationis sacramentoꝝ regularit spe
ctat ad solũ genus humanũ. ¶ In oibus au
tem sacramentis dispensandis. necessaria est
in dispensante intentio. ¶ In aliquibus etiá
necessario cum intentõe reqritur ordo sacer
dotalis vel pontificalis. Põtificalis inq̃ ne
cessarius est dispensatiõi ꝯfirmatõis ⁊ ordi-
nis. Sacerdotalis vero dispẽsatiõi euchari
stie: pnĩe ⁊ vnctiõis extreme. Baptismꝰ aũt
⁊ mrimonium: licet ad sacerdotes spectent:
possunt tñ preter ordinem sacerdotalé dispẽ
sari de facto: maxime in articulo necessitatis.
His aũt existentibus sacra dispẽsari possunt
a bonis ⁊ malis. a fidelibus ⁊ hereticis. itra

ecclesiam ⁊ extra. sed intra ſm veritaté ⁊ ad
vtilitaté. extra vero nó ad vtilitatem. licet di
ſpensent ſm veritaté. ¶ Ró aút ad intelli-
gentiá ꝑdictoꝝ hec est. Quia repatiuú ꝑnci
piú nostꝝ: verbú. s. incarnatú inquantú deus
⁊ hó sacra instituit ad saluté hoim. ordinauit
sicut ⁊ ꝯgruú fuit vt hoibus dispésarétur ꝑ
ministeriú hoim propter seruandam confor
mitatem dispensatoris ad saluatoré christum
⁊ ad ipm hoiem saluandú. Qm̃ ergo salua-
tor christus humanum genus saluauit ſm ꝙ
exigebat equitas iuris: dignitas ordinis se-
curitas salutis. opatus est enim saluté nostrá
modo recto: ordinato ⁊ certo. hinc est ꝙ ſm
hoꝝ trium exigentiá sacra cómisit homini-
bus dispensanda. Primo igiẗ qꝛ rectitudo
iuris exigit: vt opera hois ſm ꝙ homo non
fiant ꝑcipitanter: ⁊ opa hois vt ministri xp̄i
aliquo modo referanẗ ad christum. ⁊ opera
hois vt ministri salutis aliquo modo referá
tur ad salutem vel in generali vel in spéali. ⁊
dispensatio sacramétoꝝ est opus hois: vt ra
tionalis: vt ministri xp̄i. ⁊ vt ministri salutis.
hinc est ꝙ necesse est ꝙ fiat ex intentióe. qua
quis intendat facere qd christus instituit ad
humaná salutem. vel salté facere qd facit ec-
clesia. in quo clauditur in generali intétio ꝑ-
dicta. qꝛ ipsa ecclesia sicut sacra a christo acce
pit: sic ad fideliú salutem dispensat. ¶ Rur
sus qꝛ ordo dignitatis exigit: vt maiora maio
ribus: minora minoribus: ⁊ media medijs
cómittantur. ⁊ quedá sunt sacra que ꝑcipue
respiciút excellentiá virtutis siue dignitatꝭ vt
sacrm̃ confirmationis ⁊ ordinis. quedá q̃ re
spiciunt indigentiá necessitatis. vt baptism⁹ ⁊
mr̃imoniú. quoꝝ vnum generat: alterú rege
nerat ad existentiam debitam. quedá aút me
dia: vt eucharistia: pnĩa: ⁊ vnctio extrema.
hinc est ꝙ prima tanꝗ̃ suprema nó possunt
dispensari nisi ab epis ⁊ pontificibus q̃ꝫtum
est de iure ꝯmuni: alia vero tanꝗ̃ infima di
spensari possunt a quibuscúqꝫ ordinibus et
personis inferioribus. maxime i articulo ne
cessitatis. qd dico ratióe baptismi. media vo

a solis sacerdotibus: qui inter ep̄os ⁊ inferio
res personas sunt quasi in medio constituti.
¶ Postremo quia securitas salutis exigit:
vt res sic fiat vt in dubium nó cadat. ⁊ null⁹
est qui certus sit de bonitate ⁊ credulitate di
spensatoris. ⁊ idem ipse non est certus de se
vtrum odio vel amore dignus sit. ideo si sa-
cramenta dispensari solum possent a bonis:
nullus esset certus de susceptione sacraméti.
⁊ sic oporteret semꝑ iterari. ⁊ sic malitia vni
us preiudicaret aliene saluti. Nulla etiá essꝫ
stabilitas in gradib⁹ hierarchie ecclesie mili
tantis. que maxime consistit in sacramentis
dispensandis. ⁊ ideo congruú fuit vt sacra-
métoꝝ dispensatio cómitteret homini: non
róne sanctitatis q̃ variaẗ ſm voluntaté. sed
róne auctoritatis q̃ semꝑ manet quantú é de
se. ac per hoc oportuit ꝙ se extenderet ad bo
nos ⁊ ad malos. ad eos qui sunt intra: ⁊ ad
eos q sunt extra ecclesiá. ¶ Veruꝫ qꝛ extra
vnitaté fidei ⁊ charitatis: q̃ facit nos filios
ecclesie ⁊ mébra: null⁹ pót saluari. ió si sacra
extra recipianẗ: nó ad saluté recipiunẗ: q̃ꝫuis
vera sint scr̃a. sed vtilia possunt fieri si qs re
deat ad sctám mr̃em ecclesiá. vnicam christi
sponsam: cuius filios tm̃ xp̄s sponsus repu-
tat dignos hereditate eterna. ¶ Unde aug⁹
ꝯ donatistas. Ecclesia paradiso comparata i
dicat nobis posse quidé baptismú eius ho-
mines etiá foris accipe. sed salutem beatitu-
dinis extra eá neminé vel ꝑcipere vel tene-
re. Ná ⁊ flumina de fonte paradisi sicut scri
ptura testatur etiá foras largiter manauer̃t.
nominatim quippe ꝯmemoranẗ: ⁊ ꝑ q̃s ter-
ras fluant: ⁊ ꝙ extra paradisum ꝯstitute sint
oibus notú est. nec tamé in mesopotamia vł
in egipto: quo illa flumina ꝑueniút: est felici-
tas vite que in paradiso ꝯmemoraẗ. ita fit vt
cum paradisi aqua sit extra paradisum: bea-
titudo tm̃ nó sit nisi intra paradisum. ¶ Sic
ergo baptismus pót esse extra ecclesiaꝫ. mu
nus aút beate vite non nisi intra ecclesiá re-
peritur que supra petrá etiá fundata est. que
ligandi ⁊ soluendi claues accepit. ¶ Hec est

vna que tenet ⁊ possidet oēz sponsi sui ⁊ dn̄i potestatē. p quā ꝯiugalē potestatē etiā de ancillis parere filios pōt. qui si nō supbiant in sortem hereditatis vocabunt. si vero supbiant extra remanebunt. ¶ Magis ergo q꞉ ꝓ ecclesie honore atq꞉ vnitate pugnam⁹. nō tribuamus hereticis quicqd apud eos eius modi cognoscimus. sed eos arguētes doceamus qd̓ extra vnitatē habēt non valere ad salutem: nisi ad eandē venerint vnitatē.

Capitulū. vi.

¶ De sacramentorum iteratione.

D E iteratione aūt sacramentoꝝ ħ tenendū est. ꝙ licet cōmune sit oībus sacramentis non iterari sup eandez psonam ⁊ materiaz ⁊ ex eadem causa. ne fiat cōtumelia sacramento. spēaliter tn̄ tria sūt sacramenta que non sunt aliquatenus iterāda scꝫ baptism⁹: ꝯfirmatio: ⁊ ordo. In his nāq꞉ tribus imprimit triplex caracter. interior q non delet. inter quos caracter baptismalis retinet fundamentū: nec alij possunt imprimi nisi ille p̊mitus imprimat. Vn̄ si quis ordinat nō baptizatus nihil ꝓsus efficitur. sed est totū de nouo faciendū. q꞉ non intelligitur iteratū qd̓ ꝯstat non fuisse factū. ¶ Rō aūt ad intelligentiā premissoꝝ hec est. Quia p̊ncipiū nostrū repatiuū: verbū scꝫ incarnatū: licet ratione sue summe virtutis: ⁊ sapientie ⁊ bonitatis nihil agat inefficaciter: nihil iepte. nihil infructuose. potissime tamen hoc obseruare debet in nobilissimis operibus suis. cuiusmodi sunt illa per que reparatur genus humanū. Qm̄ ergo sacramenta sunt de genere hmōi opeꝝ diuinoꝝ. hinc est ꝙ cōtumelia qdāmodo fit eis qn̄ sup eandem materiā ⁊ personā ⁊ ex eadem causa iterantur. q꞉ ex hoc ostendit ꝙ prius dispensata fuerūt inefficacia: inepta ⁊ infructuosa. contra id qd̓ exigebat ipsius repatiui principij virtus ⁊ sapientia ⁊ bonitas summa. que semp assistit ad operandū in illis ⁊ p illa sacramēta. ¶ Rursus qm̄ inter hec sacra repantia: in quib⁹ est generaliter efficacia diuine virtutis ad reparationem humani generis q̊dam sunt que tm̄ introducta sunt ꝓpter remedia morboꝝ. quedam etiā nō solū ad hoc: sed ad statuendum: discernendū: ⁊ ordinandū in ecclesia hierarchicos gradus: ⁊ morbi possunt variari: expelli ⁊ iteꝝ introduci. gradus aūt ecclesie debent esse firmi: solidi ⁊ incōcussi. hinc ē ꝙ sacramēta que respic ūt morbos iterabiles: habent effectus trāseūtes. ac p hoc ⁊ iterabiles rōne noue cause. sacra vero illa que respiciunt gradus hierarchicos. ⁊ status fidei d̓terminatos: necesse est ꝙ p̄ter effectus remediantes: aliquos effectus tribuāt pmanētes ad graduū ⁊ statuū ecclesie distinctionē fixā ⁊ stabilē. Et qm̄ ħ nō pt fieri p data naturalia. vel dona gratuita gratū facientia. necesse est ꝙ fiat p aliqua signa: substātie incorruptibili. s. anime incorruptibili: a principio incorruptibili. scđm ꝯformitatē ad incorruptibile: indelibiliter et gratis impressa. que caracteres appellant. qui qm̄ nunq꞉ delent. iō nec iterari possunt. nec illa sacra in quib⁹ hmōi caracteres imprimunt. ¶ Postremo qm̄ triplex est status fidei scđm quē habet fieri distinctio in pplō christiano i acie ecclesiastice hierarchie. s. status fidei genite: roborate: ⁊ multiplicate. Scđm primū fit distinctio fidelium ab incredulis. p scđm fit distinctio fortiū ab infirmis ⁊ debilibus. scđm tertiū fit distinctio clericoꝝ a laicis. hinc est ꝙ illa sacramenta q̄ respiciunt triplicē fidei statū predictū characteres imprimūt. p quos indelibilit̓ impssos semp distinguūt. ac p hoc nunq꞉ iterari pñt. Qm̄ ergo baptism⁹ respicit statū fidei genite in quo pplus dei distinguit ab incredulis vt israelite ab egiptijs. ⁊ ꝯfirmatio respicit statum fidei roborate. in quo distinguitur populus fortis ab infirmis. sicut pugiles ab his qui ad pugnā nō sunt idonei. ⁊ ordo respicit statū fidei multiplicate: in quo distinguit clerus a laicis. sicut leuite ab alijs tribubus. hic est ꝙ in his tm̄ tribus sacramentis characteres imprimunt. Quia vero distinctio pplī a nō pplō: p̄ma ē ⁊ radicalis. hic ē ꝙ chara

cter baptismalis est fundamentū oīuȝ alioꝝ
characterū.⁊ ideo illo nō substrato nihil po
terit superedificari.ac per hoc oportet de no
uo fieri.si aūt ille substernat̄ alij imp̄mi pn̄t.
nec vnq̄ȝ vlterius iterādi sunt.nec sacra tria
p̄dicta que hos imprimūt ex causa aliqua ite
rant̄.⁊ grauis de facto iterātib⁹ debet pena
imponi.propter diuini contumeliam sacra-
menti.licet alia q̄ttuor ex causis diuersis pos-
sint sine sui contumelia iterari.

Capitulum vij.

¶ De integritate baptismi.

i Am nunc septimo loco restat vide
re de integritate vniuscuiusq̄ȝ sacra
menti:que cum sint in numero sep:i
formi:primo dicendū est de baptismi integri
tate.qđ est ianua oīuȝ alioꝝ sacramentorum
¶ De integritate igit̄ sacri baptismi hoc te
nenduȝ ē.ꝙ ad hoc ꝙ aliqs baptizet̄ vere ⁊
plene:reqrit̄ expressio forme vocalis a dn̄o
institute:que est hec. Ego te baptizo in noie
patris ⁊ filij ⁊ spūssancti amen:absq̄ȝ omissi
one vocabuli:⁊ sine interpositione vocabu
li.absq̄ȝ p̄posteratiōe ordinis supradicti.⁊ si
ne cōmutatiōe nois p̄notati. Reqrit̄ etiam
mersio vel ablutio p elemētū aq̄ in toto cor-
pore vl̄ saltē in digniori pte.ita ꝙ expressio ⁊
mersio fiat ab vno ⁊ eodē:⁊ in eodē tpe.q-
bus ꝯcurrentib⁹ si nō fit fictio in baptizādo
datur ei gr̄a regenerās:rectificās ⁊ purificās
ab omni culpa. Qđ vt efficacius fiat cathe-
cismus ⁊ exorcismus tanq̄ȝ p̄paratorij p̄mit
tuntur tam in paruulis q̄ȝ in adultis.ita tn̄ ꝙ
in adultis requirit̄ fides propria.in paruulis
sufficit fides aliena. ¶ Rō autem ad intelli
gentiam predictorū hec est. Quia cū princi-
piū nostrū repatiuū:verbū.s.incarnatū tan-
q̄ȝ pfectissimū ⁊ sufficiētissimū principiū re
parare habeat gen⁹ humanum p medicamē
ta sacramentoꝝ.ita ꝙ nihil sit in eis super-
fluum:nihil inordinatū.nihil etiā diminutuȝ.
ita disponere debuit ꝙ sacramentū baptismi
⁊ alia integrarent̄ ſm ꝙ exigebat sua virt⁹.
nostra salus:⁊ etiā noster morb⁹. Qm̄ ḡ vir
tus nos repans: est virtus totius trinitatis:
quā sancta mater eccl'ia credit in animo:con
fitet̄ in verbo.⁊ profitet̄ in signo: sub trium
personaruȝ distinctiōe ⁊ ꝓprietate: ordine ⁊
origine naturali.est etiam virt⁹ passiōis xp̄i
qui mortuus ⁊ sepult⁹ fuit.⁊ die tertia resur-
rexit.hinc est ꝙ ad hoꝝ exp̄ssionez in sacro
qđ primū oīuȝ sacramētoꝝ ē.⁊ in q̊ p̄mo ⁊
principaliter hec virt⁹ opat̄:debuit fieri ex-
p̄ssio trinitatis disticta ꝓpria ⁊ ordinata noia
tione:q̄ȝtū est de forma cōmuni.lȝ in tpe pri-
mitiue ecclesie potuerit fieri in noie christi.in
quo intellectus claudit̄ toti⁹ trinitatis. De-
buit etiā fieri ꝓpria ⁊ ordinata noiatio v̄bi
baptizādi:cū trina mersione:ad expressionez
mortis christi ⁊ sepulture: ⁊ resurrectionis
post triduū facte:q̄ȝtū est de congruitate. Et
q: sil' opat̄ vtraq̄ȝ virtus.⁊ in vno christo sal
uatore:vtrūq̄ȝ horuȝ debet fieri ab vno ⁊ eo
dem simul ⁊ eodē tpe: ppter seruandā vnita
tem in sacro.⁊ significādā vnitatē in nr̄o me
diatore. ¶ Rursus qm̄ salus nostra requi-
rebat inchoari per regenerationē seu reno-
uationē in esse gr̄e cōferentis spūale esse:ab
stergendo imundiciā:effugando tenebram.
⁊ refrigerando ꝯcupiscētiā. que vniuersali-
ter labefactat omnē hoiez descendentē semi
naliter ab adam.hinc est ꝙ sacramentum pri
mum qđ est regeneratiuū:debuit fieri in ele
mento qđ haberet conformitatē ex naturali
representatione ad triplicē effectū p̄dictum
gr̄e inchoantis nr̄am salutē. Qm̄ ergo aqua
sua puritate mundat.sua puietate luminis est
delatiua.sua frigiditate refrigerat.⁊ maxime
cōmunis est omnibus inter oia liqda. hinc
est ꝙ sacramentuȝ regeneratōis nr̄e pfici de
buit in elemento aq̄ indifferēter.q: ois aqua
omni aq̄ est eadē specie.⁊ etiā ne aliqs ꝓpt̄
defectum elementi piculuȝ salutis incurrere
posset. ¶ Postremo qm̄ morbus noster cō
tra quē principaliter est baptism⁹:est origina
le peccatuȝ:qđ animā priuat vita gr̄e: ⁊ oīuȝ
virtutū rectitudine habilitante: ⁊ pronū q̊-
dammodo reddit ad omne gen⁹ culpe:⁊ tra

ducitur aliũde. ⁊ paruulũ facit ꝯcupiscibilez ⁊ adultũ actu cõcupiscentem: redigit etiaz in diabolicã seruitutem: ⁊ in ptãtem principis tenebraꝝ. Hic est ꝙ ad hoc ꝙ ꝑ illud sacramentũ per ꝯriũ sufficiens adhibeat̃ remediũ medicamentũ: cõgruit in eo dari grãz regenerantem ꝯ priuationẽ vite gratuite. grãz rectificantẽ in septiformi ꝟtute ꝯ priuationẽ ꝟtutis habilitatiue. grãz purificantez ab omni culpa ꝯ pronitatẽ ad oẽm deordinationez viciosam. Et qm̃ originale pctm̃ trahit̃ aliunde ⁊ paruulũ facit concupiscibilem: ⁊ adultum actu cõcupiscentẽ. necessaria est adulto fides ꝓpria ⁊ penitentia. ſ; ꝑuulo sufficit aliena. q̃ scꝫ est in vniuersali ecclesia. Quia vero baptismus debet eruere a seruitute diaboli. ⁊ de ptãte principis tenebraꝝ: tam paruulos q̃ȝ adultos. hinc est ꝙ vtriqȝ exorcizari debent ad expulsionem ptãtis ꝯrie. vtriqȝ etiaz cathezizari. adulti vt expulsa caligine erroris informentur ad fidem. paruuli vero vt sciant patrini quid eos debeãt edocere. ne ꝑ humano defectu impediatur baptismatis sacramentum. quo minus habeat finem suuz.

## Capitulum viij.

¶ De integritate confirmationis.

De sacramento ꝯfirmatiõis ħ tenendum est. ꝙ ad ipsius integritatẽ requiritur forma vocalis. que ſm morem magis cõmunem hec est. ¶ Signo te signo crucis. cõfirmo te chrismate salutis i nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti amẽ. Requirit̃ etiã chrisma. qḋ ꝯficitur ex oleo oliuaꝝ ⁊ balsamo. de quo cũ per manus epi signuz crucis fronti imprimitur sub ꝑdicta forma ꝟborꝝ: cõfirmatiõis suscipitur sacramentuz. ꝑ qḋ cõfirmatur hõ vt pugil ad nomen christi audacter ⁊ publice cõfitendũ. ¶ Rõ aũt ad intelligentiã predictorum hec est. Quia reparatiuũ principiũ nostrũ: verbum. s. incarnatũ sicut eternaliter cõceptũ est in corde prĩs ⁊ tẽporaliter in carne sensibiliter apparuit hoĩ. sic neminem repat: nisi ipsuz ⁊ corde credendo cõcipiat. ⁊ creditũ exteriꝰ cõfitẽdo depromat cõfessione debita: cuiusmodi est confessio veridica. veritate plena. que non tm̃ est veritas speculatiua: verumetiam practica. ¶ Hec autẽ est in qua nõ tm̃ est adeq̃tio intellectus sermonis ⁊ rei. verũetiam in q̃ totꝰ homo veritati cõformatur: ſm intelligentiaz rõnis. ſm cõplacentiam voluntatis. ⁊ ſm adherentiam virtutis. vt sit ex toto corde: tota aĩa: ⁊ tota mente. sit ex corde puro: conscientia bona. ⁊ fide non ficta. ⁊ talis est confessio integra: placida ⁊ intrepida. vt sit integra ratione eius de quo est. placida ratione eiꝰ coram quo fit. intrepida rõne eius a quo fieri hȝ illa confessio. Qm̃ g̃ ad hoc hõ pusillanimis non est idoneꝰ nisi ꝑ manũ suꝑne gratie cõfirmetur. ideo ad ħ sacramẽtũ ꝯfirmatõis fuit diuinitus institutum: tanq̃ȝ imediate sequens baptismum. Quia ꝟo finis imponit necessitatem his que sunt ad finẽ. ideo integrari debet hoc sacramentũ ſm exigentiam cõfessiõis predicte: ⁊ suarũ ꝯditionũ: triũ videlicet predictaꝝ. ¶ Primo g̃ qm̃ cõfessio hec debet esse integra. ⁊ integritas ꝯfessiõis nõ est nisi quis ꝯfiteatur christũ veꝝ hoiem pro hoĩbus crucifixũ: eundẽqȝ veru dei filiũ incarnatũ in trinitate prĩ ⁊ spũisancto ꝑ oĩa coequalem. hinc est ꝙ in forma vocali non tm̃ fit expssio actꝰ confirmãdi. verũetiã ipsiꝰ signi crucis. ⁊ nominis beatissime trinitatis. ¶ Amplius q: cõfessio debet eẽ placida rõne eius coram quo fit. ⁊ fieri hȝ coram deo ⁊ hominibus. ⁊ deo nõ põt placere nisi assit lumen intelligentie ⁊ nitor ꝯscie. nec proximis nisi assit odor bone fame ⁊ vite honeste. ideo ad hoꝝ designationem in elemẽto exteriori cõmiscetur oleũ oliuaꝝ. qḋ est nitidũ: ⁊ balsamum qḋ est odoriferũ. vt ꝑ hoc significet̃ ꝙ cõfessio ad quã hoc sacr̃m ordinat ⁊ dispõit cõiunctũ dȝ habere nitorẽ cõscientie ⁊ intelligentie: cũ suaui odore tam vite q̃ȝ fame: ne cõtrarietas aliqua sit inter linguã ⁊ ꝯsciam. vel inter linguã ⁊ famã propter quã talꝭ confessio nõ acceptetur ab homine: nec approbet̃ a christo. ¶ Postremo qm̃ talis cõfes-

ſio debet eſſe intrepida: vt nec pudore nec ti
more dimittat quis dicere veritatem: ⁊ tp̄e ꝑ
ſecutionis chriſti ignominioſam mortem chri
ſti in cruce confiteri publice formidat quis ⁊
erubeſcit: precipue horrens incidere in conſi
milem penam ⁊ ignominiaꝫ paſſionis: ⁊ hu
iuſmodi timor ⁊ pudor potiſſime apparet in
facie. ⁊ maxime in fronte. ideo ad omneꝫ ve
recundiam ⁊ formidineꝫ propulſandá: ⁊ ma
nus poteſtatiua imponit̄ que ꝯfirmet: ⁊ crux
fronti imprimit̄ vt non erubeſcat eam publi
ce cōfiteri. nec formidet pro cōfeſſiōe nomis
chriſti: ſi opus fuerit quātācunqꝫ penam vel
ignominiam ſuſtinere. tanq̄ꝫ verus pugil vn
ctus ad prelium: ⁊ tanq̄ꝫ ſtrenuꝰ miles ferés
in fronte regis ſui ſignum: ⁊ crucis eiꝰ triū
phale vexillum. cuꝫ quo paratꝰ ſit penetrare
hoſtium cuneos ſecurus. Nō eni poteſt cru
cis gloria libere predicari: ſi crucis pena ⁊
ignominia formidetur. iuxta qđ ſanctus dice
bat andreas. Ego ſi crucem expaueſcerem:
gloriam crucis minime predicarem.

Capitulum ix.

De integritate eucharistie.

D E ſacramento eucharistie hoc tené
dum eſt: ꝙ in hoc ſacramēto veruꝫ
chriſti corpus ⁊ verus ſanguis: non
tm̄ ſignificat̄: verūetiam veraciter ꝯtinetur
ſub duplici ſpecie. panis. ſ. ⁊ vini. tanq̄ꝫ ſub
vno ⁊ non ſub duplici ſacramento. hoc auté
eſt poſt conſecrationem ſacerdotaleꝫ: que fit
in prolatiōe vocalis forme a dn̄o inſtitute ſu
per panem. ſ. hoc eſt corpus meū. ſuꝑ vinum
vero. h̄ eſt calix ſanguinis mei. quibꝰ v̄bis
cū intentiōe cōficiēdi a ſacerdote ꝓlatis: trāſ
ſubſtantiat̄ vtrūqꝫ elementum ſm̄ ſubſtanti
am in corpus ⁊ ſanguinem ieſu chriſti. rema
nentibus ſpeciebus ſenſibilibus. in quarum
vtraqꝫ continet̄ totaliter: non circūſcriptibili
ter nec localiter. ſed ſacramentaliter totꝰ chri
ſtus. In quibus etiā proponitur nobis vt ci
bus. quem qui digne accipit non ſolū ſacra
mentaliter: verūetiam per fidé ⁊ charitatem
ſpūaliter manducando: corpori chriſti myſti
co magis incorporat̄: ⁊ in ſeipſo reficitur ⁊
purgat̄. qui vero indigne accedit: iudicium
ſibi manducat ⁊ bibit: non dijudicās ſctiſſi
mum corpus chriſti. ¶ Ratio aūt ad intel
ligentiā predictorum hec eſt. Quia principiū
noſtrum reꝑatiuum: verbum. ſ. incarnatum
⁊ ſufficientiſſimum eſt in virtute: ⁊ ſapiētiſſi
mum eſt in ſenſu. ideo ſic nobis cōtulit ſacr̄a
ſm̄ ꝙ exigit ſapientia ⁊ ſufficiētia ſua. ¶ Et
quia ſufficientiſſimuꝫ eſt: ideo largiendo me
dicamenta morborum ⁊ chariſmata gratiaꝝ
non tm̄ inſtituit ſacr̄m qđ nos in eſſe gratie
generaret: vt baptiſmus: ⁊ genitos augmen
taret ⁊ roboraret: vt confirmatio. verūetiā
quod genitos ⁊ augmentatos enutriret: vt ſa
cramentum eucharistie. propter quod hec
tria ſacramēta omnibus dantur qui accedūt
ad fidem. Qm̄ ergo nutrimentum noſtrum
quantum ad eſſe gratuitū attendit̄ in vnoq̄
qꝫ fidelium ꝑ cōſeruationé deuotiōis ad de
um: dilectiōis ad ꝓximum. ⁊ delectatiōis in
tra ſeipſum. ⁊ deuotio ad deū exercet̄ ꝑ ſacri
ficij oblationem. dilectio ad ꝓximū ꝑ vnius
ſacramenti cōmunionem: ⁊ delectatio intra
ſeipſum per viatici refectioné. hinc eſt ꝙ pͥn
cipium noſtrū reꝑatiuū iſtud ſacr̄m euchari
ſtie dedit in ſacrificium oblatiōis. ⁊ ſacramé
tum cōmuniōis: ⁊ viaticū refectiōis. ¶ Qr
vero principiū noſtrū reꝑatiuū nō tm̄ ē ſuf
ficientiſſimum. verūetiā ſapiētiſſimum. cuiꝰ
eſt oīa agere ordinate. ideo ſic dedit ⁊ diſpo
ſuit nobis ſacrificium ſacr̄m ⁊ viaticum ex
hibere. ſm̄ ꝙ cōpetit tp̄e gratie reuelate. ſta
tui vie: ⁊ capacitati nr̄e. ¶ Primo igit̄ qm̄
tp̄us gratie reuelate requirit ꝙ iaꝫ non offe
rat̄ oblatio qualiſcūqꝫ. ſꝫ pura: placida: ⁊ ple
naria. ⁊ nulla alia oblatio ē talis niſi illa que
in cruce fuit oblata. ſ. chriſti corpꝰ ⁊ ſanguis
hinc eſt ꝙ neceſſario oportet ī hoc ſacramé
to: non tm̄ figuratiue: verumetiam veraciter
corpus chriſti tanq̄ꝫ oblationē huic tp̄i debi
tam. ꝯtineri. ¶ Silr̄ q: tp̄i gratie ꝯſonat ꝙ
ſacramentū cōmuniōis ⁊ dilectōis: nō tm̄ ſit
cōmunioné ⁊ dilectionem ſignificans. verū

etiam ad illá inflámás. vt efficiat qȯ figurat ⁊ qȯ maxime nos inflámat ad dilectionem mutuam: ⁊ maxime vnit membra: est vnitas capitis. a quo ꝑ vim amoris diffusiuam: vnitiuá ⁊ transformatiuá: manat in nos dilectio mutua. hinc est ꝙ in hoc sacramento continetur verū christi corpus ⁊ caro imaculata. vt se nobis diffundens: ⁊ nos inuicem vniens: ⁊ in se transformans ꝑ ardétissimá charitaté. per quá se nobis dedit. se ꝓ nobis obtulit: ⁊ se nobis reddidit. ⁊ nobiscum existit vsq₃ ad fine₃ mūdi. ¶ Per huc etiá modū refectio cópetens statui grē: est refectio spiritualis: cómunis ⁊ salutaris. Refectio autem spūs est verbū vite. ac ꝑ hoc refectio spiritualis ipsius spūs in carne est v̄bum incarnatum. seu caro verbi. que cibꝰ est cōmunis ⁊ salutaris. quia licet sit vna: omnes tñ saluātur per ipsa₃. Quia ergo non est dare alium cibum spūalem cōmuné ⁊ salutiferū: nisi ip₃ verum corpus christi. hinc est ꝙ necesse é ipsum in hoc sacramento veraciter esse cótentum: exigéte hoc ꝑfectiōe sacrificij placatiui: sacramenti vnitiui: ⁊ viatici refectiui. que debent esse in tpe noui testamenti. ⁊ grē reuelate: ⁊ veritatis christi. ¶ Rursus quia statui vie non competit christum apte videre propter velamen enigmatis: ⁊ propter meritu₃ fidei. nec conuenit christi carné dentibus attractare. ⁊ propter horroré cruditatis. ⁊ propter imortalitatem ipsius corpis. ideo necesse fuit corpꝰ ⁊ sanguinem christi tradi velatum sacratissimis symbolis: ⁊ similitudinibꝰ cógruis ⁊ exp̄ssis. Et qm̄ nihil magis idoneum est ad refectioné q₃ cibus panis: ⁊ potus vini. nihil est etiam magis idoneū ad significationem vnitatis corpis christi veri ⁊ mystici: q₃ panis factus de mundissimis granis: ⁊ vinum expressu₃ de purissimis acinis in vnum collectis. ideo sub his spēbus magis q₃ sub alijs debuit hoc sacrm̄ exhiberi. Et q: christus sub illis speciebꝰ esse debebat. non ꝯm mutationem factá in ipso: s₃ potius in eis. ideo ad prolationé duplicis verbi predicti. in qua isinuatꝛ exñtia christi sub spēbus illis fit cōuersio substátie vtriusq₃ in corpus ⁊ sanguiné: remanentibus solis accidentibꝰ tanq₃ signis ipsius corpis cōtentiuis ⁊ etiam exp̄ssiuis. ¶ Quia vero corpꝰ christi beatū ⁊ gl'iosum non pōt diuidi in ꝑtes suas. nec separari ab aīa. neq₃ a diuinitate summa. ideo sub vtraq₃ specie est vnus christus ⁊ totus ⁊ indiuisus. s. corpus ⁊ aīa: ⁊ deus. ac per hoc vtrobiq₃ est vnum ⁊ simplicissimum sacramentum. continens totum christū. ¶ Et qm̄ q̄libet pars speciei significat corpꝰ xp̄i. hic é ꝙ totum sic est in tota specie. ꝙ in qualibet eius parte. siue sit integra: siue diuisa. ac per hoc non est ibi vt circūscriptum. vt occupás locum. vel habens sitū. ut ꝑceptibile per aliquem sensum corporeum ⁊ humanū. sed oē₃ latens sensum vt fides habeat locum ⁊ meritum. Propter quod etia₃ vt nō deꝑhédatꝛ accidentia illa habent oém operationé qua₃ etiam habebát prius. licet sint ꝓter subiectu₃ q₃diu cōtinent intra se christi corpꝰ: quod quidem est q₃diu durant in suis proprietatibus naturalibus. ⁊ sunt idonee ad cibádum. Postremo qm̄ capacitas nr̄a ad christum efficaciter suscipiendū non est in carne: sed in spū. nō in vétre: sed in méte. ⁊ mens christū non attingit nisi per cognitioné ⁊ amoré. ꝑ fidem ⁊ charitaté. ita ꝙ fides illuminat ad recogitationem vel recordationem. ⁊ charitas inflāmat ad deuotioné. ideo ad hoc ꝙ aliqs digne accedat. oportet ꝙ spūaliter cōmedat: vt sic christū ꝑ recordatioñe fidei masticet: ⁊ per deuotioné amoris suscipiat. per que non in se trāsformet christū. sed ipse potiꝰ traijciatur in eius mysticū corpus. Propter quod manifeste colligitꝛ: ꝙ qui tepide: indeuote: ⁊ inconsiderate accedit. iudicium sibi manducat ⁊ bibit. q: tanto sacramento ꝯtumeliam facit. Et ideo consilium est his qui se sentiūt minus mundos mente vel carne: vel etiam indeuotos. vt differant quousq₃ parati ad esum veri agni: mundi: deuoti: ⁊ circūspecti accedant. Propter quod etia₃ hoc sacramé

tum preceptũ est celebrari cũ solẽnitate precipua. tam quãtũ ad locũ: q̃z etiã ad tempus. τ quantũ ad verba τ orationes. τ quantum ad vestimenta in celebratione missarũ. vt tã ipsi sacerdotes conficientes: q̃z etiam suscipientes percipiant gratie donum: per quam purgentur: illuminent: perficiant: reficiant: viuificentur: τ in ipsum christum per excessiuum amorẽ ardentissime transferantur.

Capitulum x.

De integritate penitentie.

D E sacramento penitentie hoc tenendum est. q̄ ipsa est scd̃a tabula post naufragium. ad quã naufragans p mortale pctm̃ recurrere potest: q̃zdiu est in statu p̄ntis vite: quandocũq̃z τ quotiẽscũq̃z diuinã clementiã voluerit implorare. Ipsi⁹ aũt partes integrales sunt cõtritio in animo. confessio in v̄bo: τ satisfactio in facto. ex quibus tunc pn̄ia integrat: cũ pctõr oẽz mortalẽ culpam perpetratã: τ facto deserit: τ v̄bo accusat: τ animo detestat. proponẽs nunq̃z iterare peccatum. His aũt debito mõ cõcurrẽtibus cum ab solutione facta ab eo in quo est ordo: clauis: τ iurisdictio. absoluitur homo a peccato: τ renuit ecclesie. τ reconciliat christo: mediante claue sacerdotali. p cui⁹ etiam iudicium nõ tm̃ fieri habet absolutio: verum etiam excõmunicatio τ relaxatio. que proprie habet fieri ab epõ: tanq̃z ab ecclesie sponso. ¶ Ratio autem ad intelligentiam p̄dictorũ hec est. Quia principiũ nostrum reparatiuũ verbum. s. incarnatum: eo ipso q̄ verbuz est fons veritatis τ sapientie. eo ipso q̄ incarnatum: fons est pietatis τ indulgentie. ideo repare debet genus humanum per medicamenta sacramentorum. τ p̄cipue ɔtra morbuz precipuũ. qui. s. est mortale peccatuz. iuxta q̄ decet pontificem piũ. medicũ peritũ: τ iudicem equum. vt sic in curatione nostra appareat verbi incarnati summa clemẽtia: τ summa prudentia: τ summa iusticia. ¶ Primuz igit: qm̃ in curatione nr̃a a mortali culpa per penitentiaz: apparere debet ipsi⁹ christi pontificis pijssimi summa clementia. τ summa clementia pontificis superexcedit omnia peccata humana: qualiacũq̃z τ quãtacũq̃z sint: τ quotienscunq̃z fuerint perpetrata. hinc est q̄ peccantes suscipe ad veniã est ipsius pontificis clementissimi. nõ solũ semel nec bis. sz quotienscunq̃z suppliciter implorauerit clementiam dei. Et q: diuina clemẽtia tũc vere τ suppliciter implorat: qn̄ interuenit penitentie lamentum. τ ad hoc põt homo se cõuertere: q̃zdiu est in statu p̄ntis vite. q: conuertibilis est in bonum τ in malũ: hinc est q̄ quãtumcũq̃z: τ qn̄cũq̃z: τ quotiescunq̃z peccator peccauerit. ad sacramentum penitẽtie potest habere refugium. per quod sibi fiat remissio peccatorũ. ¶ Rursus quia in curatione nostra debet apparere τ manifestari ipsius christi medici peritissimi summa prudentia. τ prudẽtia medici est in adhibẽdo remedia cõtraria. per que non tm̃ morib⁹ auferat. verũetiam prescindat causa: τ cũ peccet in deũ delectatione: cõsensu. τ ppetratiõe. s. in corde ore: τ opere. hinc est q̄ prudentissimus medicus instituit: vt ɔtra deordinationem peccatoris s̄m triplicem vim. s. affectiuam: interpretatiuam τ operatiuaz. que fit per delectationis cõplacentiã occultaz: esset reformatio penitentis s̄m triplicem vim p̄dictã. p doloris penitentiam cõceptã: in corde p cõpũctionem. expressam: in ore p cõfessionẽ. cõsumatam: in opere p satisfactionez. Et quia omnia pctã mortalia ab vno deo auertũt. τ vni gratie opponuntur: τ vnã principalem hoĩs rectitudinem peruertũt. hic est q̄ ad hoc q̄ penitentie medicamentũ sit sufficienter ex suis partib⁹ integratũ: necesse est q̄ penitẽtia habeat de omnib⁹ peccatis: τ quãtũ ad p̄teritum p displicẽtiã de ppetratis. τ quãtũ ad p̄sens per cessationẽ de ppetrãdis. τ quãtum ad futurũ p ppositũ nunq̃z recidiuãdi. vel in idẽ vel in aliud genus peccati. vt sic totaliter recedẽdo a culpa p penitẽtiã: diuina grã suscipiat: per quam obtineat venia omniuz pctõrum. ¶ Postremo qm̃ in curatione no

stra manifestari debet ipsius christi iudicis recta iusticia. et ipsius in ppria persona non est iudicare ante iudiciū vltimū et finale. ideo ad particularia iudicia ante fines iudices debuit cōstituere. et quia iudices isti inter deum offensum: et hoiem offendentem sunt quasi intermedij. vt proximi christo: prepositi pplo. dño autem illi precipue sunt primi et familiares rōne officij. qui sunt eius pcipue ministerio cōsecrati. s. sacerdotes. ideo oib⁹ in sacerdotali ordine constitutis: et solis: dat ptās duplicis clauis. s. clauis scientie ad discernendū et clauis que est potestas ligandi et soluendi ad diiudicandum. et absolutionis beneficium impendendum. Quia vero propter ɔfusionem vitandam nō qlibet cuilibet est platus in ecclesia militante. cū ipsa ecclīastica hierarchia debeat esse ɓm potestaté iudiciariam ordinata. ideo hec ptās ligandi et soluendi concessa est primo: vni primo et summo sacerdoti. cui collata est tāq̄ summo capiti potestas vniuersalis. et deinde ɓm particulares ecclesias diuiditur in partes. ita q primo in epos deinde in presbiteros descendit a capite vno Ideo licet vnusquisq; sacerdos habeat ordinem et clauem. ad eos tamen vsus clauis tātum se extendit: qui sibi ordinarie sunt subiecti. nisi sibi ab eo qui habet iurisdictionem ordinariā cōmittat. Cum vero illa iurisdictio sit principaliter in capite summo: et deinde in episcopo. et postremo i sacerdote curato. potest quidem a quolibet eorum cōmitti alteri. sufficienter qdem ab infimo. magis a medio et maxime a supremo. Et q: in pontifice summo: et etiam in epis est hmōi iurisdictio. non tm̄ ad iudicandum inter deum et hoiem in occulto. veruntetiā ad iudicandum inter hominem et hoiem in aperto: tanq̄ in illis quib⁹ cōmissum est ecclesie regimen et custodia. sicut sponso cōmittit sponsa. hinc est q gladium habent prelati: quo possunt percutere ad iuris defensionem in excōicatione. et ptātem largiendi de thesauris meritoꝝ ecclie. quos habent repositos et cōmendatos tam a capite q̄ a membris. et hoc in relaxatione: vt sic tanq̄ veri dei iudices ligandi et soluendi integram possideant ptātem. per quam impenitentes feriant. et compescant rebelles. et nihilominus absoluant et reconciliēt deo et sancte matri ecclesie veraciter penitentes.

## Capitulum xi.

¶ De integritate vnctionis extreme.

De sacramento extreme vnctiōis hoc in summa tenēdū ē. q ipsa est sacrm exeuntiū ex hac vita. preparans et disponens ad sanitatem pfectam. Ualet etiā ad delenda venialia. et ad recuperandā sanitatem presenté si infirmo expediat. Ad hui⁹ auté sacramenti integritatem requirit oleum simplex: sed cōsecratum. vocalis expssio orationum. inunctio infirmi in septé partib⁹ determinatis. s. in oculis: auribus: naribus: labijs: manibus. pedib⁹: et lumbis. Nec debz illud sacramentum dari nisi adultis: et postulantibus: iminente periculo mortis. et hoc p manū et ministeriū sacerdotis. Ex quo colligit q inter hoc sacramentum et ɔfirmationé est differentia septiformis. s. in efficacia: i materia. in forma. in suscipiente: in dante in loco et in tpe. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est. Quia principiū nostrū reparatiuū: verbum. s. incarnatum nos reparat inquantum mediator dei et hominum: homo christus iesus. et inquantum iesus habet saluare. inquantum autem christus vnct⁹ habet vnctionis gratiam in alios deriuare. hinc est q ipsius est in sacramentis suis: vnctioné membris suis tribuere salutarem. Quoniam autem anima ad hoc q pfecte sanet: indiget triplici genere sanitatis. s. ad strenuitaté actionis: ad suauitatem contemplationis: et ad felicitatem comprehensiōis. et prima est intrantium in aciem ecclīe. secūda est psidentiū in eadem: quorum est alios erudire. et tertia est exeuntium de eadem per morté. hinc est q nō solum vnctionem sacramentalé instituit dñs in cōfirmatione. verūetiam mediā in ordine pontificali: et extremam imminente periculo

mortis. Cum ergo finis imponit necessitatē his que sunt ad finem: hinc est ꝙ ſm exigentiam huius finis debet hoc sacramentū operari. debet etiam integrari: suscipi ⁊ dispensari. ¶ Primum igiť qr huiꝰ sacramenti operatio debet regulari a fine: ⁊ finis est: qr introductum est ad salutem felicitatis perpetue facilius ⁊ expeditius cōsequendā. ⁊ hoc fit per deuotionem sursum leuantē. ⁊ ꝑ exonerationem a culpis venialibꝰ: ⁊ alijs seq̄lis que deorsum deprimūt. hinc est ꝙ sacramentū istō efficaciam habet ⁊ ad deuotionem excitādā ⁊ ad venialia dimittenda: ⁊ ad pctōrum scoriam facilius abolendam. Et quia pluribꝰ infirmis expedit adhuc viuere ad suorum cumulum meritorum. hinc est ꝙ sacr̄m illud ⁊ animā vigorando in bono: ⁊ exonerando a malo. frequenter etiam alleuiat a morbo. Et hinc est quod dicit beatus Jacobꝰ. ꝙ oratio fidei saluabit īfirmū: ⁊ si in peccatis fuerit dimittentur. ¶ Rursus qr huius sacramēti institutio debet esse ſm exigentiam finis. ⁊ hic est acquisitio spiritualis salutis per remissionem culpaꝝ. ⁊ hec salus respicit sanitatem ⁊ mundiciā cōscientie interioris. ſm quaȝ iudicat ille iudex celestis. hinc est ꝙ in isto sacramento debet esse oleuȝ simplex ⁊ ꝯsecratum. quia sanctitatē ⁊ nitorē designat in habitaculo cōscientie. Quia vero super istaȝ salutem mortalis hō nō habet ptātem. hinc est ꝙ oratio ⁊ forma vocalis exprimiť ꝑ verbū deprecatiuū: ad impetrandū grē donum. Et quoniā anima īfirmitates spūales ꝯtrahit in corpore ſm quattuor virtutes ipsiꝰ corporis regitiuas. s. sensitiuā: interpretatiuam: generatiuam: ⁊ progressiuaȝ. hinc est ꝙ membra his virtutibus deseruientia sunt iungenda. Qr igiť quinqȝ sunt mēbra deseruiētia qnqȝ sensibus. s. oculi visui. aures auditui. nares olfactui: manus tactui. ⁊ os gustui. ⁊ etiam alij ꝟtuti. s. interpretatiue. ⁊ pedes deseruiunt progressui. ⁊ lumbi generationi. qr genitalia indignum ⁊ pudendum est cōtrectari ⁊ etiam nominari. hinc est ꝙ inunctio debet fieri in septeȝ locis predictis: vt sic disponatur hō per hoc sacramentū ad plenitudinē sanitatis per delectionem ōis venialis pctī. ¶ Postremo qr istius sacramēti susceptio a fine depēdet. ⁊ finis est velocior transitus ad celum: ꝑ depositionem oīuȝ venialiū: ⁊ cōuersionem mentis ad deum. ideo nō debet dari nisi adultis. qui venialiter peccant. nec aliqbꝰ nisi petentibus qui deuotiōe sursuȝ eriguntur. nec aliquibus nisi in periculo cōstitutis: ⁊ quasi in trāsitu ad aliū statū. Et qr hoc sacramentū est periclitantiū. ⁊ tamen habet materiam sacram. s. oleum cōsecratū. hinc est ꝙ ꝓpter piculum euitandū cōmuniter cōmitti debet sacerdotibꝰ: ⁊ ꝓpter cōsecrationem olei nō est nisi a cōsecratis manibꝰ cotrectanduȝ. Ex variatione igiť finis in confirmatiōe: ⁊ vnctiōe extrema: oriť diuersitas in efficacia: in materia: ⁊ in forma. in loco ⁊ in tpe: in suscipiente ⁊ in dispensante. In efficacia: qr illud sacramentum disponit ad melius agonizandum. hoc ad celerius euolandum. In materia qr illud in oleo permixto balsamo: hoc vero in oleo puro. In forma: qr illud in īdicatiua. hoc vero in depcatiua. In loco: qr illud in frōte: hoc vero in multiplici parte. In tpe: quia illud in sanitate. hoc vero in egritudine. In suscipiente: quia illud non solum adultis verum etiam puulis. hoc vero tm̄ adultꝭ. In dante. quia illud ab epis. hoc aūt a sacerdotibus qbuscunqȝ. Et hec omnis diuersitas a fine ꝓcedit. quia sicut claruit diuersitas in finibus proximis diuersitatem introducit in his que ad fines illos habent finaliter ordinari.

Capitulum xij.

¶ De integritate ordinis.

De sacramento ordinis hec in summa tenenda sunt. ꝙ ordo est signaculum qddam quo spūalis potestas traditur ordinato. Licet aūt ordo sit vnum de septem sacramentis: septiformis tm̄ est ordinis gradus. Primus est in hostiarijs. secundus in lectoribus. tertiꝰ in exorcistis. quartus in acolitis. quintus in subdiaconibꝰ. sextꝰ

in diaconibus. septimus in sacerdotib⁹. His
aũt quasi per modum cuiusdam preparato-
rij supponit̃ clericalis tonsura: ⁊ etiam psal-
mistatus. per modũ aũt complementi super
ponitur episcopatus: patriarchatus: ⁊ etiam
papatus. a quibus manant ordines. ⁊ dispen
sari debent sub debitis signis. taꝫ ex parte vi
sus: q̃ꝫ ex parte auditus: solẽnitate debita ni-
hilominus obseruata: quantum ad tempus
locum: officium ⁊ personã. ¶ Ratio auteꝫ
ad intelligentiã predictoꝝ hec est. Quia p̄n
cipium nostꝝ repatiuũ. verbũ. s. incarnatum
q: vt deus ⁊ homo sacramentorum medica
menta ad salutem hoĩuꝫ instituit ordinate: di
s rete: ⁊ potestatiue. ſm exigentiam sue boni
tatis: sapientie ⁊ virtutis. hinc est ꝙ ipsa me
dicamenta sacramentoꝝ cõmisit hominibus
dispensanda. non qualitercũqꝫ sed eo modo
quo exigebat ordo: discretio: ⁊ ptãs. Opor-
tuit ergo aliq̃s personas ad huiusmodi offi-
cium exequẽdũ distingui ⁊ segregari. quibus
ordinario iure potestas huiusmodi cõmitte-
retur. Et q: hm̃oi discretio non debuit fieri
nisi per signa sacra. cuiusmodi sunt sacramẽ-
ta. hinc est ꝙ debuit esse aliq̃d sacramentuꝫ
quod esset sacrum signaculum: ordinatiuum
distinctiuum: ⁊ potestatiuum: ad sacramenta
cetera dispensanda: modo distinctiuo: pote-
statiuo: ⁊ ordinatiuo. Et ideo ordo diffinitur
signaculum q̃ddam in quo spiritualis pote-
stas traditur ordinato. ita ꝙ simul in eius no
tificatione clauduntur tria predicta. ex quib⁹
colligi possunt in summa que ad integritatẽ
ordinis exiguntur. ¶ Primuꝫ igitur q̃m or
do est signaculum distinctiuum ⁊ sequestrati
uum ab omni pplo. vt quis totaliter diuino
sit cultui mancipatus. ideo ordines precedit
distinctio quedam in tonsura ⁊ corona. per
quam intelligitur appetituum tpaliũ reseca-
tio: ⁊ mentis eleuatio ad eterna: vt totus oñ
datur clericus deputatus esse ad diuinuꝫ cul
tum. ⁊ ideo dicit in susceptione corone. dñs
pars hereditatis mee. Et q: talis debet esse
instructus in diuinis laudibus: que maxime
consistunt in psalmis. ideo psalmistatus tãq̃ꝫ
preambulans ceteros ordines añcedit. queꝫ
tamen largo modo ysidorus iter ordines nu
merauit. ¶ Scd̃o vero: q: ordo est signacu
lum ordinatiuũ. ⁊ in seipso etiam est ordina-
tum. ⁊ ordo consistit in graduum disparitate
⁊ distinctione completa: ſꝫ ꝙ exigit septifor
mis gratia. ad cuius dispensationeꝫ sacramẽ
tum ordinis principaliter ordinat̃. hinc est ꝙ
septem sunt ordines gradatim oradinati vsqꝫ
ad sacerdotiuꝫ. in quo status est ordinum. q:
ipsius est consecrare sacramentũ corpis chri
sti. in quo est plenitudo omnium gratiarum.
vnde alij sex sunt tanq̃ꝫ subministratiui. ⁊ q̃-
si gradus quidam: per quos ad thronũ ascẽ
dit̃ salomonis. Qui ⁊ sex sunt ꝓpter nume-
ri pfectionẽ. quia senarius est primus nume
rus perfectus. ⁊ ꝓpter hoc q̃d sic exigit pfe-
ctio ⁊ sufficiẽtia officij ministrandi. Naꝫ oꝫ
aliquos mĩstrare quasi a remotiori. aliquos
a propinquiori. ⁊ aliquos a proximo: vt nihil
desit ministerio ordinato. Et q: quodlibꝫ ho
rum ministeriorum geminat̃ ſm actum pur
gandi ⁊ illuminãdi. hinc est ꝙ sex sunt ordi-
nes ministeriales. ⁊ septimus omnium pfe-
ctissimus: in quo altaris conficit̃ sacramen-
tum. qui consummat̃ in ordine vno tanq̃ꝫ in
termino vltimo ⁊ completo. ¶ Postremo
quia ordo est signaculũ potestatiuuꝫ: non tm̃
respectu alioꝝ sacramentoꝝ dispensandorũ
verũetiam respectu sui. ⁊ potestas super po
testatem est potestas excellens. ideo sibinde
tm̃ cõpetit potestas simplex. cuiusmodi est in
ordine simplici. verũetiam eminentia ptãtis
cuiusmodi est in his quorum est ordines ordi
nare ⁊ dispensare. Et quia excellentia quan
to magis descendit: tanto magis dilatatur. ⁊
quanto magis ascendit: tãto magis vnit̃. hic
est ꝙ plures sunt episcopi. pauciores archi-
epi. paucissimi pr̃iarche. ⁊ vnus pater pa-
trũ: q papa merito appellat̃: tanq̃ꝫ vnus pri
mus ⁊ summ⁹ pater spũalis oĩuꝫ patrum.
imo omnium fideliũ. ⁊ hierarcha precipu⁹.
sponsus vnicus: caput indiuisum. pontifex

summus. christi vicarius. fons ⁊ origo ⁊ re-
gula cunctorum principatuū eccl'asticorum.
a quo tanq̄ȝ a summo deriuatur ordiata po
testas. vsqȝ ad infima ecclesie membra. hȝ q̄
exigit precellens dignitas in ecclesiastica hie
rarchia. Et quia hec dignitas precipue ma-
net in ordine. ideo hoc sacramentū nō debet
dispensari nisi cū magna discretione ⁊ solē-
nitate. ac per hoc non a quolibet: nec cuilibȝ.
nec in quolibet loco: nec quolibet tpe. sed p̄-
sonis litteratis: honestis: ⁊ a cunctis irregu-
laritatibus alienis. ieiuno stomacho. loco sa-
cro. tempore misse: ⁊ temporibus ab ecclesia
stico iure statutis. debēt hmōi ordines dispē
sari. ⁊ hoc ab epis: quibus propter sui emi-
nentiam reseruatꝰ dispensatio ordinum. con-
firmatio per impositionem manuum. conse
cratio monialium ⁊ abbatuȝ. ⁊ dedicatio ec
clesiarum. que propter sui celebritatem non
debent dispensari: nisi ab his qui habent p̄-
eminentiam potestatis.

## Capitulum xiij.

### De integritate matrimonij.

D E sacramento matrimonij hec in sū
ma tenenda sunt: q̄ matrimoniū est
coniunctio legitima maris ⁊ femiē:
indiuiduam vite consuetudinem retinens.
Hec autem coniunctio non solum fuit post
peccatum. verumetiam ante peccatum. sed
prius institutum fuit sacramentum coniugij
in officium. nunc autem non solum in officiū
verumetiam in remedium contra libidinis
morbuȝ. Prius significabat cōiunctionē dei
⁊ anime. nunc aūt preter hoc significat ꝯiun
ctionem christi ⁊ ecclesie: ⁊ duarum natura-
rum in vnitate persone. Introducitur autem
hec coniunctio in esse: per liberū consensuȝ
animorum ex parte vtriusqȝ persone: exteriꝰ
expressum in aliquo signo sensibili. consum-
mari autem habet in copula carnali. Nam
per verba de futuro dicitur matrimonium
initiari. per verba de presenti ratificari. sed
per carnalem copulam habet consummari.
Huius autem sacramenti tria sunt bona. s. fi
des: proles ⁊ sacramentum. ⁊ duodecim im
pedimenta que impediunt contrahendum. ⁊
dirimunt iam contractum: que in his versi-
bus continentur. Error: conditio: votum: co
gnatio: crimen. Cultus disparitas: vis: ordo
ligamen: honestas. Si sis affinis: si forte co-
ire nequibis. Hec socianda vetant coniugia
iuncta retractant. Ratio aūt ad intelligē
tiam predictorum hec est. Quia principium
nostrum repatiuum. verbum. s. incarnatum
eoipso q̄ verbuȝ dei: est fons sapientie in ex
celsis. eoipso q̄ incarnatū est clementie fons
in terris. ⁊ ideo eoipso q̄ verbum increatū:
est humani generis formatiuum ex summa
sapientia. eoipso q̄ incarnatum: est ipsius re
formatiuum ex summa clementia. ideo enim
humanum genus reparat per clementiam.
quia prius reparabile fecit ex sapientia: que
pro suo summo ordine exigebat q̄ genꝰ hu-
manum faceret. potens stare. potens labi. po
tens etiam reparari. sicut in precedētibꝰ ostē
sum fuit. Quū ergo verbum dei in sua sapiē
tia hominem fecit sicut ⁊ congruum fuit: po
tentem stare: cadere ⁊ surgere. hinc est q̄ ge
nus humanum eo modo propagandum or-
dinauit q̄ ex ipso modo propagādi haberet
q̄ manuduceret ipsum ad standum. habe-
ret etiam q̄ manuduceret ad remedium. si-
cut etiam in propagatione illa est aliquid per
peccatū. s. libido: q̄ traducit morbum. Et q̄:
status hominis erat ex coniunctione ipsius
anime ad deum: per amorem vnitiuum: mo
do castissimo singulari ⁊ indiuiduo: remedi
um veniebat ex coniunctione diuine nature
⁊ humane in vnitatem hypostasis ⁊ perso-
ne. vnitatem inq̄ȝ diuina gratia introductaȝ:
vt singularem ⁊ indiuiduam. Hinc est q̄ de
us ab initio instituit: vt propagatio fieret per
coniunctionem maris ⁊ femine: indiuiduam
⁊ singularem: que significaret ante peccatuȝ
coniunctionem dei ⁊ anime. seu dei ⁊ subce-
lestis hierarchie. post pctm̄ vero coniunctio
nem christi ⁊ humane nature. seu christi ⁊ ec
clesie. ⁊ ideo vtrobiqȝ est sacramentū. s. ante

⁊ post.licet alio ⁊ alio modo:q̃tũ ad signifi
cationem ⁊ vsum. Cum enim esset sacr̃m an
teq̃ȝ superueniret morbus.libido q̃ supuenit
per peccatũ potius habet ꝑ matrimoniũ ex
cusari.q̃ȝ ipsuȝ valeat viciare.q: non morbꝰ
medicamentum corrũpit:sed medicamentuȝ
habȝ curare morbũ. Ex quo manifeste appa
ret quid sit mr̃imoniũ:⁊ qualiter diuinitꝰ sit
introductuȝ in esse. ¶ Rursus: q: q̃libȝ ꝑdi
ctarum spũaliũ vnionũ in sacraméto matri-
monij significataꝝ est vnio vnius sic agentꝭ
⁊ influentis.alterius sicut patientis ⁊ suscipi
entis:⁊ hoc faciéte amoris vinculo ꝙ ex me
ra voluntate procedit.hinc est ꝙ mr̃imoniũ
debet esse ꝯiunctio duplicis ꝑsone:differen-
tis ꝭm rationem agétis ⁊ patiétis.s.virilis se
xus ⁊ muliebris.⁊ h̓ ex mero ꝯsensu volũta
tis. Et q: volũtas exteriꝰ nó apparet:nisi ꝑ si
gna ipsam exprimétia.hinc est ꝙ necesse é vt
consensus mutuꝰ exteriꝰ exprimat̃. Quia ve
ro ꝯsensus vt d̓ futuro nó est ꝓprie ꝯsensus:
sed ipsius ꝓmissio.cósensus v̓o añ cómixtio
nem nó facit plenariá vnioné.q: nódũ sunt
vna caro.hinc est ꝙ per v̓ba de futuro dicit̃
mr̃imoniũ esse initiatũ.de pñti ratũ vel con
firmatum.ſ; in carnali copula ꝯsũmatum.q:
tũc sunt vna caro:⁊ vnum corpꝰ fiũt.ac ꝑ h̓
plene significat vnioné illá:q̃ est inter nos ⁊
christũ.tunc enim plene traducit̃ corpꝰ vniꝰ
in corpus alterꝰ ꝭm sui cóparis ptãté ad ꝓ
creandá ꝓlé. Et iõ ipsius mr̃imonij sunt tria
bona.s.sacr̃m ꝓpter vinculum insolubile.fi
des ꝓpter debiti solutioné.ꝓles v̓o sicut ef
fectꝰ cóseq̃ns ad vtrũq;. ¶ Postremo q: di
cta cóiunctio mr̃imóialis dȝ esse ex libero có
sensu:ꝓcedés ad copulationé ꝑsonarũ distá
tiũ:in vná mr̃imonij legé.⁊ h̓ pót.xij.mod͛s
impediri.hinc est ꝙ.xij.sunt ĩpedimenta ma
trimonij. Q̃d patet sic. Ad matrimonialem
náq; cósensum requirit̃ libertas in ꝯsensu.⁊
libertas in consentiéte.⁊ idoneitas ad coniũ
ctionem. Sed libertas in ꝯsensu tollitur per
duo:ꝭm duas partes inuolũtarij.s. per igno
rantiam.⁊ per violentiá. Et sic sunt duo im-
pedimenta.s.error ⁊ violentia. Libertas aũt
in consentiente tollitur ꝑ hoc ꝙ quis est alli-
gatꝰ alteri.⁊ hoc vel deo vel homini. Si deo
hoc est vel per votum expressuȝ: vel per ali
quid q̃d habet votũ annexum. Primũ est ĩ
voto.scd̃m in ordine. Si aũt homini hoc du
pliciter.aut per ligamé existens.aut ꝑ ligamé
precedens. Primũ est in ligamine quo q̃s li
gatus est vxori.scd̃m est in crimie.qñ mechꝰ
vel mecha machinatꝰ est in morté ꝯiugis.v̓l
ipso viuente fidem de ꝯhendo dedit. Et sic
sunt quattuor impedimenta.s.votũ.ordo.li-
gamen:⁊ crimen. Idoneitas aũt ad vnioné:
est distantia personarum cóueniens:q̃ tollit̃
per nimiá ꝓximitaté:vel ꝑ nimiá elongatio
neȝ. Nimia aũt ꝓximitas venit siue ꝑ gene-
rationé siue ꝑ aliq̃d simile generationi.vt est
cognatio legalis aut spũalis.aut venit per có
mixtioné sexuum.aut per ꝯtractioné sponsa
lium. Et sic sunt tria impedimenta.s.cogna-
tio:affinitas:⁊ publice iusticie hóestas. Ni-
mia aũt distantia aut attenditur quátum ad
ea que sunt nature:vt cum nó possunt cómi
sceri carnaliter.aut quátũ ad ea q̃ sunt fortu
ne:q̃ nó sunt in nr̃a ptãte.vt patet cũ é vnus
seruus:⁊ alter liber.aut quátum ad ea q̃ sũt
religionis christiane.vt cũ vnꝰ é baptizatus.
alter vero nunime. Et sic sũt tria impedimé
ta.s.impotentia coeundi error conditionis.⁊
disparitas religionis.ac per hoc sunt in vni-
uerso duodecim ipediméta:q̃ spũsctõ dictá-
te introducta sunt in eccl̃ia dei. Cui.s. eccl̃ie
etsi oĩa sacra sint cõmissa.potissime cóiugij
sacr̃m cõmissum est regulandũ ꝓpter varie
tates q̃ circa hoc sacr̃m icidũt pñt.⁊ ꝑꝑ mor-
bũ annexũ ꝙ est maxime infectiuus:⁊ mime
tenés modũ.⁊ ideo ipsius eccl̃ie est gradus
cognationũ limitare.sicut ꝓ tp̃e expedire vi
det.⁊ ꝑsonas legitimas v̓l illegitimas iudica
re:⁊ diuortia facere. Sed nunq̃ȝ dȝ nec pót
mr̃imonium q̃d legitime itroductũ é ãnulla
re.q: quos deus ꝯiũxit nó pót hó q̃ȝtũcũq;
sit magne potentie separare. cum ipsius dei
iudicio iudicandi remaneant vniuersi.

¶ Incipit ſeptīa pars de ſtatu finalis iudicij.
Capitulum primuꝫ.

¶ De iudicio in communi.

POſtquam aliqua breuiter dicta ſunt de trinitate dei. de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatione verbi. de grã ſpũſſancti. ⁊ de medicina ſacrãli. reſtat nunc ſeptimo ⁊ vltimo aliq̃ breuiter tãgere de ſtatu finalis iudicij. De quo in ſũma tenendũ eſt: ꝙ ſine dubio iudiciũ vniuerſoꝝ futurum eſt. in quo de⁹ pr̃ per dñm noſtruꝫ ieſum chriſtũ iudicabit viuos ⁊ mortuos. bonos ⁊ malos. reddendo vnicuiqꝫ ſm exigẽtiam meritoꝝ. In hoc aũt iudicio fiet aptio librorꝝ. ſ. ↄſcientiaꝝ. qbus merita ⁊ demerita vniuerſoꝝ ſibijpſis ⁊ ceteris inoteſcẽt. faciẽte hoc virtute illi⁹ libri vite: ṽbi. ſ. incarnati. qui in forma diuinitatis nõ videbit nisi a bonis. in forma ṽo humanitatis: in qua ⁊ ſentẽtiã ꝓmulgabit: videbit taꝫ a bonis q̃ꝫ a malis. licet terribilis in eadẽ forma appareat reprobis. ⁊ blãdus iuſtis. ¶ Rõ aũt ad intelligentiã predictoꝝ hec eſt. Quia primũ principiũ cũ hocipſo ꝙ primũ ſit a ſeipſo: ſm ſeipſum. ⁊ pp ſeipſuꝫ. hocipſo ipſuꝫ eſt efficiẽs forma ⁊ finis. vniuerſa ꝓducẽs: regẽs ⁊ pficiẽs. ita ꝙ ſicut producit ſm altitudinẽ ſũme virtutis. ſic etiã regit ſm rectitudinẽ veritatis. ⁊ cõſummat ſm plenitudineꝫ bonitatis. Qm̃ ergo altitudo ſum̃me ṽtutis reqrebat vt non tm̃ eſſet productio creature ad veſtigium. verũetiã ad imaginem: nõ ſolũ creature irrationalis: verũetiã rõnalis. non ſolum creature que mouet ſm impetũ naturalẽ. verũetiam ſm libertatẽ voluntatis. ⁊ creatura que eſt ad imaginẽ q: capax eſt dei: ẽ btificabilis. creatura rõnalis eſt diſciplinabil'. creatura habẽs libertatem volũtatis eſt ſm legẽ iuſticie ordinabilis ⁊ deordinabilis. hic eſt ꝙ rectitudo ṽitatis legẽ homini iponere debuit: in qua ad btitudinẽ inuitaret: ⁊ ad veritatem erudiret. ⁊ ad iuſticiam obligaret. ita tñ ꝙ libertatẽ volũtatis nõ cogeret: qn pro ſuo libito volũtatꝭ iuſticiã relinquere poſſet ⁊ ſequi. cũ ſic res quas ↄdidit admiſtrat. vt eas agere ꝓprios motus ſinat. Et q: plenitudo bonitatꝭ in cõſũmãdo opat ſm ꝙ exigit altitudo virtutꝭ: ⁊ rectitudo veritatꝭ. hinc eſt ꝙ cõſũmatio btitudinis nõ dat a bonitate ſumma niſi his q ſeruauerũt iuſticiã a rectitudie ṽitatꝭ ipoſitã: q ſuſceperũt diſciplinã: ⁊ amauerũt illã ſumã ⁊ ppetuã felicitatẽ pluſq̃ꝫ bona trãſitoria. Et qm̃ qdã h̃ agũt. qdã aũt oppoſitũ: ꝑ ſuaꝝ varietate volũtatũ. q̃ iterius occultant ⁊ ĩ ſtatu vie ſm ſuũ arbitrium currũt. hinc eſt ꝙ ad manifeſtationẽ altitudis ṽtutis rectitudis veritatis. ⁊ plenitudin s bonitatis: neceſſe eſt vniuerſale iudicium ſequi. in quo fiant iuſte retributiones premiorũ: apte declarationes meritorũ: ⁊ irreuocabiles lationes ſententiarum. vt in iuſtis retributionibus ſtipendiorum ſumme bonitatis appareat plenitudo. in apertis declarationib⁹ meritorum: veritatis appareat rectitudo. et in irreuocabilibus latiõib⁹ ſententiaꝝ ſũme ṽtutis ⁊ poteſtatis appareat altitudo. ¶ Primum igit qm̃ iuſta retributio reſpicit culpaꝫ cui debetur pena: vel iuſticiã cui debet glia: ⁊ vniuerſi filij ade habent hãc vel illaꝫ. hinc eſt ꝙ neceſſe eſt iudicio retributionis oẽs iudicari. vt iuſti glificentur ⁊ impij ↄdemnentur. ¶ Rurſus q: aperta declaratio meritorum reqrit ꝙ ſimul appareat qd agendũ eſt ⁊ quid actũ eſt. vel omiſſum a libertate volũtatis humane ſm varietatẽ circũſtantiarum hinc eſt ꝙ ⁊ libri conſciẽtiaꝝ apientur vt appareant merita. ⁊ liber vite vt appareat ipſa iuſticia: ſm quam approbãda vel reprobãda ſunt merita illa. Et qm̃ ille liber vite: eſt liber in quo ſcripta ſunt oĩa ſimul ⁊ luciđiſſime: ⁊ in cõſcientijs ſcribunt ṽaciter. ideo ex ↄcurſu aptõis hoꝝ libroꝝ fiet aperta declaratio oĩum meritorum. ita ꝙ occulta cordis cuiuſlibet ⁊ ſibi ⁊ ceteris innoteſcant. Unde vt vult augu. liber ille eſt vis qua fiet vt ad memoriã cuiuſlibet cuncta mirabiliter reuo

naturam: naturales potentias supradictas
exerceat: ad gratiam reformantem ⁊ hoc p
orationem. ad iusticiam purificantem: ⁊ hoc

ni conuersatione.ad scientiam illuminantē:
⁊ hoc in meditatione.ad sapientiam perfi-
cientem:⁊ hoc in ꝯtemplatiōe. Sicut igitur
ad sapientiā nemo venit nisi per gratiam:iu
sticiam ⁊ scientiam.sic ad ꝯtemplationē ne-
mo venit nisi per meditationem perspicuā.
conuersatione sanctam:⁊ oratōem deuotā.
Sicut igitur gratia fundamentū est rectitudi
nis voluntatis:⁊ illustrationis perspicue ra-
tionis.sic primo orandū est nobis.deinde san
cte viuendū.tertio spectaculis veritatis intē
dendū.⁊ intendēdo gradatim ascendendū:
quousqꝫ veniat ad montē excelsum:vbi vi-
deatur deus deorum in syon. ¶ Quoniam
igitur prius est ascendere q̄ꝫ descendere in
scala iacob.primū gradū ascensionis colloce
mus in imo:ponēdo totum istum mundum
sensibilem nobis tanq̄ꝫ speculum.per quod
trāseamus ad deum opificem summum.vt
simus veri hebrei transeuntes de egypto ad
terrā patribus repromissā.simus ⁊ christia
ni cū christo trāseuntes ex hoc mūdo ad pa
trem simus ⁊ sapientie amatores.que vocat
⁊ dicit.Transite ad me omnes qui concupi
scitis me.⁊ a generationibus meis adimple
mini.A magnitudine enim speciei ⁊ creatu
re:cognoscibiliter poterit hoꝝ creator vide
ri.Reducet autem creatoris summa poten-
tia:sapientia ⁊ beniuolentia in rebus creatis:
ꝑm q̄ hꝫ triplicit̄ nūciat sensus carnis sensui
interiori.¶ Sensus.n.carnis aut deseruit itel
lectui rōnabiliter inuestigāti.aut fideliter cre
denti.aut intellectualiter contemplanti.Con
templans considerat rerum existentiam ac-
tualem:credens rerum decursum habitua-
lem.ratiocinans rerum precellentiam poten
tialem.¶ Primo modo aspectus contem-
plantis res in seipsis considerās:videt i eis
pondus:numerū ⁊ mensuram.Pondus q̄
ad situm vbi inclinātur.numerū quo distin
guuntur.⁊ mensuram qua limitantur:Ac per
hoc videt in eis modum.speciem:⁊ ordinē:
necnō substantiam:virtutem:⁊ operationē:
ex quibus consurgere potest sicut ex vesti-
gio:ad intelligendum potentiam:sapientiam
⁊ bonitatem creatoris inmēsam.¶ Secun
do modo aspectus fidelis considerans hunc
mundum:attendit originem:decursū:⁊ ter
minum.Nam fide credimus aptata esse se-
cula verbo vite.¶ Fide credimus trium le
gum tempora.s.nature:scripture:⁊ gratie si
bi succedere:⁊ ordinatissime decurrisse.Fi-
de credimus mundum per finale iudicium
terminandum fore.¶ In primo potentiam.
in secundo prouidentiam.in tertio iusticiam
summi principij aduertentes.Tertio modo
aspectus ratiocinantis inuestigans videt q̄-
dam tantum esse:quedā autem tantum esse
⁊ viuere:quedam vero esse viuere ⁊ discer
nere.Et prima quidem esse minora.scd̄a me
dia.tertia meliora.¶ Videt iterum quedā
tm̄ esse corpalia:quedam partim corporalia
partim spūalia.ex quo aduertit aliqua esse
mere spūalia:tanq̄ꝫ vtrisqꝫ meliora ⁊ digni
ora.Videt nihilominus quedā esse mutabi
lia ⁊ corruptibilia:vt terrestria.quedam mu
tabilia ⁊ incorruptibilia:vt celestia.ex q̊ ad-
uertit quedam esse inmutabilia ⁊ incorrupti-
bilia.vt supercelestia.¶ Ex his ergo visibi
libus consurgit ad considerandū dei poten-
tiam:sapiam ⁊ bonitatē:vt entem viuētem
⁊ intelligentem:mere spūalem ⁊ incorrupti-
bilem ⁊ intransmutabilem.Hec aūt ꝯsidera
tio dilatatur ꝑm septiformē conditionē creatu
raꝝ.que est diuine potentie:sapientie ⁊ boni
tatis testimoniū septiforme.¶ Si considere
tur cunctaꝝ rerum origo:magnitudo:mul-
titudo:pulcritudo:plenitudo:operatio:⁊ or
do.Origo nāqꝫ rerū ꝑm creationem:distin
ctionem:⁊ ornatū quantū ad opera sex dieꝝ
diuinā predicat potentiā:cuncta de nihilo ꝑ
ducentem.sapientiā:cuncta lucide distinguē
tem.⁊ bonitatē cuncta largiter adornātem.
¶ Magnitudo aūt rerū ꝑm molē lōgitudi
nis:latitudinis ⁊ ꝑfunditatis:ꝑm excellētiā
virtutis longe lateqꝫ ⁊ profunde se extendē-
tis.sicut patet in diffusione lucis ꝑm effica-
ciam operatōis intime:continue ⁊ diffuse.si

cut patet in operatione ignis manifeste indicat immẽsitatẽ potentie: sapientie ⁊ bonitatis trini dei. qui in cunctis creaturis per potentiam: presentiã ⁊ essentiaꝫ incircumscriptꝰ existit. Multitudo vero rerũ s̄m diuersitatem generalem: specialẽ ⁊ indiuidualem: in substantia: in forma seu figura ⁊ efficacia: vltra omnẽ humanã estimationem. manifeste triũ predictaꝝ conditionũ in deo: immensitatem insinuat ⁊ ostendit. ¶ Pulcritudo aũt rerum s̄m varietatẽ luminũ: figurarũ ⁊ colorum. in corporibus simplicibus: mixtis: et etiã complexionatis: sicut in corpibus celestibus ⁊ mineralibus: sicut lapidibus ⁊ metallis: plantis ⁊ animalibus: tria predicta euidẽter proclamat. Plenitudo autem rerũ s̄m ꝙ materia est plena formis: s̄m rationes seminales. forma est plena virtute: s̄m actiuaꝫ potentiam. virtus est plena effectibus s̄ꝫ efficiẽtiã. idipsuꝫ manifeste declarat. ¶ Operatio multiplex. s̄m ꝙ est naturalis. s̄m ꝙ ẽ artificialis. s̄m ꝙ est moralis. sua multiplicissima varietate oñdit immensitatẽ illius v̄tutis: artis ⁊ bonitatis. que quidẽ est omnibus causa essendi: rõ intelligendi: ⁊ ordo viuẽdi. Ordo aũt s̄m rationem duratõis: situatiõis ⁊ influentie. s. per prius ⁊ posterius: supius ⁊ inferius: nobiliꝰ ⁊ ignobiliꝰ. in libro creature insinuat manifeste primi principij pmitatẽ: sublimitatẽ ⁊ dignitatẽ quantũ ad infinitatẽ potẽtie. ¶ Ordo vero diuinaꝝ legũ: pceptoꝝ ⁊ iudicioꝝ: in libro scripture immẽsitatẽ sapientie. Ordo aũt diuinoꝝ sacramentoꝝ: beneficioꝝ ⁊ retributionum in corpore ecclesie immẽsitatẽ bonitatis. ita ꝙ ipse ordo nos in primũ ⁊ summũ potentissimum ⁊ sapientissimũ ⁊ optimuꝫ euidentissime manuducit. ¶ Qui igitur tantis reruꝫ creaturaꝝ splendoribus non illustratur cecus est. q tantis clamoribus nõ euigilat surdus est qui ex omnibus his effectibus deũ nõ laudat mutus est. q ex tantis indicijs primũ principiuꝫ nõ aduertit stultus est. Api ergo oculos. aures spũales admoue. labia tua solue: ⁊ cor tuum appone: vt in oĩbus creaturis deũ tuum videas. audias. laudes. diligas: ⁊ colas. magnifices ⁊ honores. ne forte ꝯtra te vniuersus orbis terraruꝫ consurgat. Nam ob hoc pugnabit orbis terrarum ꝯtra insensatos: et econtra sensatis erit materia glorie. qui s̄m prophetaꝫ possunt dicere. Delectasti me domine in factura tua: ⁊ in operibus manuum tuaꝝ exultabo. q̃ꝫ magnificata sũt opera tua domine. omnia in sapientia fecisti. impleta ẽ terra possessione tua.

¶ De speculatione dei in vestigijs suis in hoc sensibili mũdo.

Capitulũ. ij. ⁊ gradus secũdus.

Sed quoniam circa speculũ sensibiliũ nõ solũ ꝯtingit ꝯtẽplari deũ p ipa tanq̃ꝫ p vestigia: verũ etiã in ipsis inquantũ est i eis p essentiã potentiã ⁊ presentiam. Et hoc considerare est altius q̃ꝫ precedens. ideo huiusmodi consideratio secundũ tenet locum: tanq̃ꝫ secundus ꝯtemplatiõis gradus. quo debemꝰ manuduci ad contemplandũ deum in cunctis creaturis: que ad mentẽ nostrã intrant p corpales sensus. ¶ Notandũ igitur ꝙ iste mundus sensibilis: qui dicit̃ macrocosmus: intrat ad animam nostrã. que dicitur microcosmus. idest minor mũdꝰ per portas quinq̃ꝫ sensuum: s̄m ipsorũ sensibilium apprehensionẽ: oblectationẽ ⁊ dijudicationẽ. ¶ Quod patet sic. Nam in eo quedam sunt generantia. quedam generata. quedam regentia hec ⁊ illa. Generantia sunt corpa simplicia. scilicet corpa celestia: ⁊ quattuor elementa. Naꝫ ex elementis p virtutẽ lucis recõciliãtis contrarietatẽ elementoꝝ in mixtis: habent generari ⁊ produci quecũq̃ꝫ generant̃ ⁊ pducuntur p operationem virtutis naturalis.

¶ Generata v̄o sunt corpa ex elemẽtis ꝯposita. sicut mineralia: vegetabilia: sensibilia: et corpa humana. Regẽtia hec ⁊ illa: sunt substantie spũales. siue omnino ꝯiuncte. vt sunt anime brutales. siue coniuncte separabiliter vt sunt anime rationales. siue omnino se-

parate: vt sunt spiritus celestes: quos ph̃i in
telligentias. nos angelos appellamus. Qui
bus ſm ph̃os cõpetit mouere corpa celestia.
ac per hoc eis attribuitur administratio vni
uersi: suscipiendo a prima causa scʒ deo vir
tutis influentiam: quã refundunt ſm opus
gubernationis: qd̃ respicit reꝝ consistentiaʒ
naturalẽ. Scd̃m aũt theologos attribuit eis
dem regimen vniuersi ſm imperiũ summi
dei: quantum ad opera repationis. ſm q̃ di
cunt administratorij spũs. missi ꝓpter eos q
hereditatẽ capiũt salutis. Homo igit qui di
citur minor mũdus habʒ qnqʒ sensus quasi
quinqʒ portas: p quas intrat cognitio oim q̃
sunt in mũdo sensibili in aiam ipius. Nã p
visum intrant corpa sublimia ⁊ luminosa: ⁊
cetera colorata. p tactum vero corpa solida ⁊
terrestria. per tres vero sensus intmedios i
trant intermedia. vt per gustũ aquea. per au
ditum aerea. per odoratũ vaporabilia. q̃ ali
quid habent de natura humida. aliquid de
aerea. aliquid de ignea seu calida. sicut patet
in fumo ex aromatibus resoluto. Intrãt igi
tur per has portas tã corpa simplicia q̃ʒ etiã
cõposita ex his mixta. Quia vero sensu pci
pimus nõ solum hec sensibilia particularia.
que sunt lux: sonus: odor: sapor: ⁊ quattuor p̃
marie qualitates quas apprehendit tactus.
verũetiam sensibilia cõmunia. que sunt: nu
merus: magnitudo: figura: quies ⁊ motus. ⁊
omne qd̃ mouetur ab alio mouetur. ⁊ q̃daʒ
seipis mouent' ⁊ quiescunt. vt sunt animalia
dum per hoc quinqʒ sensus motus corporũ
apprehendimus: manuducimur ad cognitõʒ
motorũ spiritualiũ: tanq̃ʒ per effectũ in co
gnitionem causaꝝ. ¶ Intrat igitur quantuʒ
ad tria reꝝ genera in aiam humanã p app̃
hensionẽ totus mundus iste sensibilis. Hec
aũt sensibilia exteriora sunt. que primo ingre
diuntur in animã per portas quinqʒ sensuũ.
Intrant inq̃ʒ nõ per substãtias suas sed p si
militudines suas: primo generatas in medio
⁊ de medio in organo exteriori. ⁊ de organo
exteriori in interiori. ⁊ de hoc in potentiam

apprehensiuam. Et sic generatio speciei in
medio. ⁊ de medio in organo. ⁊ cõuersio po
tentie app̃hensiue sup illã: facit apprehẽsiõeʒ
omniũ eorum que exterius aia apprehẽdit.
Ad hãc apprehẽsionẽ si sit rei cõueniẽtis seq
tur oblectatio. Delectat aũt sensus in obie
cto per similitudinẽ abstractã pcepto: vel ra
tione speciositatis: sicut in visu. vel rõne sua
uitatis. sicut in odoratu ⁊ auditu. vel ratiõe
salubritatis: sicut in gustu ⁊ tactu appropria
te loquendo. Omnis aũt delectatio est ratio
ne ꝓportionalitatis. Sed qm̃ spẽs tenet rõ
nem forme: virtutis ⁊ operatiõis: ſm q᷑ ha
bet respectum ad principiũ a quo manat. ad
mediũ ad qd̃ transit. ad terminũ in queʒ a
git. ideo ꝓportionalitas aut attenditur in si
militudine ſm q᷑ tenet rõnem speciei seu for
me: ⁊ sic dicit speciositas. quia pulcritudo
nihil aliud est q̃ʒ equalitas numerosa. seu q
dam partiũ situs cũ coloris suauitate. Aut at
tenditur ꝓportionalitas inquantũ tenet ra
tionem potentie seu virtutis. ⁊ sic dicitur sua
uitas. cũ virtus agens non improportionali
ter excedit recipientẽ. quia sensus tristatur i
extremis: ⁊ in medijs delectatur. Aut atten
ditur ꝓportionalitas inquantũ tenet rõnem
efficacie ⁊ impressionis. que tunc est propor
tionalis quando agens imprimendo replet i
digentiam patientis. ⁊ hoc est saluare ⁊ nu
trire ipsum. qd̃ maxime apparet in gustu et
tactu. Et sic apparet quõ per oblectationem
delectabilia exteriora: ſm triplicẽ rationẽ de
lectandi: per similitudinem intrant in aiam.
¶ Post hanc apprehẽsionẽ ⁊ delectationẽ
fit dijudicatio. qua nõ solum dijudicat vtrũ
hoc sit album vel nigrũ. quia hoc solũ ptinet
ad sensum exteriorem. non solum vtrum sit
salubre vel nociuũ. quia hoc ptinet ad sensuʒ
interiorem. verũetiam quia dijudicatur ⁊ ra
tio reddit quare hoc delectat. Et i hoc actu
inquiritur de ratione delectationis: que i sen
su percipitur ab obiecto. Hoc est autem cuʒ
querit ratio pulchri suauis ⁊ salubris: ⁊ inue
nitur. quia hec est ꝓportio equalitatis. Rõ

autem equalitatis est eadé in magnis ⁊ par
uis:nec extendit dimésionibus:nec succedit
seu transit cũ transeũtibus.nec motib⁹ altera
tur. Abstrahit igit a loco:tempore ⁊ motu.
ac p hoc est incõmutabilis:incircũscriptibil':
in terminabilis:⁊ oĩno spũalis. Dijudicatio
igitur est actio.que spém sensibilem sensibi-
liter per sensus acceptã:introire facit:depu
rando ⁊ abstrahédo in potentiã intellectiuã
Et sic totus iste mũdus introire habet in ani
mã humanã per portas quinq; sensuũ:scḋm
tres opationes p̄dictas. Hec aũt oĩa sunt ve
stigia:in quibus speculari possumus deum
nostrũ. Nam cũ species apprehensa sit simi
litudo in medio genita.⁊ deinde ipsi organo
impressa:⁊ per illam imp̄ssioné in suũ prin-
cipiũ.scilicet in obiectũ cognoscendũ dedu-
cat.manifeste insinuat q̄ illa lux eterna gene
rat ex se similitudiné seu splédorem coequa
lem: cõsubstãtialem:⁊ coeternalé. Et q̄ ille
qui est imago ⁊ similitudo inuisibilis dei:et
splendor glorie:⁊ figura substantie eius:qui
vbiq; est per primã sui generationé.sicut ob
iectum in toto medio suã generat similitudi-
nem.per gratiã vnionis vnitur:sicut species
corpali organo:indiuiduo rõnalis nature.vt
per illã vnioné nos reduceret ad patrem:si
cut ad fontale principiũ ⁊ obiectũ. Si ergo
omnia cognoscibilia habent sui speciem ge-
nerare:manifeste proclamant q̄ in illis tãq̃
in speculis videri potest eterna generatio v̄
bi imaginis ⁊ filij.a deo patre eternaliter
emanantis. Scḋm hũc modũ species dele-
ctans vt speciosa:suauis:⁊ salubris insinuat:
q̄ in illa prima specie est prima speciositas:
suauitas ⁊ salubritas.in qua est summa pro-
portionalitas ⁊ equalitas ad generantem.in
qua est virtus:nõ per phantasma sed p veri
tatem apprehésionis illabens.in qua est im-
pressio saluans:⁊ sufficiens.⁊ omné appre-
hendétis indigentiã expellens. Si ergo dele
ctatio est cõiunctio cõuenientis cũ conuenié-
te.⁊ solius dei similitudo tenet rationé sũme
speciosi:suauis.⁊ salubris:⁊ vnitur scḋm veri
tatem ⁊ scḋm intimitaté ⁊ scḋm plenitudinem
replenté oém capacitatem:manifeste videri
potest q̄ in solo deo est fontalis ⁊ vera dele
ctatio:⁊ q̄ ad ipsam ex omnibus delectatio-
nibus manuducimur requirendam. Excellé
tiori aũt modo ⁊ imediatiori dijudicatio du-
cit nos in eternam veritatem:certius specu-
landam. Si enim dijudicatio habet fieri p
rationem abstrahenté a loco:tempore ⁊ mu
tabilitate.ac per hoc a dimésione:successio-
ne ⁊ transmutatione.per rationé imutabilé
⁊ incircũscriptibilé:⁊ iterminabilé.nihil au-
tem est omnino imutabile:incircunscriptibi
le:⁊ interminabile.nisi quod est eternu;.om
ne autem q̄d est eternum est deus vel ĩ deo.
Si ergo omnia quecunq; certius dijudica-
mus:per huiusmodi rationé dijudicamus.
patet q̄ ipse est ratio omniũ rerũ.⁊ regula i
fallibilis.⁊ lux veritatis:in qua cuncta relu-
cent infallibiliter:indelibiliter:indubitanter:
irrefragabiliter:indijudicabiliter:incommu
tabiliter:incoartabiliter:interminabiliter:in
diuisibiliter:⁊ intellectualiter. Et ideo leges
ille per quas iudicamus certitudinaliter de
omnibus sensibilibus in nostram considera
tionem venientibus:cum sint infallibiles ⁊ ĩ
dubitabiles intellectui apprehendétis:sint in
delibiles a memoria recolentis:tanq̃ semp
presentes.sint irrefragabiles:⁊ indijudicabi
les intellectui iudicantis.quia:vt dicit aug⁹:
nullus de eis iudicat:sed per illas. necesse é
eas esse incommutabiles ⁊ incorruptibiles
tanq̃ necessarias.incoartabiles tanq̃ incir
cunscriptas.interminabiles tanq̃ eternas.
ac per hoc indiuisibiles tanq̃ intellecuales
⁊ incorporeas.non factas sed increatas:eter
naliter existentes in arte eterna.a qua ⁊ per
quam ⁊ scḋm quam formantur speciosa om-
nia vel formosa.⁊ ideo nec certitudinaliter
iudicari possunt.nisi per illam que non tan-
tum fuit forma cuncta producens.verũetiã
cuncta cõseruans ⁊ distinguens. tanq̃ ens ĩ
omnibus formam tenens:⁊ regula dirigés.
⁊ per quam dijudicat mens nostra cuncta q̃

per sensus intrant in ipsam. Hec autem spe-
culatio dilatatur ſm ꝯsiderationē septē dif
ferentiarū numerorū. quibus quasi septem
gradibus conscendit in deū. ſm ꝙ ostendit
Aug⁹ in libro de vera religione. ꝛ in sexto
musice. vbi assignat differentias numerorū
gradatim conscendentiū: ab his sensibilib⁹
vsqꝫ ad opificem omniū. vt in omnibus vi-
deatur deus. Dicit enim numeros esse i cor
poribus: ꝛ maxime in sonis: ꝛ vocib⁹: ꝛ hos
vocat sonantes. Numeros ab his abstra-
ctos: ꝛ in sensibus nostris receptos: ꝛ hos
vocat occursores. Numeros ab anima pro
cedentes in corpus. sicut patet in gesticulati-
onibus ꝛ saltationibus. ꝛ hos vocat progres
sores. Numeros in delectationibus sensuū
ex conuersione intentionis super speciē rece
ptam. ꝛ hos vocat sensuales. Numeros in
memoria retentos: ꝛ hos vocat memoriales
Numeros etiam per quos de his omnib⁹
iudicamus. ꝛ hos vocat iudiciales. qui vt di
ctum est necessario sunt supra mentē tanqꝫ
infallibiles ꝛ indiiudicabiles. Ab his autē
imprimuntur mentibus nostris numeri ar-
tificiales. quos tamen inter illos gradus nō
enumerat Augustinus. quia connexi sunt iu
dicialibus. ꝛ ab his manant numeri progres
sores. ex quibus creantur numerose forme
artificiatorū. vt a summis per media ordina
tus fiat descensus ad infima. Ad hos etiam
gradatim ascendamus a numeris sonātib⁹.
mediantibus occursoribus sensualib⁹ ꝛ me
morialibus. Cum ergo omnia sint pulcra ꝛ
quodāmodo delectabilia. ꝛ pulcritudo ꝛ de
lectatio nō sint absqꝫ ꝓportione. ꝛ ꝓportio
primo sit in numeris. necesse est omnia esse
numerosa. ac per hoc numerus est precipuū
in animo conditoris exemplar: ꝛ in rebus ꝓ
cipuū vestigiū ducens in sapientiā. Quod cū
sit omnibus euidentissimū ꝛ deo ꝓpinquis-
simū. ꝓpinquissime quasi p septē differētias
ducit in deū. ꝛ facit eum cognosci in cunctis
corporalibus ꝛ sensibilibus. dūqꝫ numero-
sa apprehendimus: in numerosis proportio
nibus delectamur. ꝛ p numerosarū ꝓportio
num leges irrefragabiliter iudicamus. Ex
his duobus gradibus primis: quibus ma-
nuducimur ad speculandū deū in vestigiis:
quasi ad modū duarū alarū descendentium
circa pedes colligere possumus: ꝙ omnes
creature istius sensibilis mundi: animū ꝯtem
plantis ꝛ sapientis ducūt in deū eternum: ꝓ
eo ꝙ illius primi principii: potētissimi: sapiē
tissimi: ꝛ optimi: illius eterne originis: lucis
ꝛ plenitudinis. illius inquā artis efficientis:
exemplantis ꝛ ordinātis. sunt vmbre resonā
tie ꝛ picture. sunt vestigia: simulacra ꝛ spe-
ctacula: nobis ad contuendū deum proposi-
ta: ꝛ signa diuinitus data. Que inquā sunt
sicut exemplaria vel potius exempla. propo
sita mentibus adhuc rudibus ꝛ sensibilib⁹.
vt per sensibilia que vident transferant ad
intelligibilia que nō vident. tanqꝫ per signa
ad signata. Significant autem huiusmodi
creature: huius mundi sensibilis inuisibilia
dei partim. quia deus est omnis creature ori
go: exemplar ꝛ finis ꝛ omnis effectus est
signum cause: ꝛ exemplatum exemplaris. et
via finis ad quem ducit. partim ex propria
representatōe. partim ex ꝓphetica prefigura
tione. partim ex angelica operatōe. partim
ex supaddita institutōe. Omnis enim creatura
ex natura est illius eterne sapiētie quedā ef
figies ꝛ similitudo. sed spēaliter illa que in li
bro scripture per spiritū ꝓphetie assumpta
est ad spiritualiū prefiguratonē. Speciali⁹
autem ille creature: in quarum effigie deus
angelico ministerio voluit apparere. Spe-
cialissime vero ea: quam voluit ad signan-
dum instituere: que tenet non solū rationem
signi ſm nomen cōmune. verūetiā sacramē
ti. Ex quibus omnibus colligitur: ꝙ inuisi-
bilia dei a creatura mundi per ea que facta
sunt intellecta cōspiciuntur. ita ꝙ qui nolunt
ista aduertere: ꝛ deū in his omnibus cogno
scere: benedicere ꝛ amare inexcusabiles sunt
dū nolunt transferri de tenebris in admira-
bile lumen dei. Deo autem gratias p iesum

chꝛiſtuꝫ dominū noſtrū. qui nos de tenebꝛis
tranſtulit in admirabile lumen ſuū. duꝫ per
hec lumina exterius data: ad ſpeculum men
tis noſtre. in quo relucent diuina: diſponi-
mur ad reintrandū.

℄ De ſpeculatōe dei per ſuā imaginē: natu
ralibus potentijs inſignitā.

Capitulū. iij. ⁊ gradus tertius.

Q Uoniā aūt duo gradus ꝓdicti:
ducendo nos in deū per veſtigia
ſua: per que in cunctis creaturis
relucet: manuduxerunt nos vſqꝫ
ad hoc: vt ad nos reintraremus. in mentem
ſcilicet noſtrā. in qua diuina relucet imago.
Hinc eſt ꝙ iā tertio loco ad noſmetipſos in
trantes: ⁊ quaſi atriū foꝛinſecus relinquen-
tes. in ſanctis ſcilicet anterioꝛi parte taberna
culi: conari debemus per ſpeculum videre
deū: vbi ad modū candelabꝛi relucet lux ve
ritatis in facie noſtre mentis. in qua. ſcilicet
reſplendet imago beatiſſime trinitatis. In-
tra igitur ad te: ⁊ vide q̄m̄ mens tua amat
feruentiſſime ſemetipſam. nec ſe poſſet ama
re: niſi ſe noſceret. nec ſe noſceret niſi ſui me-
miniſſet. quia nihil capimus per intelligētiaꝫ
quod nō ſit p̄ſens apud noſtrā memoꝛiaꝫ.
Et ex hoc aduertis aīam tuā tripliceꝫ habe
re potentiam: nō oculo carnis: ſed oculo ra
tionis. Cōſidera igitur harū triū potētiaruꝫ
operatōes ⁊ habitudines. ⁊ videre poteris
deū per te tanq̄ꝫ per imaginē. quod eſt vide
re per ſpeculum ⁊ in enigmate. ℄ Opera
tio aūt memoꝛie eſt retētio ⁊ repꝛeſentatio: n̄
ſolū pꝛeſentiū ⁊ coꝛpoꝛaliū ⁊ tēpoꝛaliū. verū
etiā ſuccedentiū: ſimpliciū ⁊ ſempiternaliū.
Retinet nāqꝫ memoꝛia pꝛeterita per recoꝛ-
datiōnē. pꝛeſentia per ſuſceptionē: futura per
pꝛeuiſionē. Retinet etiā ſimplicia ſicut pꝛin
cipia quantitatū continuarū ⁊ diſcretaꝝ: vt
punctū: inſtans: ⁊ vnitatem: ſine quibus im-
poſſibile eſt meminiſſe aut cogitare ea que
pꝛincipiantur per hec. Retinet nihilomin⁹
ſcientiaꝝ pꝛincipia ⁊ dignitates. vt ſempiter
nalia ⁊ ſempiternaliter. quia nunq̄ꝫ pōt ſic
obliuiſci eoꝝ dūmodo ratione vtat: quin ea
audita appꝛobet. ⁊ eis aſſentiat: nō tanq̄ꝫ de
nouo percipiat: ſed tanq̄ꝫ ſibi innata ⁊ fa-
miliaria recognoſcat. Sicut patet: ſi ꝓpona
tur alicui: de quolibet affirmatio vel negatio
vel omne totū eſt maius ſua parte. vel que-
cunqꝫ alia dignitas: cui nō eſt contradicere:
admittitur ratione. Ex pꝛima igitur retentio
ne actuali omniū tempoꝛaliū: pꝛeteritoꝛum
ſcilicet pꝛeſentiū ⁊ futuroꝝ. habꝫ effigiē eter
nitatis. cuius pꝛeſens indiuiſibile: ad oīa tem
poꝛa ſe extendit. Ex ſcđa apparet ꝙ ipſa non
ſolū habet ab exterioꝛi foꝛmari ꝑ phātaſma
ta. verūetiam a ſuperioꝛi ſuſcipiendo ⁊ in ſe
habendo ſimplices foꝛmas: que nō poſſunt
introire per poꝛtas ſenſuū ⁊ ſenſibiliū phan
taſias. Ex tertia habetur: ꝙ ipſa habet lucem
incōmutabilē ſibi pꝛeſentē: in qua meminit i
uariabiliū veritatū. Et ſic per operationes
memoꝛie apparet ꝙ ipſa anima ē imago dei
⁊ ſimilitudo: adeo ſibi pꝛeſens ⁊ eū habens
pꝛeſentē ꝙ eū actu capit. ⁊ per potentiā ca-
pax eius eſt: ⁊ particeps eſſe pōt. ℄ Ope-
ratio aūt virtutis intellectiue eſt i perceptiōe
intellectus terminoꝝ: ꝓpoſitionū: ⁊ illatio
nuꝫ. Capit autem intellectus terminoꝝ ſi-
gnificata. cum compꝛehendit quid eſt vnum
quodqꝫ ꝑ diffinitionē. Sed diffinitio habet
fieri per ſuperioꝛa. ⁊ illa per ſupioꝛa diffini-
ri habent: vſqꝫ quo veniatur ad ſuperna et
generaliſſima. quibus ignoꝛatis nō poſſunt
intelligi diffinitiue inferioꝛa. Niſi igitur co-
gnoſcatur quid eſt ens per ſe. nō poteſt ple-
ne ſciri diffinitio alicuius ſpecialis ſubſtan-
tie. Nec ens ꝑ ſe cognoſci poteſt: niſi cogno
ſcatur cum ſuis conditōibus. que ſunt vnuꝫ:
verū: bonū. Ens aūt cū poſſit cogitari vt di
minutū. ⁊ vt completum. vt imperfectum ⁊
vt ꝑfectum. vt ens in potentia: ⁊ vt ens i a-
ctu. vt ens ſ͠m quid: ⁊ vt ens ſimpliciter. vt
ens in parte: ⁊ vt ens totaliter. vt ens tran-
ſiens: ⁊ vt ens manēs. vt ens per aliud. ⁊ vt
ens per ſe. vt ens ꝑmixtū non enti: ⁊ vt ens

purum. vt ens dependens: ⁊ vt ens absolu-
tum. vt ens posterius: ⁊ vt ens prius. vt ens
mutabile: ⁊ vt ens imutabile. vt ens simplex
⁊ vt ens compositum. cum priuationes ⁊ de
fectus nullatenus possint cognosci nisi per
positiones: non venit intellectꝰ noster vt ple
ne resoluens intellectum alicuius entiuꝫ crea
torum: nisi iuuetur ab intellectu entis purissi
mi: actualissimi: completissimi: ⁊ absoluti. qd
est simpliciter ⁊ eternum ens: in quo sunt ra
tiones omnium in sua puritate. Quomodo
autem sciret intellectꝰ hoc esse ens defectiuũ
⁊ incompletum. si nullã haberet cognitioné
entis absqꝫ omni defectu. Et sic de aliis ꝯdi
tionibus ꝑlibatis. Intellectuꝫ aũt propositio
num: tũc intellectꝰ noster dicit veraciter cõ-
prehendere: cum certitudinaliter scit illas ve
ras esse. ⁊ hoc scire est scire. qm̃ non potest
falli in illa comprehensione. Scit enĩ ꝙ veri
tas illa nõ potest aliter se habere. Scit igitur
veritatem illã esse incõmutabilé. Sꝫ cũ ipsa
mens nostra sit cõmutabilis: illam sic incom
mutabiliter relucentem non potest videre: ni
si per aliquã aliam lucé omnino incõmutabi
liter radiantem. quaꝫ impossibile est esse cre
aturam mutabilé. Scit igit in illa luce que il
luminat omnem hominé venientem in hunc
mundum. que est lux vera ⁊ verbum in prin-
cipio apud deum. Intellectũ auteꝫ illationis
tunc veraciter percipit noster intellectus: qñ
videt ꝙ conclusio necessario sequitur ex pre
missis. quod nõ solũ videt in terminis neces
sariis. verumetiã in contingentibus: vt si hõ
currit homo mouet. Hanc autem necessari
am habitudinem ꝑcipit non solũ in rebꝰ en-
tibus: verumetiã in non entibus. Sicut eniꝫ
homine existéte sequitur. si homo currit: ho
mo mouetur. sic etiam non existente. Hmõi
igitur illationis necessitas nõ venit ab existé
tia rei in materia. q̃ é contingens. nec ab exi
stentia rei in anima. quia tũc esset fictio si nõ
esset in re. Uenit igitur ab exemplaritate in
arte eterna: ſm quam res habent aptitudiné
⁊ habitudinem ad inuicem ad illius eterne
artis representationem. Dis igitur
Augustinꝰ in libro de vera religione
ratiocinantis lumen accendit ab illa verita-
te: ⁊ ad ipsam nitit ꝑuenire. Ex quo manife
ste apparet. ꝙ coniunctus sit intellectꝰ noster
ipsi eterne veritati. dum nisi per illã docenté
nihil verum potest certitudinaliter cape. Ui
dere igit per te potes veritaté: que te docet:
si te cõcupiscentie ⁊ phantasmata non impe-
diant. ⁊ se tanq̃ꝫ nubes inter te ⁊ veritatis ra
dium non interponant. ¶ Operatio autem
virtutis electiue attenditur in consilio: iudi-
cio ⁊ desiderio. Consilium autem est in inq
rendo quid sit melius: hoc an illud. Sed me
lius non dicit nisi per accessum ad optimuꝫ.
Accessũs autem est ſm maiorem assimilatio
nem. Nullus igit scit vtrum hoc sit illo meli
us. nisi sciat illud optimo magis assimilari.
Nullus autem scit aliquid alii magis assimi
lari: n si illud cognoscat. Non enim scio hũc
similem esse petro: nisi sciam vel cognoscam
petrum. Omni igitur consilianti necessario
est impressa noticia summi boni. Judicium
autem certum de cõsiliabilibꝰ: est ꝑ aliquam
legem. Nullus autem certitudinaliter iudi-
cat per legem. nisi certus sit ꝙ illa lex recta
sit. ⁊ ꝙ ipsam iudicare non debet. Sed mẽs
nostra iudicat de seipsa. Cum igit nõ possit
iudicare de lege per quam iudicat. lex illa su
perior est mente nostra. ⁊ per hãc iudicat ſꝫ
quod sibi impressa est. Nihil autem est supe
rius mente humana: nisi solus ille qui fecit
eam. Igitur in iudicando deliberatiua no-
stra pertingit ad diuinas leges: si plena reso
lutione dissoluat. Desiderium aũt principa-
ter est ipsius quod maxie ipsuꝫ mouet. Ma
xime autem mouet quod maxime amatur.
Maxime autem amat: esse beatuꝫ. Beatũ
autem esse non habet: nisi per optimũ ⁊ finé
vltimum. Nihil autem appetit humanũ desi
derium nisi summũ bonum. vel quod est ad
illud. vel quod habet aliquã effigiem illius.
Tanta est vis summi boni: vt nihil nisi per il
lius desideriũ a creatura possit amari. Que

tunc fallitur ⁊ errat. cũ effigiem ⁊ simulacrũ pro veritate acceptat. ¶ Vide ergo quomodo anima deo ē propinqua. ⁊ quomodo memoria in eternitatem: intelligentia in veritatem. electiua potentia ducit in bonitatē summam ſm operationes suas. Scḋm autē harum potentiarum ordinem: originē ⁊ habitudinē ducit in ipsam beatissimā trinitatem. Nam ex memoria oritur intelligentia. vt ipsius proles. quia tunc intelligim⁹ cũ similitudo que est in memoria resultat in acie intellectus. que nihil aliud est q̃ verbum. Ex memoria ⁊ intelligentia spiratur amor: tanq̃ nexus amborum. Hec tria. s. mens generans: verbum ⁊ amor: sunt in anima: quo ad memoriam: intelligentiā ⁊ voluntatem. que sunt consubstantiales: coequales ⁊ coeue: se inuicem circũincedentes. Si igitur deus perfectus est spiritus: habet memoriam: intelligentiam ⁊ voluntatem. habet ⁊ verbũ genitũ. ⁊ amorem spiratũ. qui necessario distinguunt̃. cum vnus ab altero producat̃. nō essentialiter. nō accidētaliter. ergo ꝑsonaliter. Dũ igitur mens seipsam cōsiderat ꝑ se tanq̃ ꝑ speculum: cōsurgit ad speculandā trinitatē beatā patris: verbi ⁊ amoris. trium personaꝝ coeternarũ: coequaliũ ⁊ consubstantialiũ. ita ꝙ quelibet triũ in quolibet est aliorũ. vnus tamē non est alius: sed ipsi tres sunt vnus deus.

¶ Ad hanc speculationem quā habꝫ anima de suo principio trino ⁊ vno: per trinitatē suarum potentiarum: per quas est imago dei. iuuat̃ per lumina scientiaꝝ que ipsā ꝑficiũt ⁊ informant: ⁊ trinitatem beatissimam tripliciter representant. Nam oīs ph̄ia aut est naturalis: aut rationalis: aut moralis. Prima agit de causa essendi. ⁊ ideo ducit in potentiam patris. scḋa de rōne itelligendi. ⁊ iō ducit in sapientiā verbi. tertia de ordine viuendi. ⁊ ideo ducit in bonitatē spũssancti. Rursus prima diuidit̃ in methaphysicā: mathematicam ⁊ physicā. Et prima est de reꝝ eēntijs. scḋa de numeris ⁊ figuris. tertia de naturis: virtutibus: ⁊ operationibus diffusiuis. Et ideo prima in primũ principiũ patrē. secunda in ei⁹ imaginem filiũ. tertia ducit in spiritussancti donum. Scḋa diuidit̃ in grammaticam. que facit potentes ad exprimendum. logicam: que facit perspicaces ad arguendũ rhetoricā: que facit habiles ad persuadendũ siue monendū. Et hec similiter insinuat mysterium beatissime trinitatis. Tertia diuiditur in monasticam. iconomicam: ⁊ polyticā. Et prima insinuat primi principij innascibilitatem. scḋa filij familiaritatem. tertia spiritussancti liberalitatem. Omnes autē iste sciētie habent regulas certas ⁊ infallibiles: tanq̃ lumina ⁊ radios descendentes a lege eterna in mentem nostrā. Et ideo mens nostra tantis splendoribus irradiata ⁊ superfusa: nisi sit ceca: manuduci potest per seipsam ad contemplandam illā lucem eternā. Huius autē lucis irradiatio ⁊ consideratio sapiētes suspēdit in admirationē. ⁊ econtra insipiētes qui non credunt vt intelligant: ducit in perturbationem. vt impleatur illud propheticũ. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.

¶ De speculatione dei in sua imagine donis gratuitis reformata.

Capitulum iiij. ⁊ gradus quart⁹.

[S]Ed quoniam non solum per nos transeundo: verũetiam in nobis contingit contemplari primũ principium. ⁊ hoc maius est q̃ precedens. ideo hic modus considerandi quartũ obtinet contēplationis gradum. Mirum autē videtur: cũ ostensum sit ꝙ deus ita propinquus sit mentibus nostris: ꝙ tam paucorum est in seipsis primũ principium speculari. Sed ratio est in promptu. qꝛ mens humana sollicitudinibus distracta: non intrat ad se per memoriā: phantasmatib⁹ obnubilata: nō redit ad se per intelligentiam. concupiscentijs illecta: nequaq̃ reuertitur ad seipsam ꝑ desiderium suauitatis interne ⁊ leticie spiri-

tualis. Ideo totaliter in his sensibilibus iacens: non potest ad se tanq̄ ad dei imaginez reintrare. Et quoniaz vbi quis ceciderit: necesse habet ibidem recumbere. nisi apponat quis ꝛ adijciat vt resurgat. non potuit anima nostra perfecte ab his sensibilibus releuari ad contuitum sui: ꝛ eterne veritatis in seipsa. nisi veritas assumpta forma humana in christo: fieret sibi scala reparans priorem scalam: que fracta fuerat in adam. Unde q̄ntumcunq̄ sit illuminatus quis lumine nature ꝛ scientie acquisite: non potest intrare in se vt in seipso delectetur in domino: nisi mediā te christo: qui dicit. Ego sum ostium. per me si quis introierit saluabitur: ꝛ ingredietur ꝛ egredietur: ꝛ pascua inueniet. Ad hoc autez ostiū non appropinquamus nisi in ipsuz credamus: speremus ꝛ amemus. Necesse ē igitur si reintrare volumus ad fruitionem veritatis: tanq̄ ad paradisuz: q̄ ingrediamur p̄ fidem: spem ꝛ charitatem mediatoris dei ꝛ hominū iesu christi. qui est tanq̄ lignum vite in medio padisi. Superuestiēda est igit̄ imago mentis nostre tribus virtutib⁹ theologicis: quibus anima purificatur: illuminat̄ ꝛ p̄ficitur. ꝛ sic imago reformat̄: reficit̄: ꝛ cōformis superne hierusalem efficit̄. ꝛ pars ecclesie militantis: que est ꝑles s̄m ap̄lm hierusalem celestis. Ait eni. Illa que sursum est hierusalē libera est: que est mater nr̄a. Aīa igit̄ credens: sperans ꝛ amans iesum christū: qui est verbum patris incarnatū: increatuz: ꝛ inspiratū. s. via: veritas: ꝛ vita. dum per fidem credit in christum: tanq̄ in verbū increatū: quod est verbū ꝛ splendor patris: recuperat spiritualem auditū ꝛ visum. auditū ad suscipiendū christi sermones. visum ad considerandū ipsius lucis splendores. Dum aūt spe suspirat ad suscipiendum verbū inspiratum. per desiderium ꝛ affectū recupat spiritualē olfactū. Dū charitate cōplectit̄ verbū incarnatum. vt suscipiens ab ipso delectationez. ꝛ vt transiens in illud per extaticū amorē. recuperat gustū ꝛ tactū. Quibus sensibus recuperatis: dum sponsum suū videt ꝛ audit: odorat̄ ꝛ gustat ꝛ amplexat̄. decātare potest tanq̄ sponsa canticū canticorum. q̄d factum fuit ad exercitium cōtemplationis s̄m hunc quartū gradū. quē nemo capit nisi qui accipit. quia magis est in experientia affectuali: q̄z in consideratione rationali. In hoc nanq̄z gradu recuperatis sensibus interioribus: ad videndū summe pulcrū. ad audiēdū summe armoniacū. ad odorandū summe odoriferum. ad degustandū summe suaue. ad apprehendendū summe delectabile. disponitur aīa ad mentales excessus. s. per deuotionez: ammirationē: exultationem: s̄m illas tres exclamationes que fiunt in canticis canticorū. Quarū prima fit per superabūdantiā deuotionis. per quam fit anima sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe ꝛ thuris. Scd̄a per excellentiā admirationis: per quam fit aīa sicut aurora: luna ꝛ sol. s̄m processum illuminationū suspendentium animā ad ammirandū sponsum cōsideratū. Tertia per supabūdantiā exultationis. per quam fit aīa suauissime delectationis delicijs affluens: innixa totaliter super dilectū suum. Quibus adeptis efficit̄ sp̄us noster hierarchicus ad cōscendendū sursum: s̄m conformitatez ad illā hierusalem supernam: in quā nemo intrat: nisi prius per gr̄am ipsa in cor descēdat. sicut vidit Johānes in apocalypsi sua. Tunc aūt in cor descēdit: q̄n p̄ reformationē imaginis: per virtutes theologicas: ꝛ per oblectatiōes spiritualiū sensuū: ꝛ suspensiones excessuum: efficit̄ spiritus noster hierarchicus. s. purgat⁹: illuminatus: ꝛ perfectus. Sic etiam gradib⁹ nouem ordinum insignitur: dum ordinate in eo interius disponitur nunciatio: dictatio: ductio: ordiatio. roboratio: imperatio: susceptio reuelatio: vnitio: que gradatim correspondent nouem ordinibus angelorum. ita q̄ triū primo dictorum gradus respiciunt in mente humana naturam. tres sequentes industriā. ꝛ tres postremi gratiam. Quibus habitis anima intrando in seipsam: intrat in supernā

hierusalem. vbi ordines angelorum conside rans: videt in eis deum: qui habitans in eis omnes eorum operatur operationes. Unde dicit Bernardus ad eugenium. Nō deus in seraphin amat vt charitas. in cherubin nouit vt veritas. in thronis sedet vt equitas. in dn̄ationibus dominatur vt maiestas. in prin cipatibus regit vt principium. in potestatibꝰ tuetur vt salus. in virtutibus operatur vt vir tus. in archangelis reuelat vt lux. in angelis assistit vt pietas. Ex quibus omnibus videtur deus oīa in oībus: per contemplationez ipsius: in mentibus in quibꝰ habitat per dona affluentissime charitatis. Ad huius auté speculationis gradū: spéaliter ⁊ precipue am miniculatur consideratio sacre scripture diuinitus imisse. sicut pbīa ad precedenté. Sacra enī scriptura principaliter est de operibꝰ reparationis. Unde ⁊ ipsa precipue agit de fide: spe ⁊ charitate: per quas virtutes habet anima reformari. ⁊ specialissime de charitate. De qua dicit apostolus: ꝙ est finis p̄cepti: sm ꝙ est de corde puro: cōsciencia bona. ⁊ fide non ficta. Ipsa est plenitudo legis vt dicit idem. Et saluator noster asserit totaz legem: prophetasqꝫ pendere in duobꝰ precep tis eiusdem. s. in dilectione dei ⁊ proximi. q̄ duo innuunt in vno sponso ecclesie iesu christo. qui simul est proximus ⁊ deus. simul frater ⁊ dominus. simul etiam rex ⁊ amicus. simul verbum increatum ⁊ incarnatum. formator noster ⁊ reformator. alpha ⁊ o. Qui etiam summus hierarcha est: purgans illuminans ⁊ perficiens sponsam. s. totam ecclesiam. ⁊ quamlibet animam sanctaz. De hoc igitur hierarcha ⁊ ecclesiastica hierarchia é tota sacra scriptura. per quam docemur purgari: illuminari ⁊ perfici. ⁊ hoc sm triplicez legem in ea traditam. s. nature: scripture: ⁊ gratie. Uel potius sm triplicem partem eiꝰ principalem. s. legem moysaicam purgantez reuelationem propheticam illustrantem. ⁊ eruditionem euangelicam perficientez. Uel potissimum sm triplicem eius intelligentiaz spiritualem. scilicet tropologicam: que purgat ad honestatem vite. allegoricam: que illuminat ad claritatem intelligentie. anagogicam: que perficit per excessus mentales ⁊ sapientie perceptiones suauissimas. sm tres virtutes predictas theologicas: ⁊ sensus spi rituales reformatos. ⁊ excessus tres supra dictos: ⁊ actus mentis hierarchicos: quibꝰ ad interiora regreditur mens nostra: vt ibidem speculetur deum in splendoribus sanctorum ⁊ in eisdem tanq̄ȥ in cubilibus dormiat in pace ⁊ requiescat. sponso adiurante ꝙ non excitetur donec de eius voluntate procedat.

Ex his autem duobus gradibus mediis per quos ingredimur ad contemplandum deum intra nos: tanq̄ȥ in speculis imaginum creatarum. ⁊ hoc quasi ad modum alarum ex pansarum ad volandum: que tenebant medium locum: intelligere possumus ꝙ in diuina manuducimur per ipsius anime rationalis potentias: naturaliter insitas: quantum ad earum operationes: habitudines: ⁊ habitus scientiales: sm ꝙ apparet ex tertio gradu. Manuducimur etiaȥ per ipsius anime potentias reformatas. ⁊ hoc gratuitis virtutibus: sensibus spiritualibus: ⁊ mentalibus excessibus: sicut patet ex quarto. Manuducimur nihilominus per hierarchicas operationes. scilicet purgationis: illuminationis ⁊ perfectionis mentium humanarum per hierarchicas reuelationes sacraruȥ scripturarum nobis per angelos datarum. sm illud apostoli. ꝙ lex data est per angelos in manu mediatoris. Et tandem manuducimur per hierarchias ⁊ hierarchicos ordines. qui in mente nostra disponi habent instar superne hierusalem. Quibꝰ omnibꝰ luminibꝰ intellectualibꝰ mens nr̄a repleta a diuina sapientia: tanq̄ȥ domus dei inhabitat. effecta dei filia: sponsa ⁊ amica. effecta christi capitis membrum: soror ⁊ coheres. effecta nihilominꝰ spūssancti téplū. fundatū p fidem. eleuatū per spem. ⁊ deo dedicatū p mé tis ⁊ corporis sanctitaté. Quod totum facit

sincerissima charitas christi. que diffunditur
in cordibus nostris per spiritumsanctum q datus
est nobis. sine quo spiritu scire non possumus
secreta dei. Sicut enim que sunt hois nemo
scire pōt nisi spūs hois q est ī illo. ita ꝛ que
sunt dei nemo scit nisi spūs dei. In charitate
igitur radicemur ꝛ fundemur: vt possimus
comprehendere cū omnibus sanctis. que sit
longitudo eternitatis. que latitudo liberalita
tis. que sublimitas maiestatis: ꝛ qd̄ profun-
dum sapientie iudicantis.

❡ De speculatione diuine vnitatis per eius
nomen primarium quod est esse.

Capitulū. v. ꝛ gradus qntus.

Q Voniam autem ꝯtingit ꝯtéplari
deū: nō solum extra nos. ꝛ intra
nos: verūetiā supra nos. Extra
nos p vestigiū. intra nos p ima-
ginem: ꝛ supra nos per lumé: qd̄ est signatū
supra mentem nr̄am. qd̄ est lumen veritatis
eterne. cū ipsa mens nostra imediate ab ipsa
veritate formet: Qui exercitati sunt in p̄mo
modo intrauerūt iā in atriū ante tabernacu
lum. qui vero in scdo intrauerūt in sctā. q āt
in tertio intrant cū sūmo pontifice in sctāsan
ctoꝝ. vbi supra arcā sunt cherubin glie: obū
brantia ꝓpiciatoriū: per que intelligim⁹ du-
os modos seu gradus ꝯtéplandi dei inuisi-
bilia ꝛ eterna. quoꝝ vnus versat circa dei
essentialia. alius vero circa ꝓpria personaꝝ.
Primus modus primo ꝛ principaliter defi
git aspectū in ipm esse. dicés. q qui est: é pri
mū nomen dei. Scds modus ꝯfigit aspectū
in ipm bonū. dicés. h̄ esse primū nomen dei.
Primū spectat potissime ad vetus testamé
tū: qd̄ maxime p̄dicat diuine eēntie vnitaté.
Vn̄ dictū est moysi. Ego sum qui sum. Se-
cundū ad nouū qd̄ determinat psonaꝝ plu-
ralitaté: baptizādo in noīe prīs ꝛ filij ꝛ spus-
sancti. Jdō magister noster christus volens
adolescété qui fuauerat legé ad euāgelicā le
uare pfectioné. nomé bonitatis deo pncipa-
liter ꝛ pcise attribuit. Nemo iquit bon⁹ nisi
solus deus. Damascenus igit sequens moy

sen dicit. q q est: est primū nomé dei. Dio-
nysius seqns xp̄m dicit. q bonū est primum
nomé dei. Volés igit ꝯtéplari dei inuisibilia
quo ad essentie vnitaté p̄mo defigat aspectū
in ipm esse. ꝛ videat ipm esse adeo in se cer
tissimū: q nō pt cogitari nō esse. q: ipsū est
purissimū: nō occurrit nisi in plena fuga nō
esse. sicut ꝛ nihil in plena fuga esse. Sic igit
oīno nihil: nihil h̄z de eē: nec de eius ꝯditio-
nibus. sic ecōtra ipm esse nihil h̄z de nō esse.
nec actu: nec potentia. nec bm vitaté rei: nec
bm estimationé nr̄am. Cū aūt nō esse puatio
sit essendi: nō cadit in intellectū nisi p eé. esse
aūt nō cadit p aliud. q: oé qd̄ intelligit. aut i
telligit vt nō ens. aut vt ens in potétia. aut vt
ens in actu. Si igit nō ens non pōt intelligi
nisi p ens: ꝛ ens. in potétia non nisi p ens in
actu: ꝛ esse noiat ipm puꝝ actū entis. eé igit
est qd̄ primo cadit in intellectu. ꝛ illud eé est
qd̄ est purus actus. Sz h̄ nō est eé pticulare:
qd̄ est esse artatū. q: pmixtū est cū potentia.
nec esse analogū. q: minime h̄z de actu: eo q
minime est. Restat igit q illud esse est esse di
uinū. Mira igit est cecitas intellectus: q nō
ꝯsiderat illud qd̄ prius videt. ꝛ sine q nihil
pt cognoscere. Sed sicut oculus intétus i va
rias colorū differentias: lucé p quā videt ce
na: nō videt. ꝛ si videt nō tn̄ aduertit. sic ocu
lus mētis nr̄e intentus in ista entia pticula-
ria ꝛ vniuersalia. ipm esse extra oé genus: li
cet primo occurrat menti: ꝛ p ipm alia: tn̄ nō
aduertit. Vn̄ verissime apparet q sicut ocu
lus vespertilionis se habet ad lucé. ita se h̄z ocu
lus mentis noster ad manifestissima nature.
Quia assuefactus ad tenebras entium et
phātasmata sensibiliū. cū ipam lucé summi
esse intuetur. videt sibi nihil videre nō intel
ligens q ipsa caligo summa é mentis nostre
illuminatio. sicut quando videt oculus pu-
ram lucem: videtur sibi nihil videre. Vnde
igitur ipm purissimū esse si potes: ꝛ occur-
ret tibi q ipsum nō potest cogitari vt ab alio
acceptum. ac per hoc necessario cogitatur
vt omnimode primum. quod nec de nihi-

lo: nec ab alio pōt esse. Quid enim est per se
si ipsuꝫ esse nō est ꝑ se. nec a se. Occurret eti
am tibi vt carens omnino nō esse. ac ꝑ h̄ vt
nunq̄ꝫ incipiens: nunq̄ꝫ desinēs. sed eternuꝫ
Occurret etiaꝫ tibi vt nullo mō in se habēs
nisi quod est ipsuꝫ esse. ac per hoc vt cū nul-
lo compositū: sed simplicissimum. Occurret
etiam vt nihil habēs possibilitatis. quia om
ne possibile aliquo modo hꝫ aliquid de non
esse. ac per hoc vt summe actualissimuꝫ. Oc
curret vt nihil habens defectibilitatis. ac per
hoc vt perfectissimū. Occurret postremo vt
nihil habens diuersificationis. ac ꝑ hoc vt
summe vnū. Esse igitur quod est esse puruꝫ:
⁊ esse simpliciter: ⁊ esse absolutū: est esse pri
marium: eternum: simplicissimū: actualissi-
muꝫ: perfectissimū: ⁊ summe vnū. Et sūt hec
ita certa: q̄ non potest ab intelligente ipsum
esse: cogitari hoꝝ oppositum. ⁊ vnū hoꝝ ne
cessario infert aliud. Nam q: simpliciter est
esse: ideo simpliciter primum. q: simpliciter
primū. ideo non est ab alio factum: nec a seip
so potuit. ergo eternum. Item q: primum ⁊
eternum. ideo nō ex alijs: ergo simplicissimū
Item q: primum eternuꝫ ⁊ simplicissimum.
ideo nihil est in eo possibilitatis cum actu ꝑ
mixtum: ⁊ ideo actualissimum. Quia p̄muꝫ
eternū simplicissimū actualissimum: ideo ꝑ
fectissimuꝫ. Tali omnino nihil deficit. nec ali
qua potest fieri additio. Quia primum: eter
num: simplicissimum: actualissimum: perfe-
ctissimū: ideo summe vnū. Qd̄ enī ꝑ omni-
modā supabundantiam dicit: dicit respectu
omniū. Quod etiam simpliciter per supabū
dātiā dicitur: impossibile est vt conueniat nisi
vni soli. Unde si deus noiat esse primariuꝫ:
eternum: simplicissimum: actualissimū: perfe
ctissimum: impossibile est ipsum cogitari nō
esse. nec esse nisi vnum solū. Audi igit israel.
deus tuus: deus vnꝰ est. Si hec vides in pu
ra mentis simplicitate: aliqualiter perfunde
ris eterne lucis illustratione. Sed habes vn
de subleueris in admirationem. Nam ipsuꝫ
esse est primum ⁊ nouissimū: ⁊ eternū ⁊ pre

sentissimum. est simplicissimū ⁊ maximum.
est actualissimum ⁊ imutabilissimū. est ꝑfe-
ctissimum ⁊ immēsuꝫ. est sūme vnū ⁊ tamē
ommimodum. Si hec pura mente miraris
maiore luce perfunderis: dum vlteriꝰ vides
quia ideo est nouissimū quia primuꝫ. Quia
enim est primū: omnia opatur ꝑpter seipsū.
⁊ ideo necesse est q̄ sit finis vltimus: initiuꝫ
⁊ consummatio: alpha ⁊ o. Ideo est presen-
tissimum quia eternū. Quia enim eternum
non finit ab alio. nec deficit a seipso. nec de-
currit ab vno in aliud. ergo nec habet p̄teri
tum nec futurū: sed esse presens tm̄. Idō ma-
ximū: q: simplicissimū. Quia enim simplicis
simū in essentia: ideo maximum in virtute.
quia virtus quanto plus est vnita: tāto pluꝫ
est infinita. Ideo imutabilissimum: q: actua-
lissimum. Quia enim actualissimū est: ideo
est actus purus. Et quod tale est: nihil nou
acquirit. nihil habituꝫ perdit. ac per hoc nō
potest mutari. Ideo immensum: q: perfectis-
simū. Quia enī perfectissimū: ideo nihil pōt
cogitari vltra ipsum meliꝰ: nobiliꝰ: nec digni
us. ac per hoc nihil maiꝰ. ⁊ omne tale est im
mensum. Ideo oimodū q: summe vnū. Q:
enim summe vnū. ideo est ois multitudinis
vniuersale principiū. Ac per hoc ipsum est
vniuersalis oiuꝫ causa efficiēs: exemplans: ⁊
termināns: sicut causa essendi: rō intelligēdi: ⁊
ordo viuēdi. Est igit oimodū: non sicut oiuꝫ
essentia. sed sicut cūctaꝝ essentiaꝝ supexcel-
lentissima ⁊ vniuersalissima ⁊ sufficientissi-
ma causa. Cuiꝰ v̄tus q: sūme vnita in essen-
tia: ideo summe infinitissima ⁊ multiplicissi-
ma in efficacia. ¶ Rursus reuertētes dica
mus. q: igit esse purissimum ⁊ absolutū. qd̄
est simpliciter esse: est primariū ⁊ nouissimū
ideo est omnium origo ⁊ finis cōsummans.
Quia eternum ⁊ presentissimū. ideo oēs du
ratiōes ambit ⁊ intrat. q̄si simul existēs eaꝝ
centrū ⁊ circūferētia. Quia simplicissimum
⁊ maximū. ideo totū intra oia: ⁊ totum extra
oia. ac per hoc est sphera intelligibilis: cuius
centrum est vbiq̄ꝫ: ⁊ circūferētia nusq̄ꝫ. Q:

actualissimum ⁊ imutabilissimū. ideo stabile manens moueri dat vniuersa. Quia pfectissimū ⁊ imēsum: iō est intra oīa: nō inclusum: extra omnia non exclusum. supra omnia nō elatum. infra omnia non prostratum. Quia vero est summe vnum ⁊ omnimodum: ideo est omnia in omnibus: q̃zuis omnia sint multa ⁊ ipsum non sit nisi vnum. ⁊ hoc quia per simplicissimam vnitatē: ⁊ serenissimam veritatem. sincerissimam bonitatez. est in eo omnis virtuositas. omnis exemplaritas: ⁊ oīs cōmunicabilitas. ac per hoc ex ipso: ⁊ p ipsū ⁊ in ipso sunt oīa. Et hoc q: omnipotens: omnisciens: ⁊ omnimode bonum. quod perfecte videre est esse beatum. sicut dictuz est moysi. Ego ostendam tibi omne bonum.

¶ De speculatione beatissime trinitatis in eius nomine quod est bonum.

Capitulum vi. ⁊ gradus sextus.

p Post considerationem essentialiū eleuandus est oculus intelligentie ad contuitionem beatissime trinitatis. vt alter cherub iuxta alterum statuatur. Sicut autē visionis essentialium ipsum esse est principium radicale. ⁊ nomen per quod cetera innotescunt. sic contemplationis emanationuz ipsiuz bonū est pncipalissimum fundamentū. Vide igitur ⁊ attende: quoniam optimum qđ simpliciter est: quo nihil melius cogitari potest. ⁊ hoc tale sic est: q non potest cogitari non esse. q: omnino melius est esse q̃z non esse. sic est q nō potest recte cogitari: quin cogitetur trinuz ⁊ vnum. Nam bonū dicit diffusiuū sui. Summum igit bonum summe diffusiuum est sui. Summa autē diffusio non potest esse nisi sit actualis ⁊ intrinseca: substantialis ⁊ hypostatica. naturalis ⁊ voluntaria. liberalis ⁊ necessaria. indeficiens ⁊ perfecta. Nisi igit in summo bono eternaliter esset productio actualis ⁊ consubstantialis: ⁊ hypostaticalis eque nobilis. sicut est producens per modum generationis ⁊ spirationis. ita q sit eternalis principij eternaliter comprincipiantis. ita q eē dilectus ⁊ condilectus. genitus. s. ⁊ spiratus. hoc est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. nequaq̃z esset summum bonum. q: non summe se diffunderet. Nam diffusio ex tempore in creatura: non est nisi centralis vel punctalis respectu immensitatis bonitatis eterne. Unde ⁊ non potest aliqua diffusio cogitari maior illa. ea videlicet in qua diffundēs cōmunicat alteri totam substantiam ⁊ naturam. Non igitur summum bonuz esset: si re vel intellectu illa carere posset. Si igitur potes mentis oculo contueri puritatem bonitatis. que est actus purus principij charitatiue diligentis amore gratuito ⁊ debito: ⁊ ex vtroq̃z permixto. que est diffusio plenissima per modum nature ⁊ voluntatis: que est diffusio per modum verbi in quo omnia dicuntur. ⁊ per modum doni in quo cetera dona donantur. potes videre per summā boni cōmunicabilitatem necesse esse trinitatē patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. In quib⁹ necesse est propter summā bonitatem esse summaz cōmunicabilitatem. ⁊ ex summa cōmunicabilitate summam cōsubstantialitatē. ⁊ ex sūma ꝯsubstantialitate summā cōfiguralitatez. ⁊ ex his summā coequalitatez. ac per hoc summā coeternitatem. atq̃z ex oībus predictis summaz cointimitatem: qua vnus est in altero necessario per summā circūinsessionez. ⁊ vnus opatur cum alio per oīmodā indiuisionē substātie ⁊ virtutis. ⁊ operatiōis ipsius beatissime trinitatis: Sed cū hec contemplaris: vide ne te existimes comprehendere incomprehensibilem. habes eni adhuc in his sex conditionibus considerare: quod vehemēter in stuporem admirationis inducit oculum mentis nostre. Naz ibi est summa cōmunicabilitas cū personarū proprietate. summa cōsubstantialitas cū hypostasum pluralitate. summa configuralitas cū discreta personalitate. summa coequalitas cum ordine. summa coeternitas cum emanatione. summa cointimitas cum emissione. Quis ad tantorū mirabiliū aspectum nō cōsurgat in ammirationem. Sz hec

omnia certissime intelligimus esse in btissi-
ma trinitate:si leuamus oculos ad superexcel-
lentissimam bonitatez. Si enim ibi est sum-
ma cōmunicatio:⁊ vera diffusio ; vera ē ibi
origo ⁊ vera distinctio. Et qꝛ totum cōmuni
catur:non pars:idem ipsum datur quod ha
betur:⁊ totum. Igiẗ emanans ⁊ producens
⁊ distinguunẗ proprietatibus:⁊ sunt essentia
liter vnum. Quia igiẗ distinguunẗ ꝓprieta-
tibus:ideo habent personarū ꝓprietates:⁊
hypostasum pluralitatem. ⁊ originis emana
tionem:⁊ ordinem non posterioritatis ſʒ ori-
ginis. ⁊ emissionem nō localis mutationis:
sed gratuite inspirationis. ꝑ rationem auctori
tatis producentis:quā habet mittens respe-
ctu missi. Quia vero sunt vnum substantiali
ter:ideo oportet ꝙ sit vnitas in essentia:⁊ for
ma ⁊ dignitate:⁊ eternitate:⁊ existentia ⁊ in
circūscriptibilitate. Dum ergo hec per se sin
gillatim consideras:habes vnde veritatem
contempleris. Dum hec adinuicez confers:
habes vnde in admirationem altissimā sus-
pendaris. Et ideo vt mens tua per admira-
tionem in admirabilem ascendat contempla
tionem:hec simul sunt consideranda. Nam
⁊ cherubin hoc designant:que se mutuo aspi
ciebant. Nec hoc vacat a mysterio ꝙ respi
ciebant se versis vultibus in propiciatoriuz.
vt verificetur illud quod dicit dn̄s in Iohā
ne. Hec est vita eterna vt cognoscant te solū
verum deum:⁊ quem misisti iesum christū.
Nam admirari debemus non solum condi
tiones dei essentiales ⁊ personales in se. ve-
rumetiam per cōparationē ad supmirabilez
vnionē dei ⁊ hominis in vnitate psone chri-
sti. Si enim cherub es essentialia dei contē-
plando. ⁊ miraris qꝛ simul est diuinum esse
primum ⁊ nouissimū. eternū ⁊ presentissimū
simplicissimum ⁊ maximum: seu incircūscri
ptum totū vbiqʒ ⁊ nusq̄ʒ cōprehensum. actu
alissimū ⁊ nunq̄ʒ motum. perfectissimū ⁊ ni-
hil habens superfluū nec diminutū. ⁊ tn̄ im-
mensum ⁊ sine termino infinitū. summe vnū
⁊ tamen omnimodum. vt oīa in se habēs:vt
omnis virtus:vt omnis veritas. vt omne bo
num. Respice ad propiciatorium ⁊ mirare
ꝙ in ipso principiū pmū iunctū est cum po
stremo. deus cum homine sexto die forma-
to. eternum iunctū est cum homine tēporali
in plenitudine temporū:de virgine nato. sim
plicissimum cū summe composito. actualissi
mum cū summe passo ⁊ mortuo. pfectissimū
⁊ immensum cuʒ modico. summe vnū ⁊ om
nimodum cū indiuiduo composito: ⁊ a cete
ris distincto. homine. s. iesu christo. Si autem
alter cherub es personarum propria contē-
plando. ⁊ miraris cōmunicabilitatem eē cū
proprietate. ⁊ consubstantialitatem cū plura
litate. configurabilitatē cū personalitate. coe
qualitatem cū ordine. eternitatē cū producti-
one. cointimitatē cū emissione. qꝛ filius mis-
sus est a patre. ⁊ spūssanctus ab vtroqʒ. qui
tn̄ semper est cū eis. ⁊ nunq̄ʒ recedit ab eis.
Respice in propiciatorium ⁊ mirare:quia in
christo stat personalis vnio cū trinitate sub-
stantiarum ⁊ naturarū dualitate. stat oimo-
da consensio cū pluralitate voluntatum. stat
dei ⁊ hominis cōpredicatio cū pluralitate ꝓ
prietatum. stat coadoratio cuʒ pluralitate no
bilitatum. stat coexaltatio super omnia cum
pluralitate dignitatum. stat cōdominatio cuʒ
pluralitate potestatum. In hac autem ꝯside-
ratione est pfectio illuminationis mentꝭ. duʒ
quasi in sexta die videt hominem factum ad
imaginē dei. Si eniʒ imago est similitudo ex
pressiua. dum mens nostra contemplatur in
christo filio dei:qui est imago dei inuisibilis
per naturam. humanitatē nostrā tā mirabi-
liter exaltatam:tam ineffabiliter vnitā. vidē
do simul in vnū primū ⁊ vltimum. summū
⁊ imum. circūferentiā ⁊ centrum. alpha ⁊ o.
causatum ⁊ causam. creatorem ⁊ creaturā. li
brum. s. scriptum intus ⁊ extra. iam peruenit
ad quandam rem perfectā: vt cū deo ad pfe
ctionem suaꝝ illuminationū : in sexto gradu
quasi in sexta die perueniat. nec aliquid iam
amplius restet nisi dies requiei. in qua ꝑ mē
tis excessum requiescat humane mentis pspi-

eacitas ab omni opere quod patrarat.

¶ De excessu mentali ⁊ mystico. in quo re quies datur intellectui: affectu totaliter in deum per excessum transeunte.

Capitulum vij.

b His igitur sex ꝯsiderationibus excursis: tanq̃ʒ sex gradibus throni veri salomonis. quib⁹ peruenitur ad pacem vbi verus pacificus in mente pacifica tanq̃ʒ in interiori hierosolima requiescit. tanq̃ʒ etiam sex alijs cherub: quibus mẽs veri contemplatiui: plena illustratione supne sapientie: valeat sursum agi. tanq̃ʒ etiaʒ sex diebus primis in quibus mens exercitari habʒ vt tandem perueniat ad sabbatismum quietis. Postq̃ʒ mens nostra contuita est deum extra se per vestigia ⁊ in vestigijs. intra se ꝑ imaginem ⁊ in imagine. supra se per diuine lucis similitudinem super nos relucentẽ. ⁊ in ipsa luce: ſm ꝙ possibile est ſm statum vie ⁊ exercitium mentis nostre. cũ tandeʒ in sexto gradu ad hoc ꝑuenerit vt speculet̃ in principio primo ⁊ summo: ⁊ mediatore dei ⁊ hominum iesu christo. ea quorum similia in creaturis nullatenus reperiri possunt. ⁊ que omnem perspicacitatem humani intellectus excedunt. restat vt hec speculando transcendat ⁊ transeat. non solum mundum istum sensibilem. verumetiam semetipsam. in quo trãsitu christus est via ⁊ ostium. christus est scala ⁊ vehiculũ: tanq̃ʒ propiciatoriũ sup arcaʒ dei collocatũ. ⁊ sacramentum a seculis abscõditum. Ad quod propiciatorium qui aspicit plena conuersione vultus aspiciendo ad euʒ in cruce suspensum: per fidem: spem ⁊ charitatem: deuotionem: ammirationeʒ: exultationem: appreciationeʒ: laudẽ ⁊ iubilationẽ. pascha hoc est transitum cum eo facit: vt per virgam crucis transeat mare rubrum: ab egypto intrans desertum. vbi gustet manna absconditum. ⁊ cum christo requiescat in tumulo: quasi exterius mortuus. sentiens tñ quantum possibile est ſm statum vie quod in cruce dictum est latroni coherenti christo. Hodie mecuʒ eris in paradiso. Quod etiã ostẽsum est beato francisco: cum in excessu contemplationis. in monte excelso: vbi hec que scripta sunt mente tractaui: apparuit seraph sex alarum in cruce confixus: vt ibidem a socio eius: qui tunc cum eo fuit: ego ⁊ plures alij audiuimus. vbi in deum transijt per contemplationis excessum: ⁊ positus est in exẽplum perfecte contemplationis: sicut pri⁹ fuerat actionis: tanq̃ʒ alter iacob mutatus in israel: vt omnes viros vere spirituales deus per eum inuitaret ad hm̃oi transitũ ⁊ mentis excessum: magis exemplo q̃ʒ verbo. In hoc autem transitu: si sit perfectus: opʒ ꝙ relinquantur omnes intellectuales oꝑationes: ⁊ apex affectus totus transferat̃ ⁊ transformetur in deum. Hoc autem est mysticũ ⁊ secretissimum. quod nemo nouit nisi qui accipit. nec accipit nisi qui ꝺ̃siderat. nec desiderat nisi quem ignis spiritussancti medullitus inflãmat. quem christus misit in terram. Et ideo dicit aplus hanc mysticam sapientiam esse ꝑ spiritusanctum reuelatam. Quoniã igit̃ ad hoc nihil põt natura: modicũ potest ĩdustria parum est dandũ inquisitioni. ⁊ multũ vnctioni. parũ dandum est lingue: ⁊ plurimum interne leticie. parum dandum est verbo ⁊ scripto: ⁊ totũ dei dono. s. spirituisancto. parum aut nihil dandum est creature: ⁊ totum creatrici essentie: patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto. dicendo cum. Dionysio ad deũ trinitateʒ. Trinitas superessentialis. ⁊ superdeus: ⁊ supoptime christianorum inspector theosophie. dirige nos in mysticorum eloquiorũ superincognitum ⁊ superlucentẽ: ⁊ supsublimissimum verticem. vbi noua ⁊ absoluta ⁊ inconuersibilia ⁊ incõmutabilia theologie mysteria. ſʒ superlucentem absconditum occulte docentis silentij caliginem: in obscurissimo: quod est supermanifestissimum: supersplendenteʒ: ⁊ in qua omne relucet: ⁊ inuisibilium superbeatorum splendoribus superimplentem inuisibiles intellectus. Hoc ad deum. Ad ami

cum autem cui hec scribuntur dicatur cum
eodem. Tu autem o amice circa mysticas
visiones corroborato itinere: ⁊ sensus dese-
re: ⁊ intellectuales operationes: ⁊ sensibilia
⁊ inuisibilia: ⁊ omne non ens ⁊ ens. ⁊ ad
vnitatem vt possibile est inscius restituere
ipsius qui est super omnem essentiaꝫ ⁊ scien
tiam. etenim teipso ⁊ omnibus immensura-
bili ⁊ absoluto pure mentis excessu: ad sup-
essentialē diuinarū tenebrarū radiū: omnia
deserens: ⁊ ab omnibus absolutus ascēdēs.
Si autem queris: quomodo hec fiant. inter
roga gratiam: nō doctrinā. desiderium: non
intellectum. gemitum orationis: non studiuꝫ
lectionis. sponsum: nō magistrum. deum nō
hominem. caliginem: non claritatem. non lu
cem: sed ignem totaliter inflāmantē: ⁊ in deū
excessiuis vnctionibus: ⁊ ardentissimis affe
ctionibus transferentē. Qui quidem ignis
deus est: ⁊ huius caminus est in hierusalē. ⁊
christus homo hunc accendit in feruore sue
ardentissime passionis. quem solus ille vere
percipit: qui dicit. Suspendiuꝫ elegit anima
mea. ⁊ mortē ossa mea. Quam mortem qui
diligit videre potest deū. quia indubitanter
verum est. Non videbit me homo ⁊ viuet.
Moriamur ergo: ⁊ ingrediamur in caligi-
nem. imponamus silentium sollicitudinibus
concupiscentijs: ⁊ fantasmatibus. transea-
mus cum christo crucifixo ex hoc mundo ad
patrem. vt ostenso nobis patre dicamus cū
philippo. sufficit nobis. Audiamus cū pau-
lo. Sufficit tibi gratia mea. Exultemus cum
dauid dicentes. Defecit caro mea. ⁊ cor me
um: deus cordis mei. ⁊ pars mea deus in
eternum. Benedictus dominus in eternuꝫ:
⁊ dicat omnis populus: fiat fiat.

Finit Itinerarius mentis in deum.
beati Bonauenture.

Incipit vtilissima quedam epistola exi-
mij ⁊ deuoti doctoris bonauenture. que est
quasi quedam regula ⁊ institutio omniū pie
⁊ spiritualiter in christo viuere volentium.
⁊ distinguitur in. xxv. memorialia. vt infe-
rius patebit.

Prologus.

In christo suo dilecto. E. Bonauentura de balneo regio: cōfrater eius in domino. Qualicunqꝫ homine veteri iam exuto: christo viuere ⁊ mori mundo. Quoniā dilecte mi frater in domino adhuc me in presentia tibi posito: mihi instantissime supplicasti: vt te in posterū aliquibus litteris exhortationis vi sitarem. Noui frater ꝙ hec dicens ardētes prunas congereris super caput meū. verūtū affectuose instando: duricie mee superbiam supplici humilitate vicisti. intantū vt ipse iam ꝑmitterem quod optabas: qꝫuis magis di gnum foret hec me a te quideꝫ suscipere: qꝫ nie tibi huiusmodi destinare. Quia tamē in stantia tue deuotionis me compellit stultum fieri in parte ista. sicut potero qualitercunqꝫ experiar quod hortaris. Non tamē tibi alia specialia scribens: nisi ea que rudia ⁊ simpli cia mihi ipsi colligere proponebam. ex qui bus iam plurima bene nosti. Sed interim al loquens dilectionem tuam charissime: cum nullus sicut experientia certa docet perfecte deo seruire possit: nisi dissoluere omnino se procuret a mundo. oportet si sequi volumus dominū saluatorē: voci nos prophetice obe dire. vt scilicet peccatorū colligationibus dis solutis: dissoluamus fasciculos deprimētes. quatenus a terrenis actibus dissoluti: sequa mur liberis gressibus redemptorē. quia iu xta apli testimonium. nemo militās deo de bet se negocijs secularib9 implicare. Nūqꝫ ergo de aliqua re creata: nisi inquantum no strum excitet diuini amoris ⁊ dilectionis af fectum: cor nostrum esse sollicitum permitta.

mus. quia multiplex rerum labentiũ varie-
tas plus debito ruminata: non solum aĩum
distrahendo: pacate mentis gratam interrũ
pit quietem. verũetiam in animo gignendo
phantasias: turbuléte quassationis molestia:
importune impellit eandem. sed potius affe
ctionis omniũ terrenorum sarcina onerosa
deposita: absq3 retardationis grauedine cur
ramus ad illum qui nos salubriter inuitat. in
quo est aĩaꝝ opuléta refectio: ⁊ pax summa
que exuperat omnem sensuz. Uenite ad me
inquit oés qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego
reficiam vos. O dñe quo indiges. quare vo
cas. quid tibi ꝯmune nobiscũ. O vere pieta
tis vox. Uenite ad me inquit. ⁊ ego reficiá
vos. O dei nostri dignatio admirabilis. O
charitas ineffabilis. Quis enim aliqñ fecit
talia. quis vnq̃3 audiuit. quisue cõspexit si-
milia. Ecce inuitat inimicos. hortat reos. al-
licit ingratos. Uenite inquit ad me oés. Et
discite a me. Tollite iugũ meũ super vos: et
inuenietis requié aĩabus vestris. O verba
dulcia. v̄ba deifica. ⁊ penetrabiliora oi gla-
dio ancipiti. intima ꝑcordioꝝ euiscerátia. ni
miaq3 repleta dulcedine vsq3 ad diuisionem
anime ptingétia. Expgiscere nũc o aĩa chri-
stiana ad tante benignitatis amoré. dulcedis
tante saporem. ⁊ ad tante suauitatis odorem.
Certe qui ista nõ sentit infirmus est: aliena-
tus est. iam ꝓximat morti. Inardesce queso
o anima mea. pinguesce amore. dulcesce sa-
pore. nemo te ꝓhibeat intrare: tenere: gusta
re. Quid amplius querimus. quid vltra ex
pectamus. quid desideramꝰ in hac vita. Ha
bemus in christo oĩa bona. Sed heu o insa-
nia nr̃a mirabilis. O infirmitas miserabil'.
O vesania detestabilis. Nam vocamur ad
requié: ⁊ seqmur laboré. Inuitamur ad so-
latiũ: ⁊ querimus doloré. Promittit gaudi
um: ⁊ appetimus meroré. Mirabilis pror-
sus infirmitas. miseraq3 peruersitas. Iam
oés insensibiles facti sumus. ⁊ quasi deterio
res simulacris. habentes oculos ⁊ non vidé
tes. aures ⁊ non audientes. rationem ⁊ non
discernentes. amaꝝ dulce ⁊ dulce amarum
ponentes. O deus: vnde nobis tante puci si
tatis correptio. vnde nobis tante offensiõis
satisfactio. Certe nihil tale inuenit in nobis:
nisi tuo munere tribuat. Tu enim solus po
tes nos corrigere. tu solus pro nostris delictis
satisfacere. qui solus nosti figmentũ nostrũ.
salus ⁊ redéptio nostra. q̄ solũ illis hec facis:
qui se miseros ꝯspiciétes in imis: a te solum
releuari confidunt. Leuemus ergo ad deuz
mẽtis nr̃e oculos in directo: ⁊ videamꝰ vbi
nũc ꝓstrati sumus. Qm̃ qui ꝓpriũ suũ casuz
ignorat. surgere minus curat. Cognoscétes
vero clamemus in fortitudine ad deũ de ꝓ
fundis: vt nobis adiutricé porrigat miseri-
cordie sue manũ: q̄ abbreuiari nunq̃3 pote-
rit ad saluandũ. Non queso confidétiá amit
tamus: magná remunerationé habété. Ade
amus thronũ gr̃e eius cũ fiducia. fructũ no-
stre fidei reportantes. saluté. s. aĩaꝝ nr̃arum.
Nulla nobis insit cunctatio. Iam enim vita
nos vocat. salus expectat. tribulatio cõpellit
intrare. Quid ergo facimus. quid pigrita-
mus. quid moras ꝯtrahimus. Festinemꝰ in
gredi in illá requiem iocũditatis eterne: vbi
sunt magna ⁊ inscrutabilia. quoꝝ nõ est nu-
merus. Ascendat queso hierusalé cor nr̃m.
suspiremus ad patriá nostram. tendamꝰ sur
sum ad mr̃em nr̃am. Introeamus in poten
tiam dñi. ⁊ intueamur nostꝝ regem in ea re
gnantem. ⁊ liquescant in miserationibus eiꝰ
corda nr̃a. Agamus illi gr̃as toto corde. qui
defectũ nr̃e ingratitudis nõ ꝯsiderás: sue nõ
abstulit a nobis misericordie pietaté. deside
riũ nobis tribués ipsius viaz currere man-
datoꝝ. quá sine desiderio nullus currere p̄t.
quod quidé munus nõ est vilipendendũ. sed
gr̃e reputandũ. cũ hoc ꝓphetaꝝ ille eximiꝰ
se asserat ꝯcupisse qui ait. Cõcupiuit anima
mea desiderare iustificationes tuas in omni
tp̄e. Sed q2 hocipm̄ desiderium aliqñ nimia
tepiditate nr̃e incurie ⁊ negligentie lassascit.
cogitaui quedá incitatõis huius memorialia
annotare. in quibus fugienda pateát ⁊ sequ

da. que quidē cū affectu affectuose speculantes. pstino vigore resumpto: tā diu infatigabiliter virtutibus ⁊ gratijs in charitate diuina crescamus. quoadusqꝫ perfectū veniat ꝺ sideriū colliū eternoꝝ. Ponant aūt memorialiū pdictoꝝ prius quedā generalia. postmodū specialibus subsequentibus.

Memorialia generalia.

Sunt ergo hec quedā virtutes pbate in iuuenibus ⁊ scale salutis. p q̄s sine dubio ad pfectōem virtutū et culmē glorie possunt ascēdere: fideliter exercitati p eas. videlicet sancta verecūdia i cunctis rebus ⁊ actibus suis. tarditas loquendi. pmptitudo obediēdi. frequētatio orōnis. fugere ociū ⁊ dissolutōes. pure frequenter cōfiteri. libenter seruire: ⁊ infructuosum ꝯsortium deuitare. He nanqꝫ sunt margarite fulgentes: que possessorem suū deo ⁊ angelis faciunt gratiosum. Dum autē ei placuerit q te segregauit ex vtero mr̄is tue: vocauitqꝫ p grām suā. vt in te reuelet imaginē filij sui. de miserabili seruitute egyptiaca trāsferens te i libertatē filioꝝ dei. iamqꝫ in viā noui hoīs incepis pedē ponere. que iter timorē ⁊ amorē humilitatis est semita ꝯstituta: tunc p eandem hūilitatis viā ad eminētiora ꝯscendēs. poteris te in altioribus exercere: ex quibus certa memorialia subscribunt.

De ꝯcupiscentijs mortificandis.

Primū.

Portet ergo ante oīa te cupiētē vestigia seq saluatoris. vt spem tuā totam fixā in dño habeas. de oib⁹ huius mūdi ꝯsolationibus penitus desperans.

De vicijs extirpandis.

Secūdū est: vt ab oibus vicijs ⁊ cōcupiscētijs mal'. inq̄tū sustinet humana ꝯditio: teipm studeas penit⁹ emūdare. vt fermēto veteri totius malicie ⁊ neqtie expurgato: ābules i nouitate vite post xp̄m. q: nisi prius hmōi catenas iniqtatū confregeris. aīa tua in tenebris aggregata: ad celestia non poterit eleuari.

De colligationibus resecandis.

Tertiū est: vt a teipo dissoluas oēm colligationē extrīsecā. vt sana ⁊ pura mente possis deo colligari.

De tribulatōib⁹ cū patiētia tolerādis

Quartū ē: vt amore altissimi. ⁊ spōsi tui christi oēs mūdi huius psecutiones equanimiter feras. imo si possibile est p voto suscipiēs: solū in xp̄i passiōibus delecteris: renuēsqꝫ oēm tpalē leticiam. in ipsis tribulatōibus hilarescas. oēs reputans tibi esse ad purgatōem peccaminum. ⁊ lucrum aīe tue preparatas.

Ut de nulla re conqueraris.

Quintū: vt cū creatorē tuū ⁊ oīm te sentias offendisse. rationē tibi fieri nō poscas ab aliqua creatura.

De paupertate suipsius.

Sextū: vt habeas despectui temetipꝫ cupiēs ab oib⁹ despici. zelansqꝫ sacratissimā pauptatē in oib⁹ q̄ ad te spectāt. Aspitatē: vilitatē: ⁊ parcitatē habeas q̄ntum potes. nō tm̄. in alijs requiras. ſꝫ potius letus ⁊ gaudēs de oī ꝯsolatōe fraterna: eis sicut oportet obseq̄ndo ⁊ mīstrando assistas. oīs ꝯsolatōis eos reputās esse dignos. nisi q̄d absit: ita tibi in aliquo pateret diuia offēsa: q, oī excusatōe careret. de q̄ ꝯpatiendo ⁊ timēdo ex intimo corde doleas q̄ntū potes:

De honoribus fugiendis.

Septimū est: vt omni tpe in timore stans blādicias huius seculi: honores: glorias vel fauores: aurasqꝫ vaneglie q̄si mortiferas pestes oīno fugias toto posse. stansqꝫ ꝯtinuo in teipo. oī hora habeas te suspectū. q: si tuipsius victoriā fueris assecutus: nullus hostis interius vel exterius tibi nocebit.

De humilitate vera.

Octauū ē: vt amore illi⁹ q cū sit dñs oīm celestiū: terrestriū ⁊ infernorū: p nobis assūpsit vilissimā serui formā. in ea subijciēs se volūtarie hoim ꝑtāti: humiliādo teipm: oēm hoiem reputes tuū

dominum:⁊ te verissime reputes seruũ om
niũ.⁊ ĩ omnibus circa hominez te reputes si
cut seruum. Sic enim tranquillitatem ⁊ pa-
cem cum omnibus perpetuã obtinẽs:scan-
dalum penitus ignorabis.

¶ De pace anime ⁊ quõ habetur.

Onũ:vt nihil coruz tangas:que te
n spũali vtilitate nõ tangunt.hoc est.
de nulla re cures vel implices te in
aliquo exterius vel interius quoquo modo
vbi non inuenis anime tue lucrum.nec ĩ hu
iusmodi te ab aliquo implicari pmittas.

¶ De custodia sensuum.

Ecimũ:vt visui atqz omnibus cor-
d poris sensibus omnimodã custodi
am ponas.ita vt nihil prorsus velis
videre vel audire aut tangere:nisi vtilia aĩe
tue. Linguã etiã diligẽtissime restringas:vt
nihil loquaris nisi interrogatus.vel necessi
tate vel vtilitate euidenti coactus.⁊ tunc cũ
reuerentia animi ⁊ timoris dulcedine breui
ter ⁊ submisse si potes:semper deuitans pli
xitatem verborũ:corꝝ occasiones iuxta pos
se prescindens.

¶ De solitudine ⁊ vigilijs.

Ndecimũ:vt gratam sanctãqz soli
v tudinẽ desiderãs:omni tpe opera-
tionẽ vigiliaꝝ habeas pciosam.in
ipsis sp offerẽs deo orões tuas cũ attentõe
vborꝝ:deuotõis feruore:⁊ hũilitate pfunda.

¶ De diuino officio.

Uodecimũ:vt cũ debes diuinũ of
d ficium celebrare ita factus in teipo
quietus obliuiscaris omniũ terre-
norum:quatenus fixa mente celestibus insi-
stens mysterijs:cũ tanta illud deuotiõe:reue
rentia:gaudio:ac timore psoluas:q̃si int̃ an
geloꝝ agmĩa ↄstitutus diuino ↄspectui lau-
des pñtialiter offeras cũ eisdem.

¶ Q, sup omnia habeas in deuotione
virginem gloriosam.

Ertiũdecimũ:vt gloriosam reginaz
t dñi nostri matrẽ bñdictã in summo
habeas omni tpe venerationis affe
ctu.⁊ in cunctis ad eã necessitatibus:piculis
⁊ psuris tanq̃z ad refugium tutissimũ te cõ
uertas.ipius tutele psidiũ flagitãdo.eãqz in
tuam suscipiẽs aduocatã:deuotissime ac se-
cure tuã ei causam ↄmittas.q: mater est mi-
sericordie.quotidie studẽs ei spẽalem ⁊ sin-
gularem reuerentiã exhibere. Et vt tua duo
tio sit ei accepta ⁊ reuerẽtia grata:ipsius pu
ritatem ⁊ mundiciam omni virtute:mente ⁊
corpore:illibate in teipo seruando:toto co-
natu nitaris:humilitate ⁊ mãsuetudine eius
vestigia imitari.

¶ Quõ fugienda sunt ↄsortia mulieꝝ.

Uartũdecimũ:vt vbicũqz mlieres
q ⁊ v̑gines ⁊ iuuenes qualcũqz pter
necessitatẽ vel manifeste vtilitatẽ cãz
deuites. Et vnũ vbicũqz fueris elige tibi pa
trẽ virũ quidẽ sanctũ.discretũ ⁊ piũ. doctuz
potius expientia opis q̃z sublimitate sermo
nis.qui te verbis ⁊ exẽplis efficacibus ⁊ p
batis ad diuinũ amorẽ instruat ⁊ inflãmet.
ad quẽ in cunctis necessitatibus tuis possis
habere recursum ⁊ spũale solamen.

¶ De fuga accidie ⁊ tristicie.

Uintũdecimũ:vt omnẽ frigiditatẽ
q accidie ⁊ tristicie:in qua latet via cõ
fusiõis:que ducit ad mortẽ.a teipo
sũmo studio depellẽs.interius exteriusqz se
renus sp ⁊ trãqllus existas:nulli vllo mõ cõ
tradicas vel resistas in aliquo.sed potius oĩ
modo:p oĩa oĩbus acqescens:dũmodo diui
ne laudi vel saluti aĩe nõ obsistat.

¶ Q, de oĩbus habeas bonũ exẽpluz.

Extũdecimũ:vt oẽs affectõẽs tuas
s ac volũtates ↄformes diuine volũ-
tati. Omnia te edificẽt:neqz te de-
edificet aliqd in hoc mũdo:puritatis ⁊ ino-
centie gr̃a diuini tibi muneris elargite. nec
alioꝝ plus debito defectibꝰ pturbatus. iniq
tati addẽdo iniquitatẽ:alienis sordibus pol-
luaris.ne dũ cupis alios de pelago liberare
deterius ipe corruas in pfundũ. Potiꝰ igit̃
omnia quibus nõ potes sine detrimẽto pro
desse opiens charitate benigna:illi summe

ſapientie derelinquas:ꝙ nouit bona de mal'
eligere quibuſcūq3.ſicq3 in bonis opib⁹ pa
riter atq3 malis ſpūalem dño concedēte po
teris reperire profectum.

¶ De cuſtodia cordis.

Eptimūdecimū:vt cor tuū ſeruans
s omni cuſtodia:ſoliſq3 ſpūalibus ex
ercitijs deditū:nulle ibi rez viſibi
liū imprimant ꝯcupiſcētie:vt creaturis oib⁹
alienū libere poſſit vacare oīum creatori.

¶ De charitate ad proximos.

Ctauūdecimū:vt imaginē ac ſilitu
o dinem maieſtatis diuine ꝯſiderās
in cūctis hoibus.ita oēs diligas in-
time charitatis affectu:oīmq3 ⁊ maxīe infir
moꝝ ⁊ quorūcunq3 indigentiū curā geras.
dūmodo circa ſpūalia tibi nō fiat nociua di
ſtractio ſicut bona mater diligit atq3 curat
vnicū filium predilectum.

¶ De oratōibus cum opibus ſanctis.

Onūdecimū:vt ꝯtinue mētē tuam
n ita habeas ordinatā cū deo:ꝙ om
ne opus tuū atq3 exercitiū tā mentꝭ
q̄3 corpis ſit oratio.oīaq3 ſeruitia:⁊ maxime
humiliora cū tanto facias charitatꝭ feruore:
acſi ea chriſto corpaliter exhiberes.Qd̄ cer
te debes ⁊ potes veraciter cogitare:qm̄ ipſe
dixit in euangelio. Quod vni ex minimis
meis feciſtis:mihi feciſtis.

¶ De obedientia ſancta.

Iceſimū:vt honorē ⁊ reuerētiā oī
v bus taz debitā q̄3 deuotā ſctiſſime
obediētie normā:nō ſolū magnis.
verūetiā minimis:quaſi pupillā ſtudeas ſp
ſeruare illeſam.obediēs quidē nō ſolū maio
ribus.vt plātis.verūetiā minoribus oib⁹:te
ſubijciēs quibuſcūq3.abnegādo teipſ3 ꝑ chri
ſto.In bonis ⁊ indifferētibus ſp alterius ſtu
deas facere volūtatē.in nullo prebens te ali
cui oneroſum:ſed potius in charitate chriſti
diligens vniuerſos:teipm ꝯmuniter oibus
gratu3 reddēs.Affabilitates:amicitias ⁊ fa
miliaritates fugias ſingulares. Sūmope ca
ueas ne vnq̄3 verbo vel facto vel geſtu:ali-
cuius rancoris:odij ⁊ clamoris:iniurie:turba
tionis:murmurationis:detractionis:ſcāda-
li:⁊ adulatōis:⁊ quorūcunq3 ſiliū:aliq̄ rōe
vel mō ꝑ te vel aliū cauſa vel occaſio fias.

¶ Q, conſolationes ⁊ tribulationes oc
culte teneas.

Iceſimūprimū:vt virtutes vel gra
v tias ſpūales:quas in te vel ꝑ te di-
uina miſericordia opari dignat:tri
bulationes ⁊ plia virtutiſq3 ꝓpoſitū vel ſi-
milia.ab oibus abſcondere ſtudeas q̄3tum
potes his tñ exceptis que ꝓprio ſacerdoti ī
propria debent accuſatione detegi:niſi forte
alicui tuo ſpeciali ⁊ probato amico ea ſpūa-
lis vtilitatis gratia reuelares.cuius ꝯſilium
vel doctrinam in huiuſmodi credas tibi poſ
ſe valere.Solicitus ſemp ſis furari tempus
vbiq3:vt poſſis ſolite orationi ⁊ meditationi
ſancte vacare:vt ſedendo ſolitarius:eleuat⁹
ſis deſiderio ad ſuperna.

¶ Q, deū ſp ⁊ vbiq3 habeas ī memoria

Iceſimūſecundū:vt ſolutus ab oī-
v bus creaturis:tāto mentis conatu
deſiderijq3 feruore:circa tuū crea-
torē intendas:vt quaſi oīum inferioꝝ oblit⁹
quicq̄d agas:⁊ vbicūq3 ſteteris.⁊ q̄buſcūq3
negocijs implicueris.die ac nocte ⁊ oī momē
to ⁊ hora:deum ſemp habeas in memoria.
credens ⁊ cogitans te eſſe veriſſime corā eo.
⁊ ipm cogitans vndiq3 te aſpicere.Hec aūt
cogita cum magna reuerentia ac timore pa
riter ⁊ amore.⁊ cum magna diſcretōe.nunc
ante pedes immenſe maieſtatis eius proſtra
tus:corde amariſſimo pctōꝝ veniā poſtu
lando.nunc ſacratiſſime paſſiōis filij dei gla
dio compaſſionis.corā eius cruce vulnera-
tus cū eo:lachrymoſius ⁊ flebilis apparēdo.
nunc totius vite illius decurſum:obliquitati
tue velut rectitudinis lineam preponendo.
nunc inenarrabilia ⁊ immenſa dei beneficia
mente ꝑtractans:grārum actionibus inſiſtē
do:nunc ſtimulis ipſius amoris ardentiſſi-
me punctus:ipm in creaturis oibus intuen-
do.nunc potentiā:nunc ſapientiam.nūc bo-

nitatem ⁊ clementiã eius attendẽs:cũ deuo
tissime in cunctis operibus suis collaudãdo
nũc desiderio patrie celestis attractus:ad ip
sum gemebũdis suspirijs anhelando. nunc
circa nos viscera inestimabilis charitatis eiꝰ
aspiciens.letabunda quadã excessiua admi
ratione:corde ⁊ animo in ipo deficiẽdo:nũc
te precipitẽ.nunc te fugientẽ.nunc te ruentẽ:
nunc deum te timentem:subleuantẽ:retinen
tem ⁊ attrahentẽ.nunc deum te ingratũ per
omnia concernentẽ considerãs.ineffabilibꝰ
diuine misericordie visceribus tibi patefa
ctis.nimio in eo charitatis ardore te confe
rens:totum te fletibus resoluendo.nunc ꝟo
occultissima:ꝓfundissima ⁊ summe arcana:
nimiũq; stupenda iudicia iusticie eius diligẽ
ter attendens.eum in oĩbus fidelis ⁊ ꝯstãs:
cum summo amore ingenti quoq; timore ac
tremore:discretus:supplex ⁊ humilis ve
nerando.pre omnibus autem continuam et
viuam memoriam ipsius sacratissime passio
nis in animo ⁊ corde tuo ferens.

¶ De solicita custodia suijpsius.

Vicesimũtertiũ:vt sup custodia tua
vigilans omni tpe:ab antiq hostis
fraudibus:qui sepe se in angelũ lu
cis trãsfigurãs oĩ tpe ⁊ in oĩ via homini la
queum tendit ⁊ retia.vt animas nr̃as valeat
captiuare.solicitudine te cautissima tuearis.
venãtiu; laqueos fugiẽs sicut passer.tãteq;
puritatis humilitate sancta in ocul' tuis fias:
vt ne subtilissima eius retia te valeant conti
nere.a quibus sane tunc poteris liberari il
lesus.cũ effectus fueris israel:ꝯtinue mẽtali
bus oculis videns deum.q: non dormitabit
neq; dormiet eius custos.

¶ De pura confessione peccatorum.

Vicesimũquartũ:vt tenens indefes
sum instituti sancti rigorẽ.sacris ar
doribus celestiũ desiderioꝝ succen
sus.mentis ⁊ corporis mũdicie pulchritudi
nẽ.innocẽtie puritatẽ.ꝯscientieq; teneritudi
nem ꝯseruãs:cura diligẽtissima caueas:ne
vnq̃; tepẽdo in aliquo resipiscas. Ad qđ q
dem diligẽtius ⁊ purius ꝯseruãdũ:quotidia
na discussione septies in die examines vita;
tuam.sp ante vel imediate post quãlibet ho
ram canonicã.considerans ⁊ discutiẽs atten
tissime:q̃liter de hora in horã ambulaueris
digne corã deo sine macula ĩ iusticie semita.
Et q: nemo est qui sic disciplinã ⁊ iusticiam
obseruet.vt nihil penitus negligat vel omit
tat.ideo necessariũ est vt ad penitẽtie laua
crum recurrẽs cũ dolore ⁊ gemitu sepissime
tue accusationi insistas. In qua qdẽ accusa
tione seu ꝯfessiõe:integre:veraciter ⁊ pure
sine omni velamine excusatõis vel occulta
tionis seu palliatõis:p ordinẽ oẽs tuos rete
xendo defectus:sacerdoti ꝓprio tanq̃; deo
debes intimare:narrãdo prius omissiones
quas in his que sunt ad deũ fecisti.⁊ maxie
in oratione quantũ ad duplicẽ eius partem.
mentalẽ.s.⁊ vocalẽ.deinde defectus in obs
uatione iusticie quo ad ꝓximũ.post ꝯmissio
nes quas egisti ex mala custodia sensuum.⁊
sensibus adiacentiũ:affectionũ ⁊ cogitatio
nũ. Hanc aũt ꝯfessionẽ semp debet ꝯtritio
⁊ satisfactio comitari.vt doleas videlicet de
oibus offensis:nõ solũ de magnis:sed etia;
de modicis:⁊ dolendo caueas iterare culpã
semper studens causas ⁊ occasiones peccati
prescindere:quantũcunq; per amorẽ videan
tur tibi coniuncte.q: tũc iuxta saluatoris sen
tentiam:eruendus est oculus scandalizans.i.
occasiones peccati vitande.que quidẽ appa
rent nobis delectabiles nimiũ.etiã si multu;
nobis displiceãt eaꝝ effectus. Unde fortissi
mũ est in hac pugna bellũ. Et ideo oportet
ƀm dei preceptũ esse cecum:surdu; ⁊ mutũ:
⁊ insensibilem ad omnia in quibus nõ inue
nit anima lucrũ. Ut aũt diuinoꝝ p̃ceptorũ:
eiusq; discipline celestis obseruantiam:in su
pradictis ⁊ ceteris alijs sollicitius intendas:
ac feruentius accẽdaris.studeas hec quinq;
semel ad minus inter diem ⁊ noctẽ:affectuo
se ⁊ morose:omni tempore sincera mente tra
ctare. q̃; scilicet sit breuis vita nostra. q̃; lu
brica via. q̃; mors incerta.que p̄mia iustis:

que supplicia parant iniustis. vt nō sit seruitium sine timore. nec gaudiū sine tremore.

¶ Quales esse debemus in nostra reputatione: q̄zuis perfecti.

v Icesimūquintū ⁊ vltimū. vt cū diuina grā largiēte omnia bñ feceris: te seruū inutilē ⁊ pctōrem recognoscens: omni beneficio dei repute ste idignū. semp robustissimā fidē tenens. repletus charitate diuina. fiducia magna: sperās ab ipso misericordissimo patre: misericordie tibi viscera aperiri. vt dū in fossam ꝓfunde humilitatis: infirmissima ieceris fidei fundamēta erexerisq̄ʒ lucidissimos parietes cōtinue ac feruide charitatis: decoratos omnium virtutū picturis: tecumq̄ʒ desiderate spei beatissime posueris gloriosum. tandem omnibus ordinate dispositis: summus ille celestis inhabitator: dulcisq̄ʒ hospes fideliū animarū. cuius delicie sunt esse cuʒ filijs hominū: tādiu tecum digneẗ inhabitare per gratiam in p̄senti seculo vel exilio: quousq̄ʒ post terminū vite huius: in celestis btitudinis patria gloriosa stola ppetue imortalitatis indutus: claritatem vultus eius cum oibus sanctis cernere merearis in iubilo. vbi erit summa felicitas ⁊ eterna beatitudo. finis ⁊ complemētum oim desideriorꝫ nostrorum.

¶ Conclusio epistole huius.

h Oc verūtamen adhuc scias charissime frater indubitāter: ꝙ nisi pfecte abnegaueris temetipm̄. seq nō poteris vestigia saluatoris. ⁊ sine sollicitudie ꝯtinua ⁊ labore: eius gratiā adipisci neq̄bis. Et nisi assidue ꝓpulsaueris portas eius: igredi nō poteris ad pacem mentis. Et nisi te instanter in timore dei tenueris: cito dom⁹ tua corruet in profundum. Et si fideliter ⁊ constanter te tenueris: ⁊ exercitatus fueris in p̄dictis. spero in misericordia saluatoris: ꝙ te gratia sua dignum faciet in presenti. secūq̄ʒ potieris gloria in futuro. qđ ipse tibi concedat qui est trinus ⁊ vnus in secula seculoruʒ benedictus Amen.

h Ec aūt charissime nō ideo tibi scripsi q: te crederē talib⁹ indigere. sed q: ante collegerā ꝓ meipo. cernēsq̄ʒ mee incōstantie ꝑuitatē: seu constantie paruitatem: cogitaui ea tibi tanq̄ʒ coadiutori fideli cōmunicare. vt qđ mea pusillanimitate negligentiaq̄ʒ tepōris omittiẗ. tua magnanimitate feruorisq̄ʒ sollicitudine restaureẗ. maxime cum te concordem quasi oibus votis meis in huiusmodi simplicioribus plurimū delectari cognoscam. Quapropter charissime i christo hec ea rogo charitate suscipias. qua illa tibi me scio affectione misisse. vt videlicet his omnibus supradictis: quorꝫ q̄dē disciplina nō videtur esse gaudij sed meroris. ita per celestiū studiorꝫ exercitia studeas te mancipare: vt pacatissimū iusticie fructū afferant in futuro. ⁊ expectationis eius dulcis memoria etiam in presenti aīa tua gustu deuotionis adipe ⁊ pinguedine repleaẗ: in christo iesu domino nostro. cui me ariduʒ ⁊ verbosum: potius q̄ʒ deuotū: deuotis tuis orationibus cōmendabis. Cui est honor et gloria: decus ⁊ imperiū: per infinita secula seculorum Amen.

¶ Finit epistola sancti Bonauenture. que est quasi regula omnium pie ⁊ spūaliter in christo viuere volentiū.

¶ Venerabilis doctoris deuoti Bonauenture. libellus de reductione artium ad theologiam incipit.

o Mne datum optimuʒ: et omne donū pfectū desursum est descēdens a patre luminū. scribiẗ. Iac. i. c. In h̄ v̄bo tangiẗ origo ois illuminationis. ⁊ simul cum hoc insinuatur multiplicis luminis ab illa fontali luce liberalis emanatio. Licet auteʒ omnis illuminatio interna sit cognitione. possumus tamen rōnabiliter distinguere vt

dicamꝰ ꝙ eſt lumen exterius.ſ.lumen artis
mechanice lumen inferius.ſ.lumen cognitio
nis ſenſitiue lumen interius.ſ. lumen cogni-
tionis philoſophice lumē ſuperius.ſ. lumen
gratie ⁊ ſacre ſcripture. Primum illuminat
reſpectu forme artificialis.ſcōm reſpectu for
me naturalis.tertium reſpectu veritatis in-
tellectualis quartum ⁊ vltimum reſpectu ỽi
tatis ſalutaris.¶ Primū ergo lumen qđ il-
luminat ad figuraſ artificiales:q̄ q̄ſi exterius
ſunt.⁊ propter ſupplendā corporis indigētiā
reperte.dicit lumen artis mechanice.que q:
quodāmodo ſeruilis ē:⁊ degenerat a cogni
tione philoſophie:recte ideo pōt dici exteriꝰ
Et illud ſeptuplicatur ſm ſeptem artes mecha
nicas:quas aſſignat Hugo de ſctō victo . in
didaſcolicon.q̄ ſunt.ſ.lanificium . armatura.
agricultura venatio nauigatio. theatrica me
dicina. Quarum ſufficientia ſic accipitur.
Q̄m oīs ars mechanica:aut eſt ad ſolatium
ſiue ſit ad excludendam triſticiaꝫ ſiue indigē
tiaꝫ:aut eſt ad cōmodū.ſiue illud prodeſt aut
delectat.ſm illud Oratij.aut prodeſſe volūt:
aut delectare poete. Et iterū.Omne tulit p̄-
cti i qui miſcuit vtile dulci.Si eſt ad ſolatium
⁊ delectationem.ſic eſt theatrica. que eſt ars
ludoꝝ:oēm modū ludēdi cōtinens.ſiue ſit in
cantibus:ſiue in organis.ſiue in figmentꝭ.ſi-
ue in geſticulatiōibꝰ corpis.Si ỽo ordinatur
ad cōmodū ſiue ꝓfectū ſm exteriorē hoīem.
hoc poteſt eē:aut quātū ad opimētū .aut q̄ꝫ
tum ad alimētū.aut q̄ꝫtum ad vtriuſqꝫ admi
niculum.Si quātū ad operimētū:aut illđ eſt
de materia molli ⁊ leui.ſic eſt lanificium.aut
eſt de materia dura ⁊ forti.⁊ ſic eſt armatura
ſiue ars:fabrilis.que continet oēm armaturā
fabricataꝫ:ſiue ex ferro:ſiue ex quocūqꝫ me
tallo.ſiue ex lapide:ſiue ex ligno.Si vero iu
uat quantum ad alimētū.hoc pōt eſſe dupli
citer.q: cibamur vegetabilibus ⁊ ſenſibilibꝰ
Si quantum ad vegetabilia:ſic eſt agricultu
ra.Si quantum ad ſenſibilia.ſic eſt venatio.
Vel aliter.q: iuuare quātum ad cibum pōt
eſſe dupliciter.Aut quātum ad ciborū geni-
turam ⁊ multiplicationē:⁊ ſic eſt agricultura
aut quātū ad ciborum multiplicatoꝝ ꝑpara-
tionem.⁊ ſic eſt venatio.q̄ cōtinet omne genꝰ
preparandi cibos ⁊ potꝰ ⁊ ſapores.qđ perti
net ad piſtores:cocos ⁊ caupones. Denoia
tur aūt ab vnius parte ſolū ꝓpter quādā ex
cellentiā ⁊ cōparabilitatē.Si aūt ad vtriuſqꝫ
adminiculum.hoc eſt dupliciter. aut defectū
ſupplendo.⁊ ſic eſt nauigatio:ſub qua ꝯtine
tur omnis mercatio.ſiue pertinentiū ad opi
mētū.ſiue ad alimentū.aut remouēdo impe
dimentum aut nocumentū.⁊ ſic ē medicina:
ſiue que cōſiſtit in ꝯfectione electuarioꝝ:ſiue
potionum:ſiue vnguentorum:ſiue curatione
vulnerū:ſiue deciſiōe mēbroꝝ: ſicut chyrur
gia.theatrica aūt eſt vnica. Et ſic patet ſuffi-
cientia. ¶ Scōm lumē qđ illuminat nos ad
formas naturales apprehēdēdas eſt lumē co
gnitionis ſenſitiue.qđ recte dicitur inferius.
q: cognitio ſenſitiua ab inferiori incipit. ⁊ fit
beneficio lucis corporalis. Et hoc quintupla
tur ſm quinqꝫ ſenſus. Quorum ſufficientiaꝫ
ſumit Auguſtinus ſm naturam luminis ele
mentorum:in q̄rto ſup Geneſi.hoc mō. Q:
lumen ſiue lux faciens ad diſtinctionē rerum
corporearū.aut eſt in ſue proprietatis eminē
tia:⁊ quadam puritate.⁊ ſic eſt ſenſus viſus:
Aut cōmiſcetur aeri.⁊ ſic eſt auditus.aut va
pori:⁊ ſic eſt odoratus.aut humori.⁊ ſic ē gu
ſtus.aut terree groſſiciei.⁊ ſic eſt tactꝰ. Spi
ritus enim ſenſibilis naturam luminis habet
⁊ in neruis viget.quorum natura eſt clara ⁊
peruia.⁊ in iſtis quinqꝫ ſenſibus multiplicatur
ſm maiorem ⁊ minorē depurationeꝫ. Itaqꝫ
cū quinqꝫ ſint corpa mundi ſimplicia.ſ. q̄ttu
or elementa:⁊ quinta eſſentia: vt hō omnes
formas corporeas poſſet percipere.q̄nqꝫ ſen
ſus habet illis correſpondentes . q: nulla fit
apprehēſio niſi per aliquā ſimilitudinē ⁊ cō
uenientiaꝫ organi ⁊ obiecti:pro eo ꝙ ſenſus
natura determinata eſt . Eſt ⁊ alius modus
ſufficientiam ſenſuū ſumendi. ſed hāc appro
bat auguſtinus.⁊ rationabilis videtur.q: ad
hanc ſufficientiam ſimul ꝯcurrūt correſpon

cétia ex pte organi: medij: ⁊ obiecti. ¶ Tertium lumen qd illuminat ad veritates intelligibiles perſcrutandas eſt lumen cognitionis philoſophice. quod ideo interius dicitur. qꝛ interiores cauſas ⁊ latentes requirit. ⁊ hoc p principia diſciplinarum ⁊ veritatis naturalis, que homini naturaliter ſunt inſerta. Et hoc triplicatur: in rationalem: naturalem ⁊ moralem. Et ſufficientia poteſt ſumi ſic. Eſt eni veritas ſermonum: veritas rerum: ⁊ veritas morum. ¶ Rationalis veritatē ſermonū cōſiderat: naturalis veritaté rerū. moral' v̓itatē morū. ¶ Vl'aliter. ſicut in ſūmo deo eſt conſiderare rōnem cauſe efficiétis: formalis ⁊ exemplaris. qꝛ eſt cauſa ſubſiſtendi: ratio intelligendi: ⁊ ordo viuendi. ſic in ipſa illuminatione phie: qm̄ aut illuminat ad cognoſcendas cauſas eſſendi. ⁊ ſic eſt phyſica. aut rōnes intelligendi: ⁊ ſic eſt logica. aut ordiné viuendi. ⁊ ſic eſt moralis. ¶ Tertio mō ſic: qꝛ lumen cognitiōis philoſophice illuminat ipſam intelligentiam. hoc aūt pōt eé tripliciter. Aut inquantum regit motiuam: ⁊ ſic eſt moralis: aut inquantū regit ſeipſam. ⁊ ſic eſt naturalis: aut inquantum regit interpretatiuam. ⁊ ſic eſt ſermocinalis. vt ſic illuminetur hō ad veritatem vite: ad v̓itaté ſcientie. ⁊ ad veritatem doctrine. ¶ Et qm̄ tripliciter pōt aliquis per ſermoné qué habet apud ſe interpretari: vt. ſ. vel notum faciat mentis ſue ꝯceptum: vel vt amplius moueat ad credendū. vel vt moueat ad amorem vel odiū. ideo ſermocinalis ſiue rationalis phia triplicat̄. ſ. in grāmaticam: logicā ⁊ rhetoricā. Quaꝝ prima eſt ad exprimendū. ſecūda ad docendū. tertia ad mouendum. Prima reſpicit rōnē vt apprehenſiuam. ſecunda vt iudicatiuam. tertia vt motiuam. ¶ Et quia ratio apprehēdit per ſermoné ꝯgruū. iudicat per veꝝ. mouet per ſermoné ornatū. hic eſt ꝙ hec triplex ſcientia has tres paſſiones circa ſermonem cōſiderat. ¶ Rurſus qm̄ itellect⁹ noſter dirigi habet in iudicando ſ3 rōnes formales. ⁊ he tripliciter poſſunt conſiderari: vel comparatione ad materiā. ⁊ ſic dicunt̄ rōnes formales: vel in cōpatiōe ad aiam. ⁊ ſic dicūtur intellectuales: vel in comparatiōe ad diuinam ſapientiam. ⁊ ſic dicunt̄ ideales. ideo naturalis phia triplicatur. ſ. in phyſicā proprie dictā: in mathematicā. ⁊ in metaphyſicam. Ita ꝙ phyſica conſideratio eſt circa rerum generationem ⁊ corruptionem ſm̄ v̓tutes naturales ⁊ rōnes ſeminales. Mathematica eſt circa conſiderationem formaꝝ abſtrahibiliū: ſm̄ rōnes intelligibiles. Metaphyſica circa cognitionem omniū entiū q̄ reducit ad vnū primū principiū: a quo exierūt ſm̄ rōnes ideales. ſiue ad deū inquātū principiū: finis ⁊ exemplar. Licet iter metaphyſicos de hmōi rōnibus idealibus nōnulla fuerit controuerſia. Poſtremo qꝛ regimen virtutis motiue tripliciter habet attendi. ſ. reſpectu vite proprie: reſpectu familie: ⁊ reſpectu multitudinis ſubiecte. ideo moralis philoſophia triplicatur. ſ. in monaſticam: iconomycam: ⁊ polyticam. que diſtinguuntur ſm̄ triplicem modum predictū. ſicut apparet ex ipſis noīb⁹. ¶ Quartū lumen, qd illuminat ad veritatem ſalutaré eſt lumen ſacre ſcripture qd ideo dicit̄ ſuperius. qꝛ ad ſuperiora ducit manifeſtando ea que ſunt ſupra rōnē. Et etiam qꝛ non per inuentionem: ſed p inſpirationem a p̄re luminū deſcēdit. Qd licet vnū ſit ſm̄ intellectū l'ralem. eſt tñ triplex ſm̄ ſenſū myſticū ⁊ ſpūalem. In oībus enim ſacre ſcripture libris preter l'ralem ſenſum quem exterius v̓ba ſonant. concipit̄ triplex ſenſus ſpūalis. ſ. allegoricus. quo docetur quid credendum de diuinitate ⁊ hūanitate ſit. Moralis quo docetur quō viuendū ſit. Et anagogic⁹ quo docetur qualiter eſt deo adherendum. Unde tota ſacra ſcriptura hec tria docet. ſ. chriſti eternam generationem ⁊ incarnationem. viuendi ordinem: ⁊ dei ⁊ aie vnionē. Primū reſpicit fidé. ſecundū mores. tertiū finem vtriuſq3. Circa primū inſudare deb3 ſtudium doctorū: circa ſecundū ſtudiū predicatorum: circa tertiū ſtudiū contéplatiuorū.

¶ Primū maxime docet auguſtinꝰ. ¶ Se
cundū maxie docet gregoriꝰ. ¶ Tertiū vo
docet dionyſius. Anſelmꝰ ſequit̃ auguſtinū.
Bernardus ſequit̃ gregoriū. Richardus
ſequit̃ dionyſiū. Quia anſelmꝰ in ratiocina
tione. Bernardus in p̄dicatiōe. Richardus
in contēplatione. Hugo vero omnia hec. i.
omnes tres ſequitur. Ex predictis colligit̃ ꝙ
licet ex primaria diuiſiōe q̄druplex ſit lumē
deſurſum deſcendens. ſunt tñ ſex eius diffe-
rentie. ſ. lumen ſacre ſcripture: lumen cogni-
tionis ſenſitiue. lumē artis mechanice. lumē
philoſophie rationalis. lumē phiſophie na-
turalis. ⁊ lumen phie moralis. Et ideo ſex il
luminationes ſunt in vita iſta. ⁊ habēt veſpe
ram. q: omnis hec ſcientia deſtruetur. Et iō
ſuccedit eis ſeptima dies requietiōis. que ve
ſperam non habet. ſ. illuminatio glorie. Un-
de valde aperte poſſūt reduci ſex iſte illumi
nationes ad ſenariū formationū ſiue illumi-
nationum: in quibus factus eſt mūdus: vt co
gnitio ſacre ſcripture prime formatiōi. ſ. for-
mationi lucis reſpōdeat. ⁊ ſic deinceps p or
dinem. Et ſicut omnes ille ab vna luce habe
bant originem. ſic omnes iſte cognitiones ad
cognitionem ſacre ſcripture ordinant̃. in ea
claudunt̃: ⁊ in illa perficiunt̃. ⁊ mediante illa
ad eternam illuminationē ordinant̃. Unde
omnis noſtra cognitio: i cognitiōe ſacre ſcri
pture debet habere ſtatum. ⁊ maxime q̄ztū
ad intellectum anagogie. p quem illuminatio
noſtra refertur in deum vnde habuit ortum.
Et ideo ibi completꝰ eſt circulus. cōpletꝰ eſt
ſenarius: ⁊ proportio ſtatus. ¶ Videamus
ergo qualiter alie illuminatiōes cognitionū
reduci habent ad lumen ſacre ſcripture. Et
primo videamus de illuminatione cognitio
nis ſenſitiue. que tota verſatur circa congni-
tionem ſenſibiliū: vbi tria eſt cōſiderare. viꝫ
cognoſcendi medium: cognoſcēdi exercitiū.
cognoſcendi oblectamentum. Si ꝯſideremꝰ
medium cognoſcendi: intuebimur ibi v̄buꝫ
eternaliter generatum: ⁊ ex tpe incarnatum.
Nullum eni ſenſibile mouet potētiā: niſi me
diante ſilitudine: que egreditur ab obiecto:
ſicut proles a pente. ⁊ hoc generaliter: realit̃
⁊ exēplariter eſt neceſſe eē in omni ſenſu. Il
la aūt ſimilitudo non facit cōpletionē in actu
ſentiendi. niſi vniatur cum organo ⁊ virtute.
Et cum vnitur noua fit perceptio. ⁊ per illā
perceptionem fit reductio mediāte illa ſilitu
dine in obiectum. Et licet non ſp ita obiectū
ſentiat̃. ſemper tñ quantū eſt de ſe gignit ſili-
tudinem cum eſt in ſua cōpletiōe. Per hūc
etiam modū itelligo: ꝙ a ſumma mēte q̄ co
gnoſcibilis eſt in interioribus ſenſibꝰ mētis
noſtre eternaliter emanauit ſilitudo: imago ⁊
proles. ⁊ ille poſtmodum quando venit ple-
nitudo tpis vnitus eſt menti ⁊ carni. i. homi
ni quē formauerat. qui nunq̄z fuerat prius. ⁊
per illū omnes mentes noſtre reducunt̃ i de
um. que illā ſilitudinē pr̄is per fidem in cor-
de ſuſcipiunt. ¶ Si vero ꝯſideremꝰ ſenſuū
exercitium: intuebimur ibi ordinem viuendi
vnuſquiſqꝫ enim ſenſus ſe exercet circa pro-
prium obiectū: refugit ſibi nociuū: ⁊ nō vſur
pat alienū. ¶ Per hunc modū tunc ſenſus
cordis ordinate viuit: dum ſeipſū exercet ad
id ad qđ eſt: ꝯtra negligentiam: dū refugit ſi
bi nociuū: contra concupiſcentiā: ⁊ dum non
vſurpat ſibi alienū: contra ſuperbiam. Ois
enim inordinatio: aut venit ex negligētia: aut
ex concupiſcentia: aut ex ſuperbia. Ille enim
ordinate viuit: qui viuit prudenter: tpanter:
⁊ obtpanter. vt refugiat negligentiā in ope-
rabilibus. concupiſcentiā in appetibilibꝰ. ſup
biā in excellētibꝰ ſiue ſublimibꝰ. ¶ Si autē
conſideremus oblectamētū. intuebimur dei
⁊ anime vnionem. Omnis enim ſenſus ſuū
ſenſibile cōueniens q̄rit cū deſiderio. īuenit
cum gaudio. repetit ſine faſtidio. Quia non
ſatiatur oculus viſu. nec auris auditu implet̃.
Per hunc etiam modū ſenſus cordis noſtri
ſiue pulcrum: ſiue cōſonū: ſiue odoriferū: ſiue
dulce. ſiue mulcebre: debet deſideranter q̄re
re. gaudenter inuenire. inceſſanter repetere.
Ecce quō in cognitione ſenſitiua cōtinet̃ oc
culte diuina ſapiētia. Et q̄ꝫ mira eſt ꝯtempla

tio quinqz sensuū spiritualium ꝯm conformitatem ad sensus corporales. ¶ Per hunc modum est reperire in illuminatione artis mechanice. cuius tota intentio versat circa artificialium productionem. In qua ista tria possumus intueri. s. verbi generationem et incarnationem. viuendi ordinē: et dei et aīe federationem. Et hoc si consideremus. s. egressuz: effectū fructum. Uel sic. Artem operandi: q̄litatem effecti artificij: et vtilitatē fructus eliciti. Si cōsideremus egressum videbimus q̄ effectus artificialis exit ab artifice mediante similitudine existente in mente. p quā artifex excogitat anteq̄z producat. et inde producit sicut disposuit. Producit aūt artifex exterius opus assimilatuz exemplari interiori catenus qua q̄ potest melius. Et si talem effectū posset producere q̄ ipsum amaret et cognosceret vtiqz faceret. Et si effectus ille cognosceret suum opificem: hoc esset mediante silitudine ꝯm quā ab artifice processit. Et si haberet obtenebratos oculos cognitionis: vt non posset supra se eleuari. necesse esset ad hoc vt ad cognitionem sui opificis duceretur: q̄ similitudo per quam productus esset effectus cōdescenderet vsqz ad illā naturaz que ab eo posset capi et cognosci. Per hunc moduz intelligere q̄ a summo opifice nulla creatura processit nisi per verbū eternū. in quo oīa disposuit. et per quod omnia produxit. non solū creaturas habentes rationem vestigij. sed etiā imaginis: vt eidem assimilari possint per cognitionē et amorē. Et q̄m per peccatum rōnalis creatura oculum cōtemplatiōis obnubilatuz habuit: decentissimum fuit vt eternū et inuisibile fieret visibile: et assumeret carnem vt nos ad patreȝ reduceret. Et hoc est quod dicitur Johānis. xiiij. c. Nemo venit ad patrē nisi per me. Et Matth. xi. ca. Patrem nemo nouit nisi filius. et cui voluerit filius reuelare. Et ideo dicitur verbum caro factum. Considerantes igitur illuminationem artis mechanice quantum ad operis egressum intuebimur ibi verbū generatū et incarnatū. i. diuinitatem et humanitatē. et totius fidei integritatem. Si vero consideremus effectum: intuebimur viuendi ordinem. Omnis enim artifex intendit producere opus pulcrū et vtile et stabile. et tunc est charum et acceptabile opus cum habet istas tres conditiones. Juxta hec tria necesse est reperiri tria in ordine viuendi. s. scire: velle: et ipermutabiliter operari siue perseueranter. Scientia reddit opus pulcrū. voluntas reddit vtile. pseuerātia reddit stabile. Primū est in rōnali. secundum in concupiscibili. tertium in irascibili. Si consideremus fructuz inueniemus dei et aīe vnionem. Omnis enim artifex qui aliquod opus facit: aut facit vt per illud laudetur. aut vt per illud aliquid sibi operetur vel lucret. aut vt in illo delectetur: ꝯm tria que sunt in appetibilibus. s. bonum honestū: conferens: et delectabile. Propter hec tria fecit deus animā rationalem. vt ipsa euȝ laudaret. et vt ipsa illi seruiret. et vt ipsa in eo delectaret et quiesceret. Et hoc est per charitatē. in qua qui manet in deo manet et deus in eo. ita q̄ est ibi quedaz mirabilis vnio: et in vnione mirabilis delectatio. Unū ꝯm q̄ prouerb. viij. ca. dr̄ delicie mee esse cum filijs hoīuȝ. Ecce quō illuminatio artis mechanice: via est ad illuminationem sacre scripture. et nihil est in ea qđ nō predicet veram sapientiaȝ. Et ideo sacra scriptura frequēter talibus similitudinibus vtitur satis recte. ¶ Juxta hunc etiam modum est reperire in illuminatione rōnalis philosophie. cuius principalis intentio versat circa sermonem. In quo est tria considerare: ꝯm triplicem ipsius sermonis considerationē. s. respectu proferentis. ratiōe plationis. et respectu audientis: siue ratione finis. Si sermonē cōsideremus in respectu ad loquentē. sic videbimus quō omnis sermo significat mentis conceptum. et ille cōceptus interior est verbū mentis. et eius proles: que nota est etiā ipsi cōcipienti. Sed ad hoc q̄ fiat nota audienti induit formam vocis: et verbum intelligibile mediante illo indumento fit sensibile: et au-

ditur exterius. et suscipitur in aure cordis audientis. et tamen nō recedit a mente proferentis. ¶ Juxta hūc modū videmus in verbo eterno: quod pater eternaliter ipsum concepit generando. secundum illud Prouer. viij. Nondum erant abyssi: et ego iam concepta eram. Sed ad hoc quod homini sensibili fieret cognoscibile: induit formam carnis. et verbū caro factū est: et habitauit in nobis. et tamen remansit in sinu patris. ¶ Si vero consideremus sermonem rōne sui. sic intuebimur in eo viuēdi ordinē. Ad complementū enim sermonis necessario ista tria concurrūt. s. congruitas: veritas et ornatus. Et iuxta hec tria omnis actio nostra debet habere modum: speciē: et ordinem. vt sit modificata per modestiā in exteriori opere. speciosa per mundiciā in affectione. ordinata et ornata per rectitudinem in intentiōe. Tunc enim recte et ordinate viuitur: cum ē intentio recta: affectio munda. et operatio modesta. ¶ Si vero consideremus sermonem ratione finis. sic est ad exprimendū. ad erudiendū: et ad mouendū. sed nunquam exprimit aliquis nisi mediante specie. nunquam docet nisi mediāte lumine arguente. nunquam modū nisi mediante virtute. Et sic constat quod hoc nō fit nisi per speciē et lumen et virtutē intrinsecā: intrinsecus anime vnitam. Et ideo concludit Augustinus. quod ille solus est verus doctor qui potest spēm imprimere: et lumen infundere: et virtutē dare cordi audientis. Et hinc est quod cathedram habet in celo: qui intus corda docet. Sicut ergo nihil cognoscitur per sermonem perfecte nisi mediante virtute: lumine: et specie vnitis anime: sic ad hoc quod aīa erudiatur ad dei cognitionē per ipsius internā locutionē: necesse est quod vniatur ei qui est splēdor glorie. et figura substantie eius. portans omnia verbo virtutis sue. Ex quo patet quam mira est hec contemplatio: per quā Augustinus in multis libris manuducit ad diuinam sapientiam. ¶ Scdm etiam hunc modum est reperire in luminatiōe naturalis philosophie: cuius principalis intentio versatur circa rationes formales in materia: in anima. et in diuina sapientia. Quas tripliciter contingit considerare. s. secundum habitudinem proportionis. secundum effectū causalitatis. et secundum medium vnionis: Et secundum hec tria est reperire tria premissa. ¶ Si consideremus eas secundum habitudinē proportionis: videbimus in eis verbū eternū. et verbū incarnatū. Rationes intellecuales et abstracte quasi medie sunt inter seminales et ideales. Sed rationes seminales non possunt esse in materia: quin sit in ea generatio et productio forme. Similiter vero in anima non sunt rationes intellectuales: quin sit generatio verbi in mente. ergo nec ideales in deo quin sit productio verbi a patre secundum rectā proportionē. hoc enim est dignitatis. etsi cōuenit creature: multo fortius inferri potest de creatore. propter quod dixit Augustinus. quod filius dei est ars patris. Rursus appetitus qui est in materia: ordinatur ad rōnes intellectuales: vt nullo modo perfecta sit generatio: nisi anima rōnalis vniatur materie corpali. Per consimilē igitur rōnem potest argui. quod summa perfectio et nobilissima in vniuerso esse non potest: nisi natura in qua sunt rōnes seminales. et natura in qua sunt rōnes intellectuales. et natura in qua sunt rationes ideales: simul concurrant in vnitatē psone. quod factū est in filij dei incarnatione. Predicat igitur tota naturalis philosophia: per habitudinē proportionis dei verbū natum et incarnatū. vt idem sit alpha et o. natum scilicet in principio et ante tempora. incarnatū vero in fine seculorum. ¶ Si vero cōsideremus rōnes istas secundum effectū causalitatis. ppēdimus ordinē viuēdi. Quoniam generatio nō pōt fieri in materia generabili et corruptibili secundum rōnes seminales. nisi beneficio luminis corporū supcelestium. que elongantur a generatione et corruptiōe. scilicet a sole: luna et stellis. Per hunc etiam modū anima nō potest opera vite facere: nisi suscipiat a sole. idest a christo gratuiti luminis beneficium. et nisi consequatur ipsius lune. idest virginis marie matris christi patroci-

nium. ⁊ nisi imitet alioꝝ sanctoꝝ exempla. ex quorū concursu cōgreget in ipso op⁹ vnū atq̧ perfectū. vnde ordo viuendi pendet in his tribus. Si autem consideremus istas rationes ꝑm vnionis mediū. intelligemus per quem modū fiat vnio anime ad deū. Nam natura corporalis anime non pōt vniri nisi mediante humore. mediante spū: ⁊ mediāte calore. que tria disponunt carnē vt vitam suscipiat ab anima. Scōm hoc etiam intelligitur: ꝙ deus nō pstat vitā anime: nec ei etiam vnitur: nisi sit humida per gemitū compunctionis ⁊ pietatis. ⁊ nisi sit spiritualis per cōtemptum omnis terrenitatis. ⁊ nisi sit calida per desideriū ipsius dilecti ⁊ patrie celestis. Ecce qualiter in philosophia naturali latet sapientia dei. ¶ Penes modos predictos est reperire in illuminatione philosophie moralis lumen sacre scripture. Quoniam intentio moralis philosophie principaliter versatur circa rectitudinem. versatur enim circa iusticiam generalem. que vt dicit Anselmus est rectitudo voluntatis. Rectum autem habet tripliciter notificari. ⁊ ꝑm hoc tria premissa relucent in consideratione rectitudinis. Uno modo dicitur rectum: cuius mediū non exit ab extremis. Si ergo in deo est summa rectitudo: ⁊ ꝑm se: ⁊ inquantum est principium: ⁊ inquantū est finis omniū: necesse est in deo ponere mediam personam ꝑm se: vt vna sit tātum producens. alia tm̄ producta. media vero producens ⁊ producta. Necesse est etiam ponē mediū in egressu ⁊ regressu reꝝ. ꝗ mediū in egressu necesse est ꝙ plus teneat se a parte producentis. medium vero in regressu plus a parte redeunt. Sicut ergo res exierunt a deo per verbum domini. sic ad completum reditum necesse est mediatorem dei ⁊ hominum: non tantum deum esse: sed etiā hominē: vt homines reducat ad deū. Alio modo dicitur rectum: quod dirigenti se conformatur. Et ꝑm hoc in consideratione rectitudinis: conspicitur ordo viuendi. Ille enim recte viuit: qui dirigitur ꝑm regulas iuris diuini. Et hoc est quando voluntas hominis assentit preceptis necessarijs: monitis salutiferis: consilijs perfectis. vt probet homo que sit voluntas dei bona: ⁊ beneplacens: ⁊ perfecta. Et tunc rectus ordo viuendi dicitur: in quo nulla obliquitas potest reperiri. Tertio modo dicitur rectum: cuius summitas est sursum erecta. sicut homo habet staturam rectā. Et ꝑm hoc in consideratiōe rectitudinis manifestatur dei ⁊ anime vnio. Cum enim de⁹ sit sursum: necesse est ꝙ apex ipsius mētis sursum erigatur. Hoc autem est cum rationalis assentit prime veritati propter se ⁊ super omnia. cū irascibilis īnititur summe largitati. ⁊ cum concupiscibilis adheret bonitati. tunc q hoc modo adheret: vnus spiritus est cū deo. Et sic patet quomodo multiformis sapia dei q̄ lucide tradit ī sacra scripture: occultatur ī omni cognitione: ⁊ in omni natura. Patet etiam quomō omnes cognitiones famulantur theologie. Et ideo ipsa assumit exempla ⁊ vtitur vocabulis pertinentibus ad omne genus cognitionis. Patet etiā q̄ȝ ampla sit via illuminatiua. ⁊ quomodo ī omni re que sentitur siue que cognoscitur: interius lateat ipse deus. Et hic est fructus omnium scientiarum: vt in omnibus edificetur fides. honorificetur deus. componantur mores. hauriātur consolationes: que sunt in vnione sponsi ⁊ sponse. que quidem fit per charitatē. ad quam terminatur tota intentio sacre scripture. ⁊ per consequens omnis illuminatio desursum descendens. ⁊ sine qua omnis cognitio vana est. quia nunq̄ȝ peruenitur ad filiū nisi per spiritumsanctum. qui docet nos omnem veritatem. qui est benedictus in secula seculorum amen.

Finit libellus sancti Bonauenture de reductōe artiū ad theologiā

¶ Incipit paruum bonuz. vel regimen conscientie sancti Bonauenture: quod vocatur fons vite.

[E]cce descripsi eam tibi tripliciter. Prouerb. xxij. Cũ omnis scientia debeat gerere trinitatis insigne. precipue illa scia que i sacra scriptura docet: dz in se representare vestigiũ trinitatis. Propter h sapiẽs eaz tibi tripliciter descripsisse dicit: pp triplicez ipsi⁹ itellectũ spũalem. moralem. s. allegoricũ ⁊ anagogicũ. Hic autẽ triplex intellectus: respondet triplici actui hierarchico. s. purgationi. illuminationi: ⁊ perfectioni. Purgatio autem ad pacem ducit. Illuminatio ad veritatẽ Perfectio ad charitatem. Quibus perfecte adeptis: anima beatificatur. ⁊ ẽm hoc ꝙ circa hec versatur: suscipit meriti incrementum. In horuz igit triuz cognitiõe dependet scia totius theologie: ⁊ meritum vite eterne Sciendum ergo est: ꝙ triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam. s.

| | |
|---|---|
| Legendo | Lectio est diffusior. |
| Meditãdo | Meditatio ẽ breuiõ |
| Orando | Orõ ẽ ꝯpẽdiosior. |

¶ Lectio enim huius triplicis vie: totã continet sacrã scripturam. immo fere omnẽ sanam doctrinam. sicut ostensum est supra.

¶ Quidam alius liber habet sic. Sciendũ igitur ꝙ triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam. s. meditando: orando ⁊ contemplando.

[P]Rimo meditationis formaz breuiter libeat intueri. ¶ Sciendũz ergo ꝙ tria sunt in nobis: ẽz quorum vsuz in hac triplici via exercemur. scilicet

Stimulus conscientie
Radius intelligentie
Igniculus sapientie.

Si ergo vis purgari: verte te ad conscientie stimulum. Si illuminari: ad intelligentie radium. Si perfici: ad sapientie igniculum. ẽm consilium beati Dionysij ad titum. vbi eum hortatur dicẽs. Verte te inquit ad radiũ ⁊c. Ad stimulum conscientie debet homo exercere seipsum. hoc modo meditando in via purgatiua. s. vt

Primo seipsum exasperet
Secundo exacuat.
Tertio dirigat

Nam
Exasperandus est recordatione peccati
Exacuẽdus circũspectione sui
Rectificandus consideratione boni.

¶ Peccati autem recordatio debet esse in hunc modum. Vt arguat se animus.

De
Multiplici negligẽtia.
Multiplici concupiscentia.
Multiplici nequicia.

Fere enim omnia peccata ⁊ mala nostra: siue contracta: siue acta: reduci possunt ad hec tria.

¶ Circa negligentiam autem attende: ꝙ primo debet recogitare homo: si in se fuerit negligentia. scilicet

Cordis custodiendi.
Temporis expendendi.
Finis intendendi.

Hec enim tria sunt ab omnibus summa cuz diligentia obseruanda. s.

Vt cor bene custodiatur.
Vt tempus vtiliter expendatur.
Vt finis debitus in oĩ ope prefigat

¶ Scdo debet hõ cogitare si negligens fuerit In oratiõe. in lectiõe. ⁊ in boni opis executione. In his tribus debet vnusquisqz diligẽter ac sollicite se exercere ⁊ excolere. vt possit fructum bonũ dare in tpe suo. eo ꝙ vnum horum sine altero nequaqz sufficit.

¶ Tertio debet cogitare sollicite si negligẽs fuerit Ad penitendum. Ad resistenduz. Ad proficiendum. Debet enim vnusquisqz cum summa diligentia deflere culpam cõmissaz. Repellere tentationem diabolicam. Profi

cere de vna virtute in aliam. vt sic possit p̄uenire ad terram promissam.
¶ Circa concupiscentiam autem debet cogitare homo si in eo viuat. s.
Concupiscentia voluptatis
Concupiscentia curiositatis.
Concupiscentia vanitatis. Que sunt radices totius mali.
¶ Primo igitur recogitanda est concupiscētia voluptatis. que tūc in homine viuit si fuerit in eo scilicet
Appetitus Dulcium. Mollium. Carnalium Hoc est
Si hō querat Cibaria saporosa. Uestimenta deliciosa. Oblectamenta luxuriosa.
Que omnia. non solū reprehēsibile est appetere cū ꝯsensu. ꝫ etiā dꝫ hō respuere p̄mo motu. ¶ Scdo recogitanda est ꝯcupiscentia curiositatis si viuat vel vixerit in homie.
Hoc autem deprehenditur
Cū qs appetit Scire occulta. Uidere pulcra. Habere chara.
In omnibus his est viciuꝫ auaricie ⁊ curiositatis. Multum reprehensibile estꝫ i hoie
¶ Tertio recogitanda est concupiscentia vanitatis. q̄ tunc viuit in homine si in eo fuerit.
Appetitꝰ Fauoris. Laudis Honoris
Que omnia vana sunt: ⁊ hominem vanum reddunt. ⁊ ita fugienda sunt: sicut cōcupiscentia mulierum. Et de omni tali debet ꝯscientia arguere cor humanuꝫ.
¶ Circa nequiciam autem debet cogitare hō si in se vigeat vel aliq̄n viguerit. s.
Iracundia
Inuidia
Acidia. Que faciūt hoiēꝫ nequā
¶ Primo cogitanda est iracundie nequitia que consistit
In Alio Corde Affcū Sig̃ vl'in Facie vl'i Affatu Uerbo Clamore Effcū.
¶ Secundo recogitanda est nequicia inuidie
Que in aliena Prosperitate tabescit Aduersitate hilarescit Mēdicitate refrigescit
¶ Tertio recogitanda est nequitia acidie. ex qua oriuntur: scilicet
Suspitiones male.
Cogitationes blasphemie.
Detractiones maligne.
Omnis eni talis nequitia admodū detestanda est. Ex hac trifaria recordatione triplicata: debet exasperari stimulus conscientie. ⁊ amaricari anima: vt possit homo consequi salutem.
V Iso qualiter exasperari debeat stimulus conscientie in recordatione peccati. videndum est qualiter sit exacuendus stimulus in circūspectione sui.
Tria autem debet homo circa se circūspicere. scilicet
Diem mortis imminentem
Sanguinem christi recentem.
Faciem iudicis presenteꝫ.
In his tribus acuitur stimulus conscientie contra omne malum.
Primo náqꝫ acuit dū ꝯsiderat hō diē mortꝭ
Quia est Indeterminabilis. Ineuitabilis Irreuocabilis
Quem si diligenter inspiciat: diligentissime laborabit: vt dum tempus habet purgetur.
Ab omni Negligentia Concupiscentia Nequicia.
Quis enim moraretur in culpa: qui non est certus de die crastina.
Scdo acuitur duꝫ considerat homo sanguinem christi effusum
Pro Humano corde excitando Eodem abluendo Ipo mollificādo. Ul e. Fn

ſum pro hũana imundicia mundificanda. ꝑ humana morte viuificanda. ⁊ pro humana ariditate ſecundanda. Quis enim tam hebes vt permittat in ſe regnare culpam negligentie: concupiſcentie: vel nequicie: qui cogitat ſe perfuſum illo precioſo ſanguine.

¶ Tertio acuit dũ ꝯſiderat hõ faciẽ iudicis

Que eſt
- Infallibilis
- Inflexibilis
- Infugibilis.

Nullus enĩ põt aliquo mõ fallere eiꝰ ſapiã; Flectere iuſticiã. Effugere vinductã. Quia ergo nullũ bonũ irremuneratũ. nullũ maluꝫ impunitũ. quis non acuet ex hac ꝯſideratione contra omne malum.

p Oſt hec videnduꝫ eſt quõ ſtimulus cõſcientie ſit rectificãdus in ꝯſideratione boni. Tria auteꝫ ſunt bona meditanda: in quorum acquiſitione rectificatur ſtimulus conſcientie. ſ.

- Strẽnuitas contra negligentiam.
- Seueritas contra ꝯcupiſcentiã.
- Benignitas contra nequiciam:

His enim tribꝰ habitĩs: fit ꝯſcia bona: mũda ⁊ recta. Et hͦ eſt qd̃ dicit Mich. vi. Indicabo tibi hõ qd ſit bonũ: ⁊ quid dñs reqrat a te. Utiq; facere iudiciũ: ⁊ diligere miſericordiam. ⁊ ſollicitũ ambulare cũ deo tuo. In qbus verbis tãgunt illa tria ꝑdicta. Siĺr ⁊ dñs hec eadem tãgit in luca di. Sint lumbi vr̃i ꝑcincti. ¶ Primo igit inchoãdũ ẽ a ſtrẽnuitate: q̃ viã ꝑbet alijs. Licet aũt eã ſic deſcribere. Strẽnuitas eſt qdã vigor animi excutiẽs oẽm negligentiã: ⁊ diſponẽs aĩam ad faciendum negligentiã: ⁊ diſponẽs aĩam ad faciendum bona opera. ſ.

- Uigilanter.
- Confidenter
- Eleganter

Hec eſt q̃ viã prebet ad oĩa bona ſequẽtia. ¶ Scd̃o ſeqtur ſeueritas. q̃ ẽ qdam vigor animi reſtringens oẽm ꝯcupiſcentiã. ⁊ habilitans animam. ac feruentem reddens eam ad amorem. ſcilicet

- Aſperitatis.
- Paupertatis
- Uilitatis

¶ Tertio ſequitur benignitas. que eſt quidam dulcor anime: excludens omnem nequitiam: ⁊ habilitans animam

Ad
- Beniuolentiam.
- Tolerantiam.
- Internam leticiam.

¶ Et hic ẽ terminꝰ purgationis ſc̃m viã meditatiõis. Nã oĩs ꝯſcia munda leta ẽ ⁊ iocũda. Qui igit vult purgari: vtat ſe mõ predicto ad ſtimulũ cõſcie. In predicta tñ exercitatione a quolibet ꝑmiſſoruꝫ põt inchoari nr̃a meditatio. Trãſeundũ eſt etiã ab vno ĩ aliõ. ⁊ tãdiu ĩmorandũ: quouſq; trãqllitas ⁊ ſerenitas acqrat ⁊ ꝑcipiat. ex q̃ orit ſpũalis iocũditas. Qua adepta promptꝰ eſt animꝰ vt ſurſuꝫ tendat. ¶ Incipit ḡ via iſta a ſtimulo cõſcie: ⁊ terminat ĩ affectũ ſpũal'leticie. exercetur in dolore: ⁊ ꝯſummatur in amore.

¶ De via illuminatiua.

ſ Ecũdo loco poſt viã purgatiuã ſequit illumiatiua. In q̃ ſe dꝫ hõ exercere ad radiũ intelligẽtie: hͦ ordine. Nam radius intelligentie.

Eſt
- Prĩo ꝓtẽdẽdꝰ ad mala dimiſſa
- Secundo dilatandus ad beneficia commiſſa
- Tertio reflectẽdus ad ꝑmia ꝓmiſſa

¶ Protenditur autem radius intelligentie ad mala dimiſſa: dum ſollicite penſantur mala que dominus ĩdulſit. que tot ſunt quot ſũt peccata que cõmiſimus: ⁊ tam magna quantis eramus malis aſtrincti. ⁊ quantis bonis priuati. Et hec meditatio ſatis patet ex precedenti. Nec hoc ſolum attendendum eſt quanta mala commiſimus. ſed etiam conſiderandum eſt in quanta mala incidiſſemus ſi dominus permiſiſſet. Et cum hec diligenter penſantur. per radium intelligentie tenebre noſtre illuminantur. Et talis illuminatio coniuncta debet eſſe gratitudini affectionis. alioquin nõ eſt illuminatio celeſtis. ad cuius

splendorem videmus sequi calorem. Unde gratie hic agende sunt pro dimissione malorum cõmissorum: vel possibiliũ cõmitti.
Infirmitate.
Necessitate.
Voluntatis peruersitate.
¶ Secundo videndum est qualiter iste radius intelligentie dilatetur in consideratione beneficiorum cõmissorum. que qdem sunt in triplici genere. Quedam enim.

spectãt ad
Complementũ nature
Adiutoriũ gratie
Bonũ supabundãtie

¶ Ad cõplementũ nature spectat qd dedit deus ex parte corporis. scilicet
Membrorũ integritatẽ.
Complexionis sanitatẽ.
Sexus nobilitatẽ.

Ex pte sensus dedit
Uisum perspicuũ
Auditum acutum
Sermonẽ discretũ

Ex parte aie dedit
Ingeniũ clarum
Judiciũ rectum
Animũ bonum

¶ Ad adiutoriũ autem gratie spectat primo q dedit gratiã baptismalem.

Qua
Deletur culpa
Restituit innocentia.
Confertur iusticia

Et per hoc dignũ facit vita eterna.
¶ Scdo q dedit gratiã penitentialem

quantũ ad
Animi voluntatem
Tpis oportunitatẽ.
Religiõis sublimitatẽ.

¶ Tertio q dedit grãm sacerdotalẽ. p qm fec
Dispensatores doctrine.
Dispensatores indulgentie.
Dispensatores eucharistie.
In quibus omnibus sm plus et minus dispensantur verba vite.
¶ Ad donũ autem supabundantie spectat q primo dedit totũ mundũ. scilicet
Inferiora ad obsequium.
Paria ad meritum
Superiora ad patrocinium
¶ Secundo dedit filium suum.

Et hoc
In fratrẽ et amicum
In nostrũ precium
In cibũ quotidianum.

Primũ in incarnatione.
Secundũ in passione.
Tertiũ in altaris consecratõe.
¶ Tertio dedit spiritũsanctum.

Et hoc
In signaculũ acceptatõis
In priuilegiũ adoptiõis
In anulũ desponsatõnis

Et per hoc fecit animã christianam.

Uere
Suam amicam
Suam filiam
Suam sponsam.

¶ Hec omnia sunt mira et ineffabilia: et in eorum meditatione ad modũ sponse anima debet esse deo grata.
¶ Tertio circa viam illuminatiuam videndum est: qualiter iste radius intelligentie p meditationem est reflectendus. vt ad fontem totius boni reuertatur. recogitando premia promissa. Considerandum est ergo sollicite et frequenter pensandum: q deus qui non mentitur: credentibus diligentibus se promisit veraciter.
Amotionẽ omniũ malorum.
Associationem omniũ sanctorum.
Impletõem oim desideriorum i seipo qui origo est et finis oim bonorum. Qui ẽ tantum bonum q

Excedit
Omnem petitionem
Oẽm desiderij dilatatõem
Omnem estimationem.

Et nos tanto bono dignos reputat: si diligimus et appetimus cũ super oia: et ppter se. Et ideo cũ omni desiderio et affectu ac beniuolentia debemus in ipsum tendere.
¶ De via vnitiua et perfectiua.
Postremo sequit qualiter nos exercere debemus ad igniculũ sapiẽtie. Hoc aũt faciendũ est hoc ordine. Qr iste igniculus sapie sollicite ac diligenter.

Est Primo congregandus / Secundo inflāmandus / Tertio subleuandus

Congregat aūt per reductōem affectōis ab omni amore creature. A cuius amore reuocari debet affectio. Q̄m amor creature n̄ proficit. et si pficit nō reficit. et si reficit nō sufficit. Ideo omnis amor talis ab affectu deb3 omnino elongari. Secundo inflāmādus est igniculus iste. et hoc ex conuersione affectionis super amorē sponsi. Et hoc quidem fit: vel comparando ipsum amorē ad seipm. vel ad affectum supernorū ciuium. vel ad ipsum sponsum. Tunc autem hoc fit quādo attendit q per hunc amorem potest in nobis suppleri omnis indigentia: et q per amorez est in beatis omnis boni abundantia. et q p amorem habetur ipsius summi desiderabilis presentia. Hec enim sunt que affectum inflāmant. Tertio subleuādus est igniculus iste: et hoc supra omne sensibile: imaginabile: et intelligibile. hoc ordine vt homo immediate de ipso quem perfecte optat diligere.

Prio meditādo discat q ille quē diligit.

Nō est Uisibilis / Audibilis / Odorabilis / Gustabilis / Tangibilis / Sensibilis. Immo tot⁹ desiderabil'.

Scdo cogitet q ille quē diligēdo q̄rit.

Nō est Terminabilis / Figurabilis / Numerabilis / Circūscriptibil' / Cōmutabilis / Imaginabilis. S3 tot⁹ desiderabil'.

Tertio cogitet q ille quem diligit.

Nō est Demonstrabilis / Diffinibilis / Opinabilis / Estimabilis / Inuestigabilis / Intelligibilis S3 tot⁹ desiderabilis

Ex his aūt liquide patet: qualiter ad sapientiam sacre scripture pueniri potest. meditando scilicet.

Circa viā Purgatiuā / Illuminatiuā / Perfectiuā

Et nō solū sacre scripture continentia. imo omnis meditatio nostra debet versari circa ista. Nā omnis meditatio sapientis: aut est circa opera humana. cogitando sc3 quid hō fecerit. et qd debeat facere. et que sit ratio mouens. Aut circa opera diuina: cogitando scilicet quāta deus homini cōmiserit q omnia fecit pter hoiem. quanta dimiserit: et quanta repromiserit. et in hoc claudunt opa creationis. repationis et glorificatōis. Aut circa vtrorūq3 p̄ncipia. que. s. sunt deus et anima. qualiter hec adinuicē sunt copulanda. Et in hoc debet stare omnis meditatio nostra. q2 ē finis oīs cognitionis et operatōis. et est sapientia vera in qua est cognitio p verā experientiā3. In huiusmodi aūt meditatōe tota aīa nostra debet esse intenta s̄m vires suas. scilicet s̄m rationem et synderesim. ↄsciētiā et voluntatē. Nam in hmōi meditatōe. Rō pcunctando affert ppositionem. Synderesis sententiando pfert diffinitionē. Cōsciētia testificando infert ↄclusionē. Volūtas pēligendo defert solutōem. Verbi gratia. Si quis velit meditari circa viā purgatiuam: debet ratio querere quid debeat fieri de homine. qui templum dei violauit. Synderesis r̄ndet. q aut debet dispergi: aut lamentis penitētie purgari. Conscientia assumit. Tu es ille. ergo vel oportet te dānari: aut stimulis penitentie affligi. Deinde voluntas pēligit. s. q recusat dānationem eternā: et assumit volūtarie penitentie lamenta. Iuxta hunc modum in vijs alijs incedendū est.

Sequit de oratione quō per eā veniat ad sapientiam sacre scripture.

Ostq3 diximus qualiter ad sapientiā verā puenit: legendo et meditādo. videndū est nūc q̄liter ad ipam

puenit orādo. Sciendū aūt est φ in oratóne sunt tres gradus siue ptes ipam pficiétes.

Quorum: Primus est deploratio miserie. Scđs imploratio misericordie. Tertius exhibitio latrie.

Latrie aūt cultū deo exhibere nō possum⁹: nisi ab eo gratiam cōsequamur. Misericordiam vero dei ad dandā gratiam nō possumus inflectere: nisi per deploratóem et expositóem nr̄e miserie et indigentie. Nam ois pfecta orō debet hr̄e istas tres ptes. Nō eniз sufficit vna sine altera. nec pducit ad metā pfectā. et ideo hec tria sunt semp iungenda.

¶ Deploratio aūt miserie circa quācunqз miseriā fit siue ꝓ perpetratione culpe. siue ꝓ amissione gratie. siue ꝓ dilatione glorie. hec tria debet habere. s. dolorē: pudorē: et timorem. Dolorē ꝓpter damnū siue incōmodū. Pudorē ꝓpter opprobriū siue inhonestuз. Timorem ꝓpter periculū siue reatum. Ex memoria enim preteritorum oritur dolor: dum recordatur. Quid omisit. q: precepta iusticie. Quid ꝯmisit: q: ꝓhibita culpe. Quid amisit. q: gratuita virtutis. ¶ Ex intelligentia pn̄tiū oritur pudor: dū attendit. Ubi sit. q: lōge in imo que fuerat ꝓpe in sūmo. Qual' sit. q: feda. in luto q̄ fuerat pulcra imago. Que sit. q: ancilla que fuerat libera. ¶ Ex ꝓuidētia futurorum orit timor. dū precogitat. Quo tendat. q: ad inferos ꝓperat gressus ei⁹. Quid occurrat. q: iudiciū ineuitabile: iustū tamen. Quid assequatur. q: stipendiū mortis eterne.

¶ Imploratio aūt misericordie circa quancunqз grām inuocet: debet esse. Cū affluentia desiderij: qđ habemus a spūsancto. q postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Cum fiducia spei: quā habemus a christo. q: mortuus est pro nobis oibus. Cū diligentia implorandi subsidij: qđ querimus a sctis omnibus. Qñ enim hec tria ꝯcurrūt: tunc imploratur efficaciter diuina misericordia.

Affluētiam desiderij habem⁹ a spūsctō. Quia: Per ipm sumus a patre i filio pdestinati eternaliter. Per ipm renati in baptismo spiritualiter. Per ipm congregati in eclesia vnanimiter.

¶ Cōfidentiam spei hēmus a christo dn̄o. Qui ꝓ nobis: Obtulit se in cruce in terra. Offert a matre ecclia ī sacramento altaris ī sui memoriā. Apparet vultui patris in celo in gloria.

Diligentiā implorandi subsidij a sanctorum consortio habemus. Ab angelorū mistrantiū patrocinijs. A btōrum triūphantiū suffragijs. A iustorum militantiū meritis.

¶ Exhibitio autē latrie: ex quacunqз gratia deus colatur: debet habere tria.

Primo enim ob grām impetrandā debet cor nostrū incuruari ad dei reuerentiam et adorationem.

Secundo debet dilatari ad beniuolentiā et gratiarum actionem.

Tertio debet eleuari ad complacentiam et mutuā allocutionem.

Que est sponsi et sponse. quam docet spūssanctus in canticis. In qua si recto ordine fiat. mira est exultatio et iubilatio. ita vt ducatur homo in excessum. et faciat animam dicere. Bonuз est nos hic esse. Et hic debet oratio nr̄a terminari. Nec ante debet hō desistere: donec ingrediatur in locum tabernaculi admirabilis: vsqз ad domū dei. vbi in voce exultationis est sonus epulantis. ¶ Ut autē incurueris ad reuerentiā: admirare imensitatē diuinā: et intuere modicitatē tuā. ¶ Ut dilateris ad beniuolentiā attende benignitatē diuinā: et vide indignitatē tuā. ¶ Ut eleueris ad complacentiam: recogita charitatem diuinam: et considera tepiditatem tuā: vt ex huius collatione peruenias in excessum mentis.

¶ Sciendum autem φ reuerentiam debemus exhibere deo tripliciter. Primo tanqз patri.

| | |
|---|---|
| | Formati |
| A quo | Reformati |
| | Educati. |
| | Eruti de ore inimici. |
| Scđo tanq̄ȝ | Redēpti đ carcere īferni. |
| dn̄o a quo | Conducti in vineam dn̄i |
| | ꝓ munere paradisi. |

¶ Tertio debemus exhibere deo reuerentiam tanq̄ȝ iudici.

| | |
|---|---|
| | Accusati. Accusat eniȝ clamor conscientie. |
| | Conuicti. Cōuincit. n. euidentia vite. |
| Corā quo | Cōfessi. Cōfitet. n. aspect⁹ diuine sapie vn̄ ꝯ̄ nos de |

iure debeat sn̄ia ꝓferri. Et p̄ma qdē reuerētia dȝ esse magna. scđa maior. tertia maxīa.

| | |
|---|---|
| | Prima est ad modū inclinationis. |
| Vn̄ | Scđa ad modū genuflexionis. |
| | Tertia ad modum prostrationis. |
| | Prima nos subijcimus |
| In | Secunda nos deijcimus |
| | Tertia nos abijcimus. |
| | Prima reputamus nos paruos. |
| In | Secunda minimos |
| | Tertia vero nullos. |

¶ Beniuolentiā aūt debemus filii mō deo tripl'r exhibere. s. magnā: maiorē. maximā.

| | |
|---|---|
| | Magnā ꝯsideratōe infirmitatȝ nr̄e. |
| | Maiorem ꝯsideratione magnitudinis gratie sue. |
| | Maximā consideratione immensitatis misericordie sue. |
| | Magnam pro cōmissis. |
| Vel | Maiorem pro dimissis. |
| | Maximā pro promissis. |
| | Magnā ꝓ cōplementis nature. |
| Vel | Maiorē pro indumentis gratie. |
| | Maximā ꝓ donis superogantie. |
| | Prima cor extenditur. |
| | Scđa aperit. Cant. v. Aperi mihi soror mea. |
| In | Tertia effundit. Tren̄. ij. Effunde sicut aquā cor tuū ante ꝯspectū dn̄i. |

¶ Complacentiā aūt triplici modo debemus deo exhibere toto corde.

Primo vt sic coaptet ꝯplacētia nr̄a ad deū. vt vnicuiqȝ placeat q̄ solus deus placeat sibi.

Scđo vt ei hoc placeat: q̄ ipse placeat soli deo.

Tertio vt ei hoc placeat q̄ in hac cōplacentia ceteri cōmunicent.

| | |
|---|---|
| | Prima est magna. |
| | Secunda maior. |
| | Tertia maxima. |
| | Prima est amor gratuitus. |
| In | Secunda est amor debitus. |
| | Tertia ē amor ex vtroqȝ ꝑmixt⁹. |
| | Prima crucifigitur mūdus hoī. |
| In | Scđa crucifigitur homo mūdo. |
| | Tertia crucifigit homo ꝓ mūdo. |

vt pro oībus velit hō mori: vt ⁊ ipi placeant deo. Et hic est gradus ⁊ status ꝑfecte charitatis. an̄ cuius assecutōem nemo dȝ se estimare ꝑfectū. Tūc aūt hāc ꝑfectionē hō asseq̄t qn̄ cor suū inuenit nō solū volūtariū. sed etiā auidissimū ad moriēdū ꝓ salute ꝓximorum. ſm q̄ apl's dicebat. ij. Chori. xij. Libentissime impendar: ⁊ sup̄impendar egoipe ꝓ aīabus vr̄is. ¶ Ad hanc ꝑfectā dilectionē ꝓximi nō ꝑuenit: nisi prius ꝑueniat ad perfectā dilectionem dei. ꝓpter quē diligit ꝓximus. q nō ē diligend⁹ nisi ꝓpter deū. Et ꝓpterea ad intelligendā ꝑfectōem in dilectōe dei. sciēdum est q̄ sex sunt gradus qb⁹ paulatim et ordinate ꝓcedit: vt ad ꝑfectōem ꝑueniat.

| | |
|---|---|
| | Primus est suauitas. |
| | Secundus auiditas. |
| | Tertius saturitas. |
| Quoꝝ | Quartus ebrietas. |
| | Quintus securitas. |
| | Sextus trāquillitas. |

¶ Primus itaqȝ gradus ē suauitas: vt hō adiscat gustare q̄ȝ suauis est dn̄s. Et hoc qdē fit vacādo ⁊ sabbatizādo ei p sctās meditatōes. ſm q̄ð dicit in ps. Reliqe cogitationis diē festū agēt tibi. Qđ qdem fit qn̄ me-

ditatões circa amorē dei: suauitatem pariūt in corde. ¶ Scd's gradus est auiditas. qñ. s. anima assuefieri ceperit circa illā suauitatē. ⁊ nascitur in ea tanta esuries. vt nihil possit eam reficere: nisi eū quē amat possederit pfecte. Qd' q: nō pōt in psenti attingere: q: adhuc longe est: ꝯtinue excedit ⁊ egredit extra p amorē extaticū. clamans ⁊ dicens illud beati Job. vij. Suspendiū elegit anima mea. ⁊ mortē ossa mea. Et illud ps. Quēadmodū desiderat ceru⁹ ad fontes aquaꝝ. ita desiderat aīa mea ad te deus. ¶ Tertius grad⁹ est saturitas. que orit ex ipsa auiditate. Qui enim vehemētissime deū desiderat: ⁊ sursuꝫ fert. iam omne qd' deorsum videt: vertit ei i fastidiū. Unde quasi saturatus nō pōt refectionē inuenire in aliquo citra ipm dilectuꝫ. Et sicut saturatus si cibū sumat: incurrit potius abominationē q̄ȝ refectionē. sic in hoc ḡdu charitas facit circa oē creatū. Prouer. xxvij. Aia saturata calcabit fauū. ¶ Quartus gradus est ebrietas. que orit ex saturitate. Ebrietas aūt in h ꝯsistit: q' qs tāto amore diligat deū: vt iā nō solū fastidiat solaciū terrenū: sed etiā delectet ⁊ q̄rat tormentū ꝓ solacio: ⁊ amore illius quē diligit delectet in penis: opprobrijs: ⁊ flagellis: cū apostolo. ij. Chori. xij. Uñ sicut ebrius seipm denudat sine pudore. ⁊ sustinet plagas sine dolore. sic in isto intelligendum est. Uñ Act. v. Ibant apli gaudentes a ꝯspectu concilij: qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu ꝯtumeliā pati. Quintus gradus est securitas. que oritur ex ebrietate. Ex hoc enim q' aīa sentit se tm̄ amare deū q' libenter sustinet ꝓpter ipm omne dānū ⁊ omne opprobriū: iā foras mittit timor. ⁊ tantā ꝯcipit anima spem de adiutorio dei. vt nullo mō existimet se posse separi ab eo. In hoc gradu erat apl's cum dicebat. Quis nos sepabit a charitate christi ⁊c̄. Cert⁹ sum enim. q: neqꝫ mors neqꝫ vita ⁊c̄. poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu dño nostro. Ro. viij. ¶ Sextus gradus est vera ⁊ plena tranquillitas. p quā est tanta pax ⁊ requies in anima. vt quodāmodo sit in silentio ⁊ somno: ⁊ velut in arca noe collocata: vt nullo mō pturbet. Quis enim pt inquietare mentē quā nullus cupiditatꝭ stimulus inqetat. nullus timoris acule⁹ agitat. In ista mente pax est: ⁊ status vltimus: ⁊ quies: ⁊ ibi requiescit verus salomō. qm̄ in pace factus est locus eius. Et ideo valde ꝯueniēter isti gradus significant per illos sex gradus: quibus ascēdebat ad thronū salomonis. iij. Regū. x. ⁊. ij. pal. ix. Et ꝓpter h dicit Cantico. iij. Ascensum purpureū media charitate constrauit. Quia impossibile est ad istam tranquillitatē pertingere: nisi per charitateꝫ. Hec aūt acquisita: facillimū est homini facere omne qd' est perfectionis. siue agere: siue pati. siue viuere siue mori. ¶ Studendū est igitur ad perfectū charitatis. cū ꝓfectus ei⁹ inducat perfectōem oīs boni ⁊ ꝯplementū. ¶ Ut igit sint ad manū predicte differentie nota q' qui ad hanc pfectōem vult ꝓficere: debet per meditationē stimulū conscientie.

Primo { Exasperare. / Exacuere. / Rectificare. }

Et sic ad radium intelligentie transire.

Ipm { Protendendo. / Dilatando / Reflectendo }

Et sic ad igniculū sapientie transire.

Ipm { Congregando / Inflāmando / Subleuando }

Et sic per oratōem primo debet deplorare miseriam suam.

Cū { Dolore ꝓpter damnum. / Pudore ꝓpter opprobrium. / Timore ꝓpter periculū. }

Scd'o dꝫ implorare diuinā misericordiam.

Cū { Vehemētia desiderij p spm scm. / Fiducia spei p christū crucifixū. / Assistentia patrocinij per sanctorum suffragium. }

Tertio debet exhibere latriā: exhibendo.

Deo — Reuerentiā / Beniuolentiā / Complacentiā

¶ Ut primo ex parte dei procedat admiratio diuina: quasi maior propositio. Secūdo ex parte nostra sequat̄ cōsideratio quasi assumptio. Tertio fiat latrie plena exhibitio: quasi cōclusio. ¶ Qui aūt sic excitauerit se cōtinue ꝛ intente. proficiet in charitate ſm̄ sex grad⁹ p̄dictos: quibus peruenitur ad pfectionē tranquillitatis: vbi est multitudo pacis. ꝛ quasi q̄dam finis quietis nostre: quam dn̄s reliquit apl̄is. Unde nota q̄ apostolus in q̄libet salutatione optabat grām ꝛ pacem. grām tanq̄ȝ primordialē. pacem sicut complementū. Ad thimotheū autem interponit misericordiam que est vtriusqȝ principiū.

¶ Nota q̄ in missa cogitandū est de negligentia circa corpus christi.

¶ Nota de sacramento q̄ dn̄s ꝓpter nos semp totus ibi est: ꝛ nos raro vel nunq̄ȝ ibi toti sumus ꝓpter eum.

Item q̄ ibi est preciū redēptionis nostre: et non liberamur. ꝛ hoc stat per nos. Item q̄ ibi vere est deus ꝛ non videmus eū. ad quē vidēdū creati sumus. Item q̄ ibi est patior ad liberandū nos: q̄ȝ nos a miseria liberari. Item q̄ ipse ad salutē nostram instituit h̄ sacramentū: ꝛ tam studiose. Nos v̄o tepidi: imo toti frigidi h̄ cōsecramus. Itē q̄ ipse ibi est cū angeloꝝ frequētia. nos cū magna cordis irreuerentia. Itē q̄ ipse ibi ardens est ꝑ nostra dilectione. nos ibi remissi in grārum actiōe. Item q̄ ipse ibi est cibus angeloꝝ ad nr̄am refectōem. ꝛ nos nō gustamus eum ꝓpter nr̄am corruptōem. Itē q̄ q̄cquid dispgimus per culpā: ipse ibi cōgregat per grāȝ. nec t̄n grati sumus. Itē q̄ ip̄e se ibi offert p̄cium redemptōis nr̄e sine tedio. nec t̄n liberamur omnino. ¶ Uis ergo scire q̄ ꝛ q̄nta ꝛ quibus debeas. Primo xp̄o omnē vitam tuā ponere. q̄r ip̄e suā posuit ꝓ tua. ꝛ cruciatus diros sustinuit: ne tu ꝑpetuos sustineres. Sed cōfer premia oīs vite filioꝝ adā. ꝛ oēs dies seculi. ꝛ laborēs oīm hoīm qui fuerunt: sunt ꝛ erunt. nihil erunt ad compatōem illi⁹ corporis: qd̄ spectabile ꝛ etiā stupendū est virtutibus supnis. in cōceptu de spūsancto. in ortu de virgine. in vite innocentia. in doctrine assiduentia. in coruscatōibus miraculoꝝ. in reuelatōibus sacramētoꝝ. Sicut igit̄ exaltant̄ celi a terra. sic exaltata est vita illi⁹ a vita hominū. que t̄n posita est pro vita nostra. Sicut enim nihil ad aliquid nullam habet cōparationem. ita vita nostra ad vite illius ꝓportionem. Cum illa nulla dignior sit. nostra nulla miserior potest esse. Cum ergo eī me deuouero: quid queso sum. Nōne sicut stella ad solem: gutta ad fluuiū. lapis ad montē. Sed non huic soli debitor sum. cui nihil retribuere possum. Exigunt a me preterita peccata mea futuram vitā meā: vt faciā dignos fructus penitentie: ꝛ recogitē oēs annos meos in amaritudine anime mee. Sed ad hoc quis idoneus. Peccaui sup numeꝝ arene maris ꝛ mul. sunt pec. mea. ꝛ nō sum dignus aspicere celū ꝛc̄. Qd̄ igit̄ sine numero est quomodo numerabo. Quō sufficiā: cum cogar reddere debituȝ vsqȝ ad nouissimū quadrātem. Sed ꝛ delicta quis intelligit. Quantuȝ penitēā. q̄ȝtūlibet me affligā ꝛ macerē: ꝓpt̄ nomen tuū non ꝓpter pprie meritū ꝓpiciaberis dn̄e pctō meo. ait iustus. multū est eniȝ. Cum igitur q̄cquid vis. quicquid sapis. q̄cquid habes. q̄cq̄d potes. huic vni rei dedicaueris. nūq̄d aliq̄d est: vel in aliq̄d cōputandū est. Sed ꝛ tertiū debitorē ostendā tibi. q̄ nō minus acriter q̄ȝ veraciter sibi vendicat vitā tuā. Puto eniȝ q̄ possidere desideras gloriā illā. quā nec oculus vidit: nec auris audiuit ꝛc̄. regnū oīum seculoꝝ. viuere in eternū: in perpetuas eternitates. Credo q̄ velis equalis esse angelis dei: ꝛ in plateis superne hierusalē melos angeloꝝ audire. ꝛ videre quicq̄d est illud vel erit qn̄ deus erit oīa in oībus. Nōne ad h̄ totū te: ꝛ quantūcūqȝ vndiqȝ trahere poteris: dare oportebit. Et cum oīa impleueris: nō t̄n credas cōdignas

esse passiones huius tpis vel corpis ad futu rá gloriá que reuelabit in nobis. Quid di ces. et si quartú debitoré adduxero imediú. qui sibi iure primatus tres supiores excede re velit. Ecce in ianuis est qui fecit celú et ter ram. Creator tuus: tu creatura. Tu ser9: ille dñs. Ille figulus: tu figmentú. Totú g qd es illi debes: a quo totum habes. Illi precipue dño: qui et fecit te: et bñ fecit tibi. q et tibi mi strat sider cursus. aeris téperié. iocúditatez terre. fructuú vbertaté. huic reuera totis me dullis. totis visceribus seruiendú est: ne for te indignatóis oculo te respiciat: ac despiciat et conterat te in eternú. Expone igit mihi: cui hor qttuor pponis reddere qd debes. cum vnusquisqz tam interius qz exterius ex actor sit. vt te singulariter possideat.

Eia dñe: vim patior: rñde pro me. q: horum quattuor qlibet de iure me tenere pót et suf focare. In manus tuas cómédo spm meú. tu psolue oibus. tu ab oibus me libera. q: tu es deus et nó hó. et qd apud hoies impossibile est. possibile est tibi dñe deus noster.

¶ Sequitur de contéplatione. quó p eá per ueniendú sit ad sapiam sacre scripture.

Ostqz aút diximus qualiter ad sa pientiá nos exercere debeamus p meditationé et oronem. núc breuit tangam9 qliter otempládo ad verá sapiam puenit. Per otéplatóem nápz transit mens nra ad supnam hierusalé. Ad cui9 instar ec clesia est formata. sm illud Exo. xxv. Inspice et fac sm exéplar qd tibi móstratú é i móte. Necesse est enim ecclesiá militáté oforma ri triúphanti: et merita pmijs. et viatores be atis sm q possibile est. In gloria aút triplex est dos: in qua osistit perfectio pmij. scilicet.

Súme pacis tentio
Summe veritatis visio
Súme charitatis fruitio.

Et sm hoc distinguit triplex ordo in supma hierarchia celesti. s. thronor. cherubin et se raphin. Necesse est igitur vt qui vult ad il lam beatitudinem per merita puenire. istor triúm similitudiné sm q possibile est in via sibi comparet. scilicet.

Ut héat
Soporem pacis.
Splendoré veritatis
Dulcoré charitatis.

In his enim tribus requiescit deus: et habi tat tanqz in solio proprio. Necesse est igitur vnúquodqz triú pdictor p tres grad9 ascé dendi distinguere sm triplicé viam. scilicet.

Purgatiuá: q osistit in expulsióe pcti
Illuminatiuá. q osistit in imitatóe xpi.
Unitiuá: q osistit i susceptóe spúsicti.

Ita q quelibet via habet gradus suos. per quos ascenditur ab imo: et tenditur vsqz ad summum.

Radus aút perueniendi ad sopo rem pacis sunt isti septem.

¶ Prio ocurrit pudor in recorda tóe flagicij. Et hoc quantú ad qttuor. scilicet.

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.
Ingratitudinem.

¶ Scdo occurrit timor in circúspectione iu dicij. et hoc quadruplicis. scilicet.

Dissipationis operis.
Excecationis rationis.
Obdurationis voluntatis.
Condemnationis finalis.

¶ Tertio occurrit dolor in estimatione dá ni: et hoc sm quattuor. scilicet.

Quátú ad amissioné diuie amicicie.
Quantú ad pditóem innocentie.
Quantú ad vulneratioé nature.
Quantú ad dissipatioé vite pterite.

¶ Quarto occurrit clamor in imploratóne subsidij quadruplicis. scilicet.

Dei patris.
Filij redemptoris.
Uirginis matris.
Ecclesie triumphátis.

¶ Quinto occurrit rigor in extinctione so mitis siue incentiui qdruplicis. scilicet.

Ariditatis: que est desidia.

Peruersitatis: que est malicia
Voluptatis: que est concupiscentia.
Vanitatis: que est superbia.

¶ Sexto occurrit ardor in appetitu martyrij: et propter quattuor. s.

Propter pfectionem
- Remissionis offense
- Purgationis macule
- Satisfactionis pene.
- Sanctificatōis ꝯcupiscētie alias exactōis ꝯcupiscētie.

¶ Septimo loco occurrit sopor in obumbratione christi: vbi est status et requies: qñ homo sentit se protegi sub vmbra alarū diuinarum. vt non vrat ardore concupiscentie: nec timore pene. Ad qđ non potest perueniri: nisi ꝑ appetitū martyrij. nec ad appetitū martyrij: nisi extinxerit incētiuū. nec ad extinctionem incētiui nisi implorauerit subsidiū. nec ad imploratione subsidij: nisi deploret damnum. nec ad deploratione dāni: nisi timeat iudicium. nec ad timore iudicij: nisi recordetur et erubescat flagiciū. Qui ergo vult hr̄e pacis sopore: procedat ſm ordinem predictum.

g Radus aūt pueniēdi ad splēdorē veritatis: ad quē peruenit imitatione christi. sunt isti septem. s.

Assensus rationis.
Affectus compassionis
Aspectus admirationis
Excessus deuotionis
Amictus assimilationis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.

In quibus hoc ordine progrediendum est.

¶ Primo considera: quis est qui patitur: et ei subdere per rationis assensum: vt credas firmissime ipsum veraciter

Esse
- Dei filium
- Omnium rerū principiū
- Saluatorem hominum.
- Retributorē mēitoꝝ oīuz

¶ Scđo ꝯsidera qualis est qui patit. et ei cōfigurare per compassionis affectum. s.

Innocentissimo

Ut compatiaris ei tanquam
- Mitissimo
- Nobilissimo
- Amantissimo

¶ Tertio considera quantus est qui patit: et ad ipsum egredere per admirationis aspectum. et attende ꝙ ipse est

Immēsus
- Potestate.
- Speciositate
- Felicitate
- Eternitate.

Igit admirare immensam
- Potestatem adnihilari.
- Speciositatem decolorari
- Felicitatem tormentari.
- Eternitatem mori.

¶ Quarto cōsidera qua đ causa patitur. et teipsum obliuiscere per deuotionis excessū. Quia patitur scilicet

Pro
- Tua redemptione
- Tua illuminatione
- Tua sanctificatione.
- Tua glorificatione.

¶ Quinto considera: quali forma patitur et ipsum induere per assimilationis amictū. Passus est enim sicut verus agnus

- Libentissime: respectu proximi.
- Seuerissime respectu sui.
- Obedientissime: respectu patris.
- Prudentissime: respectu aduersarij.

Stude igitur ad habendum habitum ꝫ effigiem imitationis christi. scilicet

- Benignitatis
- Seueritatis.
- Humilitatis.
- Perspicacitatis

¶ Sexto considera quanta sint que patitur. et crucem amplectere per passionis desiderium. vt sicut christus passus est

- Vincula: vt impotens omnipotentia.
- Conuicia: vt vilis bonitas.
- Ludibria: vt stulta sapientia
- Supplicia: vt iniqua iusticia.

Sic et tu desidera passionem crucis. hoc est passionem

Iniurijs in rebus.

Contumelijs in verbis
Plenam Ludibrijs in signis
Supplicijs in tormentis

¶ Septimo considera quid ex hoc consequtur quod patitur. et veritatis radiū intuere per contemplatōis oculū. Quoniam ex hoc quod agnus passus est: septē signacula libri apta sūt. Apoca. v. Liber iste est vniuersalis rex noticia. in quo septem erant clausa homini. que quidē sunt per passionis christi efficaciā reserata. s. Deus admirabilis. Spūs intelligibilis. Mundus sensibilis. Paradisus desiderabilis. Infernus horribilis. Virtus laudabilis. Reatus culpabilis.

¶ Primo enim deus admirabilis manifestatus est nobis per crucem esse sūme et inscrutabilis sapie sūme et irrephēsibilis iusticie. sūme et inenarrabilis misericordie. Sūma enim sua sapia decepit diabolū. Sūma sua iusticia quesiuit redemptōis preciū. Summa sua misericordia pro nobis tradidit filiū suū. Que si diligenter considerentur. deum nobis clarissime manifestant.

¶ Scdo spūs intelligibil' nobis manifestatus est per crucē: secundum differentiā triplicē. scilicet.

Sit benignitatis: quantū ad angelos
Quāte Sit dignitatis: quantū ad homines.
Sit crudelitatis: quantum ad demones. Nam
Angeli permiserūt crucifigi dnm suū
Dei filius crucifixus est propter genus hūanū
Et hoc ad crudelē suggestiōem demonū.

Tertio mūdus sensibil' nobis māifestatus est per crucē. quoniam ē locus tenebrarum plenus. in quo

Cecitas: quoniam lucē verā et summam non cognouit.
Magnat Sterilitas: quoniam iesum christum tanquam infructuosum despexit.
Impietas: quoniam deum et dnm suum et amicum et innocentē dānauit et interfecit.

¶ Quarto padisus desiderabil' nobis manifestatus est per crucem. in quo est.

Fastigium totius glorie.
Spectaculum omnis leticie.
Promptuarium omnis opulentie.

Unde deus propter illarum habitationē nobis restituendam: factus est pro nobis homo. scilicet.

Vilis
Miser
Pauper

In quo celsitudo abiectionem induit. iusticia reatum subijt. opulentia egestatem suscepit. Nā altissimus imperator accepit seruitutem abiectā vt sublimaremur in gliā. Iustissimus iudex subijt reatum penalissimum: vt iustificaremur a culpa. Opulentissimus dñs suscepit egestatem extremam. vt locupletaremur in copia.

¶ Quinto infernus horribilis manifestatus est nobis per crucem. locus vtique plenus

Egestate et penuria
Omni Vilitate et ignominia.
Calamitate et miseria

Unde si necesse fuit hec christum pati propter peccati delectionem. multo fortius oportet hec pati damnatos: propter iustam meritorum suorum retributionem.

¶ Sexto manifestata est nobis per crucem virtus laudabilis. quantum scilicet

Preciosa
Sit Speciosa.
Fructuosa.

Preciosa. quia potius voluit xps vitam corporalem perdere: quam virtuti contraire.
Vere Speciosa: quia in ipsis contumelijs relucebat.
Fructuosa: quia vnus actus perfecte virtutis infernum spoliauit: celum aperuit: perdita restaurauit.

¶ Septimo manifestatus est nobis per crucem reatus culpabilis: quantum sit detestabilis: cum ad sui remissionem indigeat

Magno precio
Tam Grandi piaculo.
Difficili medicamento.

¶ Ecce igitur habes quomodo in cruce oīa

manifestantur si bene ad hec septem reducā tur. Omnia enim ad hec septem reducūtur Unde ipsa crux vere beata

Est
Clauis.
Porta.
Uia.
Splendor veritatis

Quā qui deuote sibi tollit: ⁊ sequitur christum iuxta modum preassignatum: non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite.

Gradus autem perueniendi ad dulcorem charitatis: sunt isti septem. s.
Uigilantia sollicitans
Confidentia confortans.
Concupiscentia inflammans
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans
Leticia delectans.
Adherentia conglutinans.

In quibus hoc ordine pgredi debes: quis ad pfectioné charitatis ⁊ amoris spūsancti ptingē. ¶ Primo ergo necesse ē: vt vigilātia te sollicitet: pp spōsi pmptitudinē. adeo vt possis dicere illō ps. Deus deus meus ad te ō luce vigilo. Et illud sponse Canti. v. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. Et illud ysa. xxvi. Anima mea desiderauit te in nocte. sed ⁊ spū meo in pcordijs meis: ō māe vigilabo ad te. ¶ Secundo vt ɔfidentia te confortet: pp spōsi certitudinem: adeo vt vere possis dicere. In dño confido. Et illud In te dñe speraui. Et illud Job. xiij. c. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. ¶ Tertio vt concupia te inflāmet pp sponsi dulcedinē: adeo vt possis dicere. Sicut ceruus desiderat ad fon. aqrū: ita desi. aīa mea ad te deus. Et illud Canti. viij. Fortis est vt mors dilectio. Et illud. Or amore lāgueo. ¶ Quarto vt excedentia te eleuet: propter sponsi celsitudinem: adeo vt possis dicere cū ps. Quā dilecta tab. t. dñe. v. Et illud Canti. i. Trahe me post te ⁊c. Et illō Job. vij. Suspendium elegit aīa mea. ¶ Quinto vt cōplacentia te quietet: pp spōsi pulcritudinem: adeo vt possis dicere illud sponse. Canti. iij. Dilectus meus mihi: ⁊ ego illi. Et illō Cāti. v. Dilectus meus cādidus ⁊ rubicūdus: electus ex milibus. ¶ Sexto vt leticia te delectet ppter spōsi plenitudinē: adeo vt possis dicere. Scōm multitudinē dolorū me. in cor. m. ɔso. t. le. a. m. Et illud. Quā magna multitudo dul. t. dñe. Et illud. ij. Chorin. vij. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio ⁊c. ¶ Septimo vt adherētia te conglutinet: pp amoris spōsi fortitudinē: adeo vt possis dicē illud ps. Mihi aūt adherere deo bonū est. Et illud pauli. Quis nos separabit a charitate christi. ¶ In his. n. gradibus ordo est nec statur ē añ vltimū. nec ad illū puenit nisi p gradus intermedios: ⁊ mutuo se pariunt. Et in primo viget ɔsideratio. in ceteris vō sequntibus dñat affectio. Uigilantia. n. ɔsiderat qz honestū: qz ɔferēs: qz delectabile sit diligere deū. Et ex h qsi nata ɔfidētia parit ɔcupiscētiā: ⁊ illa excedētiā. quousqz pueniat ad copulā: ⁊ osculū: ⁊ āplexū dilecti ⁊ amātissimi ¶ Gradus pertinentes ad purgationem sic distinguuntur.

Possunt aūt dicti gdus alit distigui. ⁊ quasi in idem redeūt: vt primo distinguantur gradus purgationū sic

ppter
Flagicium erubesce.
Judicium contremisce.
Dammum ingemisce.
Remediū iplora subsidium
Aduersariū extigue icēdium.
Brauiū anhela ad martyriū
Umbraculū approxia ad xp̄s

¶ Gradus pertinentes ad illuminationem sic distinguuntur. Nota.

Quis patit: ⁊ credens captiuare.
Qualis q patit: ⁊ ɔdolēs amaricare.
Quātus qui patit: ⁊ stupēs admirare.
Qua de causa patit: ⁊ ɔfidens pcare.
Quali forma patit: ⁊ sequēs assilare.
Quāta q patit. ⁊ ardens amplexare.
Quid ad hoc consequitur qp patitur. ⁊ intelligens contemplare.

Gradus vie vnitiue sic distinguuntur.

Uigilantia ſollicitet:propter ſpōſi ꝓm
pritudinem ⸝tudineꝫ
Cōfidentia corroboret:pp eius certi⸝
Cōcupia inflāmet:pp eius dulcedinē
Te Excedentia eleuet:propter eius celſitu
dinem ⸝critudinem.
Complacētia alliciat:propter eius pul
Leticia inebriet : propter amoris eius
plenitudinem. ⸝titudinem
Adherētia cōglutinet:ꝓpter eius for⸝
Ut dicat ſp deuota aīa in corde ⁊ in ore ſuo
Te quero
In te ſpero
Te deſidero
Ad dn̄m In te conſurgo
Te accepto.
In te exulto
Tibi finaliter adhereo

¶ Nō ꝙ gradus ꝓficiēdi pn̄t etiā aliter di
ſtingui ſꝫ triplicē dr̄iaꝫ triplicatā triplici hie
rarchie conſonā. Nam cuilibet proficere vo
lenti:neceſſaria ſunt tria.ſ.
Amaritudo Et hoc poſt lap⸝
Gratitudo ſum. Si eni homo
Similitudo nō peccaſſet: duo
ſufficerent.ſ.gratitudo ⁊ ſilitudo. Gratitudo
videlicet pp gratiam. ſilitudo vero pp iuſti⸝
ciam. Sed nūc etiā neceſſaria eſt amaritudo
pp medicinam. Pctā.n.per delectationem
ꝑpetrata:nō pn̄t purgari aliquo mō aut dele
ri.niſi cōrio per afflictionē ⁊ amaritudinem
In ipſa autem amaritudine debet
Ponderatio malorū cōmiſſorū
propter proprias nequicias.
Eſſe Perpeſſio dolorꝫ:pp xp̄i āguſtias
Poſtulatio remediorum:propter
proximi miſerias.
In gratitudine autem ſimili modo debet.
Admiratio beneficiorūꝫ:pp crea
tionē de nihilo ⸝onē de pctō
Eſſe Accumulatio meritorꝫ:pp repati⸝
Actio grāꝫ pp ereptōeꝫ ō iferno.
Creatio ad imaginem
Fuit eni Redēptio p ppriū ſanguinē.
Ereptio vſqꝫ ad celi altitudineꝫ
In ſilitudine etiā patri modo debet eē
Aſpectus ỽitatis eleuatus ad ſupiora.
Affect⁹ charitatꝫ dilatat⁹ ad exteriora.
Act⁹ virilitatꝫ ordinatus ad interiora.
Eleuatio ad ſuperiora debet diligenter
fieri per aſpectum veritatis. ⁊ hoc
Contemplationem dei:intelligentia.
ꝑ Circūſpectionem vniuerſorꝫ:ſcia
Captiuationē iudiciorꝫ:fide formata
Item dilatatio ſeu extēſio circa exteriora de
bet fieri diligenter p affectū charitatꝫ. ⁊ hoc
Appetitū deliciarꝫ celeſtiū:ſapientia.
ꝑ Amplexum rationabilium : amicitia
Contemptum voluptatum carnaliuꝫ
modeſtia.
Item ordinatio ſiue exercitatio circa interio
ra dꝫ fieri diligenter per actum virilitatꝫ. ⁊ ſꝫ
Aggreſſum difficilium:ſtrenuitate.
ꝑ Actum laudabilium:magnanimitate
Amplexum humilium:humilitate
Purgatio autem in amaritudine
Contritio reſpectu ſui:dꝫ eſſe dolo⸝
roſa per triſticiaꝫ:propter mala ꝑmē
tia teipſum:chriſtum ⁊ proximum.
Compaſſio reſpectu chriſti:dꝫ eſſe ti
moroſa per reuerentiam :pp iudicia
In q̄ latentia : ⁊ tn̄ vera licet incerta. ſicut
eſt tempus dies ⁊ hora.
Cōmiſeratio reſpectu ꝓximi: dꝫ eſſe
clamoroſa per confidentiam : ꝓpter
p̄ſocinia ſp parata per deuꝫ:per chri
ſtum: ⁊ per ſuffragia ſanctorūꝫ
Illuminatio in ſimilitudine in qua eſt aſpe⸝
ctus veritatis prime. qui debet
Erectus ad incōprehenſibilia
Eſſe Extentus ad intelligibilia
Exinanitus ad credibilia.
In qua etiam eſt affectus charitatꝫ. qui debꝫ
Erectus ad deum
Eſſe Extentus ad proximum
Exinanitus ad mundum
In qua etiam eſt actus virilitatis: qui debet
Erectus ad commendabilia.

Esse Extentus ad cōmunicabilia.
Exinanitꝰ ad cōtemptibilia.
Equitur pfectio in gratitudine. in q̄ ē
r Vigilantia exurgēs ad cāticū: ppt̄ bñficiorꝫ vtilitatem. Leticia exultās ad iubilum propter donorꝫ preciositatē. Beniuolentia accendens ad amplexum: ꝓpter dantis liberalitatem. ¶ Nota q aspectꝰ veritatis debet esse erectus ad incomprehensibilia. ꝛ hec sunt mysteria summe trinitatis: ad que erigimur cōtemplando ea: ꝛ hoc dupliciter. Vel per positionē: vl' per ablationē Primū ponit augustinus. scḋm dionysius. ¶ Per positionē p̄mo itelligimꝰ in diuinis esse q̄daꝫ vt cōmunia. q̄daꝫ vt ꝓpria: q̄dā vt appropriadia. Que si sunt media inter hec ꝛ illa. ¶ Intellige ḡ ꝛ cōtēplare si potes circa deū cōmunia. ꝛ vide q̄m deꝰ ē Essentia prīa Natura pfecta. Vita btā. Que necessariam habēt ꝯseq̄ntiā. ¶ Iterū intēde ꝛ vide si potes: q̄m deus est Eternitas p̄ns. Simplicitas replens. Stabilitas mouens. Que similiter cōsequentiā habent ꝛ cōnexionē nālēꝫ. ¶ Postremo attēde ꝛ vide q̄m deꝰ ē Lux inaccessibilis. Mēs inuariabil'. Pax icomprehēsibil'. Que nō t̄m essentie vnitatē: sꝫ etiam icludūt pfectissimā trinitatē. ¶ Lux quidem tanq̄ parēs generat splēdorē. lux aūt ꝛ splēdor ꝓducūt calorē. ita q calor ꝓcedit ad vtroqꝫ: licet non p modū ꝓlis. Si ḡ deꝰ vere lux est inaccessibil': vbi splēdor ꝛ calor est substantia. ibi hypostasis vere in deo ē p̄r ꝛ filius ꝛ sp̄ūsctūs. Que sunt ꝓpria diuinarū psonarꝫ. ¶ Mēs etiā tanq̄ p̄ncipiū ꝯcipit ꝛ ꝓducit a se v̄bū: a qbꝰ emanat amoris donum. Et h̄ in omni mēte pfecta ē reperire. Si ergo deꝰ est mēs inuariabil'. planū ē in deo esse p̄ncipiū p̄mū: verbū eternū: ꝛ donū pfectum. que sunt propria diuinarꝫ personaruꝫ. ¶ Pax etiā includit nexū plurimorū. Perfecte aūt necti non p̄nt nisi silēs. Silēs auteꝫ esse non possunt: nisi ambo a tertio: vel vnꝰ ab altero. Sed in diuinis non p̄nt ambo eē a tertio eodem mō. Necesse est ergo q si in diuinis ē vera pax: q ibi sit prima origo: eiꝰ imago: ꝛ vtriusqꝫ cōnexio. ¶ Deinde in diuinis sunt appropriata ḃm triplicē differētiā ¶ Prima appropriata sūt Unitas Ueritas Bonitas. Attribuit vnitas patri: q: origo. Ueritas filio: q: imago. Bonitas spiritui sancto: q: connexio. ¶ Scḋa appropriata sunt: ptās: sapiā: volūtas. Attribuit ptās patri: q: est principium. Sapientia filio: q: est v̄bum. Uoluntas sp̄ūisctō: q: est donum. ¶ Tertia appropriata sunt: altitudo: pulcritudo: dulcedo. Attribuit altitudo p̄ri. ꝓpter vnitatem ꝛ ptātem. Nihil enim aliud est altitudo q̄ꝫ singularis ꝛ vnica ptās. Pulcritudo filio: propter veritatem ꝛ sapiām. Nā sapientia multitudinem ideaꝝ: v̄itas aūt eq̄litateꝫ includit Pulcritudo aūt nihil aliud est q̄ꝫ eq̄litas numerosa. Dulcedo sp̄ūisctō: ꝓpter bonitatem ꝛ voluntatē. Ubi eni sūma bonitas est iūcta cum volūtate: ibi est summa charitas ꝛ sūma dulcedo. ¶ Est igitur in deo Altitudo terribilis. ꝛ hic est status erectionis. Pulcritudo mirabilis. ꝛ hic est status contemplationis. Dulcedo desiderabilis: ꝛ hic ē statꝰ glificationis. ¶ Hec est igit erectio p viā affirmationis. Sꝫ alia est eminētior: p viā negationis. Q̄m vt dicit diony. Affirmationes incōpacte sunt. Negatiōes v̄o licet minꝰ videantur dicere. plus t̄n dicūt. Et hic modus erectōis est p abnegationē triū. ita q in negatōibꝰ ill' sit ordo. incipiēdo ab iferioribꝰ vsqꝫ ad supiora. Est etiaꝫ supeminēs positiōis inclusio. Ut cū dicit. deꝰ nō est qd sensibile: sꝫ supsensibile nec imaginabile sꝫ supimaginabile. nec itelligibile: sꝫ supintelligibile. nec existens hoc vl' hoc. sꝫ sup omne ens. Et tūc v̄itatis aspectus fert in mētis caliginē: ꝛ altius eleuat: ꝛ ꝓfundius egredit: p eo q excedit se ꝛ oē creatū. Et hic est nobilissimꝰ eleuatiōis modus. Sꝫ t̄n ad hoc q sit pfectꝰ: ꝑerigit aliū. sicut pfectio illuminationē: ꝛ sicut negatio affirmationē. ¶ Hic aūt modus ascēdēdi tāto ē vigorosior: q̄to vis ascēdēs ē itimior. tāto fructuosior: q̄to affectio proximior. Et iō vtile val

de est in illa exerceri. ¶ Ut ergo in hac eleuatiōe ṽitatis aspect⁹ se valeat exercere: nota q in prima hierarchia veritas est Aduocāda p gemitū ⁊ orōnem. ⁊ hoc est angelorū. Audiēda p studiū ⁊ deuotionē: ⁊ hoc est archangelorum. Annūcianda p exemplū ⁊ predicationē: ⁊ hoc est principatuū. ¶ In secunda hierarchia veritas est Adeūda p refugiū ⁊ cōmissionē. ⁊ hoc est potestatuū. Apprehendenda p zelū ⁊ emulationē. ⁊ hō ē ṽtutū. Associanda per sui cōtēptū ⁊ mortificationē ⁊ hoc est dn̄ationū. ¶ In tertia hierarchia veritas est Adoranda per sacrificiū ⁊ laudē ⁊ hoc est thronorū. Admiranda p excessum ⁊ contemplationem: ⁊ hoc est cherubin. Amplexanda per osculum ⁊ dilectionem. ⁊ hoc est seraphin.

¶ Nota diligenter predicta: quoniam in illis est fons vite.

¶ Finit paruum bonum: vel regimen conscientie scti Bonauē. qd̄ vocat fons vite.

¶ Incipit Centiloquiū scti Bonauenture.

ecce descripsi eam tibi tripliciter in cognitionibus ⁊ scia. vt ondērem tibi firmitatem ⁊ eloq̄a ṽitatꝫ rn̄dē ex his illis q miserūt te .puerb. xxij. Informans sapiens in his ṽbis cū q intēdit ad p̄dicationis officiū promoueri. q̄ttuor innuit studioso discipulo vidēda. s. in quo ē studēdū. q: in triua traditione: cū dicit. Ecce descripsi eā. s. doctrinā sacrā tripliciter. q: ad discretionē boni ⁊ mali i formaui rōnalē. ad reiectionē mali aīam ui irascibilē. ad dilectionē boni excitaui ɔcupiscibilē. Itē tripl'r doctrina sacri canōis est descripta. q: p̄ter l'ralē sensuꝫ trib⁹ modis tradit exponēda. s. moral'r siue tropologice. allegorice. ⁊ anagogice. Tropologia siue moralitas est. qn̄ p illō qd̄ factū est dat intelligi qd̄ faciendū ē. Allegoria ē. qn̄ p illō qd̄ factū ē indicat illud. s. qd̄ credendū ē. Anagogia est quasi sursuꝫ ductio. qn̄ p vnū factū itelligēdū est illō qd̄ desiderādū ē. s. eterna felicitas btōrū. ¶ Scd̄o de q̄ ē ɔferendū. q: d audita lectōe. cū addit. i cogitatōib⁹ ⁊ scia. i. vt cogites q̄ audisti. ⁊ itellectū freq̄nt' cogas circa ruminatōēꝫ: vt scias vbi audita ⁊ ruminata cōprehēdas p cognitionē. ¶ Tertio qd ppōnēdū in p̄dicatiōe. q: p̄cepta moralia q̄ sub lege nature: scripture ⁊ grē firma ⁊ imobilia p̄māserūt: ⁊ euāgelia p̄cipue q̄ ex ore altissimi p̄dierūt: cū dic. vt ondērē tibi firmitatē ⁊ eloq̄a ṽitatꝫ. ¶ Quarto p qd rn̄dēdū i iterrogatōe. q: p ea q̄ sūt ex lectōe p̄cepta. i rōe collecta: ⁊ p̄dicatōe ɔcepta: cū subiūgit. rn̄dere ex his: examiatorib⁹ illis q miserunt. i. missi sūt quō examinēt te. ¶ In āminiculuꝫ itaqꝫ puulorū: rudis rogat⁹ a rudib⁹: rudē tractatū rudib⁹ cōpilaui. i q̄ rudiū ruditas circa generalia theologie saltē rudit' poterit erudiri: ⁊ ex lacte isācie ad cibū solidū p̄uia dei grā cuꝫ sensus idustria p̄pari. Collegi aūt hec ex diuersis ꝓborū: q̄ hīcinde decerpēs i. vni⁹ opusculi āgustiā coartaui. Qd̄ cū ⁊ cētū recipiat sectōes: cētiloquiū poterit appellari. Cui⁹ ɔtinētia vt facili⁹ pateat regrēti: p̄mittunt cētū tituli sectōnū. q̄ ex q̄ttuor ptib⁹ distiguuntur. In vniuerso. n. agit de q̄ttuor i p̄nti opusculo. s. de malo sub rōne culpe p̄. De malo sub rōne pene scd̄o. De bono sub rōne grē tertio. De bono sub ratione glīe quarto.

Pars prima habet. xxxiij. sectōes.

Pria ē de malo culpe i generali
Secunda de tentatione.
Tertia de diffinitione peccati.
Quarta de peccato originali.
Quinta de peccato actuali.
Sexta de peccato veniali: ⁊ mortali.
Septima de ignorantia.
Octaua de omissione ⁊ negligentia
Nona de cōmissione ⁊ acceptione
Decima de errore: prauo iudicio: ⁊ psonarū
Undecima de peccato consensus: de peccato contra conscientiam. ⁊ de perplexitate.
Duodecima de mendacio: piurio ⁊ ɔtētiōe.

Tricesimasexta de grā in comparatione ad habit⁹ gratuitos: vt sunt v̄tutes in generali.
Tricesimaseptima de fide.
Tricesimaoctaua de continētia symboli quā tum ad articulos.
Tricecisimanona de spe.
Quadragesima de charitate.
Quadragesimaprima de prudentia
Quadragesimasecunda de temperantia.
Quadragesimatertia de fortitudine.
Quadragesimaquarta de iusticia.
Quadragesimaquinta de donis sp̄ussancti
Quadragesimasexta de beatitudinib⁹ ꝛ vita actiua cum operib⁹ misericordie. ꝛ de vita contemplatiua cū oratione. ꝛ de duodecim fructibus: ꝛ quinqꝫ sensibus.
Quadragesimaseptima de sacris i generali
Quadragesimaoctaua de baptismo.
Quadragesimanona de confirmatione.
Quinquagesima de eucharistia.
Quinquagesimaprima de penitentia.
Quinquagesimasecunda de vnctiōe extrema.
Quinquagesimatertia de ordine.
Quinquagesimaquarta de matrimonio
Quinquagesimaquinta de impedimentis matrimonij in generali.
Quinqgesimasexta de ipedimēto affinitatis ꝛ cognatōis in spēali. ꝛ p̄ d̄ affinitate.
Quinquagesimaseptiā de cognatōe triplici.

q Uarta pars tribus sectionibus est contenta.

Prima de triplici differētia p̄mij.
Secunda de expedientia ad premium
Tertia de sufficientia gaudij.

¶ Incipit prima pars que h₃.xxxiij.sectōes
¶ De malo culpe i generali. Sectio.p̄ma

m Alum considerare occurrit quantum ad diffinitionem. Quod diffiniēs Augustinus ait. Malū est priuatio modi: speciei: ꝛ ordinis. Ad cuius intelligentiā est notādū ꝙ creatura q̄libet q̄ntūcūqꝫ modica cōparari habet ad deū s̄m triplex gen⁹ cause. s. efficientis: formalis ꝛ finalis. ꝛ sic habet modū: spēꝫ ꝛ ordinē. Creatura vo rōnalis nō solū h₃ modū: spēm ꝛ ordinem: put est natura quedam sicut cetere creature. verūetiam prout est volūtate libera. Volūtas autēꝫ nostra qñ habet modū: speciem ꝛ ordinem: tunc est bona. Tunc autēꝫ habet hec tria qñ in operando continuatꝛ virtuti diuine: vt p̄ncipio mouenti. cōformatur ei: vt regule dirigenti. vnitꝛ ei vt fini quietanti. In p̄mo ē modus. in scdō est spēs. in tertio ordo attenditꝛ: s̄m triplex genus cause. Qñcūqꝫ vero quis peccat mortaliter: discontinuatꝛ necessario a deo tanq̄ a principio mouente. q: deus nūq̄ꝫ mouet ad pctm̄. Discordat a deo tanq̄ a regula dirigente. Elongatur ꝛ deordinatur a deo tanq̄ a fine quietante. ponens creaturā finem sui. Et sic malū culpe priuat ꝛ corrumpit hec tria insepabiliter ꝛ eq̄liter. non tñ totaliter in rōnali creatura: inquātum est agēs volūtarie ꝛ libē vltra alias creaturas. Malum vero pene corrumpit hec tria predicta: prout cum alijs creaturis conuenit in natura. ¶ Item consideratꝛ malū quantuꝫ ad distinctionē. Distinguitꝛ enim malū p triplicēꝫ differentiam. s. in malū culpe siue trāsgressionis. malū pugne siue tētatōis. malū pene siue punitionis. Malū culpe idem est qđ iniusticia generalis siue absentia debite honestatis vel passio voluntaria. Malum pene est absentia debite delectationis cū sensu sui p̄xij. siue passio inuoluntaria. Malum pugne tenet medium inter ista. nam diabolo est culpa in instigādo. iusto ē pena in reluctādo. Quātum ad subdiuisionem. Subdiuiditꝛ. n. malū culpe s̄m se: ꝛ per se. qđ nullo modo potest benefieri. i. vt odire deū. ꝛ blasphemare deū. In malum in se siue in genere. vt occidē. qđ pōt bñ fieri ,ppter iusticiā. In malū ex circūstantia. vt dare elemosinā propter vanāgloriam. Itē ɔsideratꝛ quantū ad introductionē Et sic malū originatur a bono. i. a voluntate ꝛ libero arbitrio non efficiente. sed deficiēte

Substantificat in bono.nõ enim est essentia aliqua vel natura:sed corruptio boni.q̃ non põt esse nisi in bono qđ corrũpit.i.in libera voluntate.Contrariat bono. Ad qđ intelligendum nota:q malũ corrumpit ⁊ perimit iusticiam.idest rectitudinẽ voluntatis. Tria enim circa rectitudinem anime attendũtur. scilicet potentia rectificabilis:hanc non corrumpit.habitus rectificans:hunc priuat simpliciter:⁊ corrumpit scilicet gratiam ⁊ virtutes.habilitas media:⁊ hanc diminuit dũ minus redditur homo habilis ad bonum per peccatũ.nõ tñ tollit eam.Nõ enim opponit malũ illi habilitati rõne nature cuius est.sed rõne grẽ ⁊ virtutis siue finis ad que est.

¶ De tentatione. Sectio ij.

Malũ tentatõis siue pugne notificatur p diffinitõem Hugõis de sancto victore.Tentare est callide experiri.⁊ quasi quibusdã blandis conatibus ꝓbare. Ansˀ. Omnis tentatio ꝓbatio ẽ. Cassiodorus.Tẽptatio diaboli ẽ assimilatio apparẽtis boni ad fallendũ.Sic etiã aliter diffinitur.Tentatio est pulsatio ex intentõe vel ꝓposito ad declarandum bonum hoĩs siue malũ. ¶ Multiplicatur p diuisionẽ. Potest enim tentatio ꝯsiderari quantũ ad motiuũ.⁊ sic diuidit tentatio in eã que est ab hoste:a carne:⁊ a mũdo.Iuxta illud. Mũdꝰ: caro:demonia:diuersa. mouent ꝑlia.Item in eã que est tẽtatio:alia ab hoste:alia a carne:prima generaliter.scđa spẽaliter. ¶ Diuidit etiã quantũ ad instrumentũ:⁊ sic generaliter est illa diuisio gregorij.Est quedam tentatio per vicia.quedã p flagella.Spẽalit ⁊ sic est illa sup psalmos:Omnẽ escam abominata est aĩa eoꝝ. Multiplex est tentatio. quarũ est error siue nesciencia vie veritatis. Secunda:difficultas vincendarum concupicentiarũ.Tertia tedium boni.Quarta:tempestas seculi. ¶ Quantũ ad effectum:⁊ sic generaliter est illa.i.Chori.x.Tentatio vos nõ apprehẽdat nisi hũana.Tentatio alia diabolica:alia humana.Diabolica malũ habet exitũ:q: terminat in mortali.Humana non habet piculosum exitũ.q: vel ibi est peccatũ veniale.vel nulla est ibi culpa. Specialiter: ⁊ sic est illa de doctrina christiana. Diabolus tentat aut vexando carnẽ : aut vulnerando naturalia.aut expoliãdo ğtuita. ¶ Quãtum ad gradum:⁊ sic generaliter est illa:tentatio alia exterior:alia interior. Spẽaliter:et sic est illa Grego.Tentatio tribus modis ꝑficit.s.suggestione. delectatõne:⁊ consensu. ¶ Quantũ ad tentandi modũ. Et sic est illa generaliter ⁊ implicite sup psalmo. Qui habitat in adiutorio. Quedã tẽtatio est leuis ⁊ occulta:quedã grauis ⁊ occulta. q̃dã leuis ⁊ manifesta.q̃dã grauis ⁊ manifesta. Generaliter ⁊ explicite.sic est illa Berñ.p septem membra. Prima est iportuna:q̃ ptinaciter isistit. Scđa est dubia: que animũ dubietatis nebula inuoluit.Tertia est subita: que iudicium rationis preuenit. Quarta occulta que deliberationis ordinem ꝑterfugit. Quinta ẽ violentia.que vires nr̃as transcendit.Sexta fraudulenta:q̃ animũ seducit. Septima perplexa.que varijs vicijs impetit.Si specialiter ⁊ implicite:sic est illa august. Diabolus tentat vt leo.tentat vt draco.Si specialiter ⁊ explicite:sic est illa grego.super Iob.Diabolus opprimendo rapit.insidiando circũuenit minando terret.suadendo blanditur.desperando frangit:ꝓmittendo decipit. ¶ Diuersificat aũt per intentionẽ. Naꝫ tentat deꝰ vt erudiat.diabolus vt decipiat.mundus vt alliciat.homo vt coniiciat.caro vt inficiat.

¶ De diffininitione peccati. Sectio iij.

Viso de malo culpe in generali:⁊ de malo pugne qđ impellit ad culpaꝫ. descendendũ est ad peñ in spẽali. Circa qđ tria considerare debemus.s. modum diuisiuũ.modum diffinitiuũ. modum punitiuũ. Põt autem peccatũ cõsiderari formaliter.put dicit priuationẽ.⁊ materialiter put substernit sibi aliquam actionẽ. ¶ Habet ergo formales diffinitões: put dicit priuationem p hũc modũ. Nã aut dicit recessum a

bono:⁊ sic trib⁹ diffinitōib⁹ q̄si idē circūloquētib⁹ diffinit̃. Prima in libro de ciui. dei hec est. Peccatum est absentia boni vbi debet esse. Scđa in libro de christiana religiōe Peccatū est appetitio nō naturarum malarum:sed desertio melioꝝ. Tertia in libro de natura boni. Peccatū est corruptio speciei: modi:⁊ ordinis. ℂ Aut dicit recessum a nature rectitudine.⁊ sic triplex diffinitio idem circūloquens inuenitur. Prima est Damasceni. Peccatū est ab eo qđ est ſm naturā: in id quod est preter naturam cōuersio. Secunda est anselmi. Peccatū est carentia debite iusticie. Tertia est Augustini. Peccatū est defectus quidam a luce veritatis. naturā non perimens.sed obscurans. ℂ Aut dicit recessum ab omnis boni complemento ⁊ ꝑfectione.⁊ sic tripliciter diffinit̃. Prio ab augustino in libro de libero arbitrio. Peccatum est auersio a bono incōmutabili. Secūdo ab eodem in libro.de christiana religiōe. Peccatū est carere bonis incōmutabilib⁹ quibus fruendū est. Tertio etiā ab eodē. Peccatū est tenebra intellectus. ℂ Habet quoqꝫ peccatū materiales diffinitōes:ꝓut substernit sibi actū.⁊ ſm hoc potest tripliciter cōparari. Aut ad deū quē offendit. Et sic tripliciter diffinit̃. Prio ab augustino ꝯ manicheos. Pctm̄ est in ꝑceptis veritatis:vel in ipa veritate errare. Scđo ab ambro.in li. de paradiso. Peccatū est ꝑuaricatio legis diuine: ⁊ celestiū inobediētia mādatoꝝ vel ꝑceptorū. Tertio ab augustino. Peccatū est dictū vel factū vel ꝯcupitū ꝯ legē dei. ℂ Aut ad virtutē quā excludit. Et sic triplex dat̃ diffinitio de pctō. Prima ē Basilij. Peccatū ē dispositio aīe:ꝯrie se habēs ad virtutē. Secunda Augu.in libro de duab⁹ aīab⁹. Peccatū est volūtas retinēdi vel assequendi qđ iusticia vetat. Tertia est Augu.in li.de vera religiōe. Pctm̄ est appetere q̄ xp̄s ꝯtēpsit: vel ꝯtēnere que xp̄s appetijt. ℂ Aut ad bonū qđ pretendit. Et sic tripl'r diffinit̃. Prio ab Aug. i li.de ci.dei. Pctm̄ est male vti bono. Scđo ab eodē in li.de trinitate. Peccatum est vti fruendis:⁊ frui vtendis. Sil'r in libro.lxxxiij.questionū. Tertio in libro de libero arbitrio. Pctm̄ est spreto bono incommutabili:rebus cōmutabilibus adherere. Due aūt inueniunt̃ diffinitōes pcti. Una ē hec. Peccatum est actus incidēs ex defectu boni. Scđa est hec. Peccatū est demeritum pene eterne.

ℂ De peccato originali. Sectio iiij.

Viso de peccati diffinitōe:sequit̃ videre de diuisiōe. Diuidit̃ aūt pctm̄ in origiale ⁊ actuale.veniale ⁊ mortale.delictū ⁊ cōmissum. Et he diuisiōes sumunt̃ penes causam formalē. Itē in peccatū cordis:oris:⁊ opis. Itē in peccatū superbie siue inanisglorie.inuidie:ire:acidie:auaricie: gule:luxurie. Jn ꝯcupiscentiā carnis.in cōcupiscentiam oculoꝝ.⁊ supbiā vite. Jn peccatū cogitationis:delectatōis:consensus.operis:⁊ ꝯsuetudis. Et he sumunt̃ penes causā materialē. Itē peccatū aliud ex infirmitate: aliud ex ignorantia.aliud ex certa malicia ꝑpetrat̃. Itē peccatū aliud ex timore male humiliante.aliud ex amore male accendente. Et he sumunt̃ penes conditiones peccantis. Item peccatū aliud in deū:aliud in se:aliud in ꝓximū. Et he sumunt̃ penes circunstantias eius in quē peccatur. Primā diuisiōē ꝓsequamur. Prio q̄ntum ad peccatū originale. Circa qđ sunt quattuor attendēda.diffinitio:corruptio:curatio:⁊ noiatio. ℂ Diffinit̃ aūt pctm̄ originale ab Ansel.sic. Peccatū originale est carentia siue nuditas debite iusticie ꝑ inobedientiā ade facta.quā comitatur carentia visionis dei. Ista diffinitio est formalis indicās huius peccati essentiā:cām ⁊ penā. Itē aliter diffinit̃ sic. Peccatū originale est viciū ex qualitate semis in humana natura natū. Ista est materialis:ondens originalis peccati effectū ⁊ originē. Itē diffinit̃ tertio ab augustino sic. Peccatum originale est concupiscentia vel concupiscibilitas que paruulū facit ꝯcupiscibilē:adultum ꝯcupi

scentem. ¶ Corrumpit̄ aūt genꝰ humanū ꝑ originale peccatū:q: licet aīa nō sit ex traduce originalis tñ culpa trāsit ab aīa ade ad animas posteroꝝ:mediante carne infecta: tanq̄ȝ ꝑ ꝯcupiscentiā generata:⁊ ꝑ libidineȝ seminata:que infectionē secū trahens:aīam sibi vnitā inficit ⁊ vitiat.nō tm̄ pena:ſȝ ⁊ culpa. Et sic hō ꝑ ꝯcubitū generatus:nascit̄ natura filius ire.q: priuatus est rectitudine diuine iusticie.ꝓpter cuius absentiam incurrit q̄ȝtū ad aīam infirmitatē:ignorātiā maliciā ⁊ ꝯcupiscētiā.q̄ȝtū vero ad corpus penalitates.labores:dolores:defectus: morbos multiplices.⁊ ꝑter hec penā mortȷ̃ ⁊ incinerationis:penā carētie visiōis dei ⁊ amissiōis glīe celestis.tā in puulis q̄ȝ in adultis. ¶ Curat̄ aūt originale peccatū ꝑ baptismū sic quantū ad culpam:ꝙ tñ remanet quantū ad temporalem penā.Sic curat̄ q̄ȝtum ad reatū pene eterne:ꝙ remanet q̄ȝtum ad actū ⁊ motum ꝯcupiscentie.Sic curat̄ in parēte ꝙ nihilominus a curato parente transmittit̄ i generatam ꝓlem. Sic tollit̄ originalis culpe macula:ꝙ remanet sequela.cū qua oportet nos pugnare:q̄ȝdiu viuimus in hac vita.

¶ Nominat̄ autem originale diuersis vocabulis:tam ex parte culpe:q̄ȝ ex parte pene. Comparatū enim ad aīam dicit̄ infirmitas. q: reddit aīam impotentē resistere motibꝰ. Dicit̄ feditas.q: ſm eam anima rōne corporis coinquinat̄.Dicit̄ ꝓnitas.ꝓpter inclinationem appetitus ad malū. Dicit̄ corruptio:q: ducit ad nihilum ſȝ ad peccatū. Dicitur vitiū:q: diminuit naturales virtutes. Dicitur languor nature propter diminutionem boni naturalis ⁊ delectabilis. ¶ Comparatum vero ad corpus dicitur lex carnis: q: est pena a lege iusticie naturaliter inflicta. Dicit̄ lex mēbroꝝ:q: prestat aptitudinē ad faciendū opera mala.Dicit̄ tyrannus:propter dn̄ationem quasi violentā in ꝯcupiscentȷ̃s.Dicit̄ fomes:q: est causa materalis conseruandi peccatū in carne.Ambrosius diffiniens fomitē dicit sic.Fomes est morbidus quidā affectus.qui cōmouet ad illicitū desideriū q̄ȝtuȝ ad actū generatiue ⁊ nutritiue. ¶ Comparatū ad actus delectabiles illicitos dicit̄ ꝯcupiscētia vl' ꝯcupiscibilitas.Differunt tñ.q: concupiscibilitas dicit potentiā: concupiscentia vero actum.Dicitur etiam libido:q: sequitur quicquid libet.s. voluptuosas delectationes in sensu.Comparatū vero ad penā ad quā obligat.dicit̄ pctm̄ originale.quia est carentia vel nuditas debite ⁊ originalis iusticie.

## ¶ De peccato actuali Sectio v.

s Equitur videre de peccato actuali. Circa qō quattuor videamus.scilicet diffinitionē essentialē.originalitatem:differentiā materialē:⁊ maioritatem. ¶ Diffinitur aūt pctm̄ actuale sic. Peccatum actuale est carētia debite iusticie:facta ꝑ inobedientiam proprie volūtatis. vel auersio ab incōmutabili bono:⁊ ad bonū cōmutabile ꝯuersio. ¶ Trahit aūt pctm̄ actuale originem a libera voluntate vniuscuiusq̄ȝ ꝑ suggestionem:delectationē.ꝯsensum ⁊ operatōem.Si aūt suggestio ⁊ delectatio sistant citra ꝯsensum:pctm̄ est veniale.si autem sequatur ꝯsensus ⁊ opus in his q̄ diuina lege prohibentur:pctm̄ est mortale cōsummatuȝ. Si autem medio modo fiat:vt sit ꝯsensus sine opere.hoc pōt esse dupliciter.Quia aut hō vult in opus ꝓcedere:sed nō pōt.⁊ tunc voluntas ꝓ facto reputat̄.nec minus culpabilis est q̄ȝ si in ipso facto depꝛhēderet̄. Aut nō vult in opus ꝓcedere:sed vult interiꝰ voluptari in delectatōe.⁊ tunc licet nō sit pctm̄ plenarie ꝯsumatū.est tñ inter mortalia reputandū.qō maxime de peccatis carnalibꝰ habet intelligi. ¶ Differentie materiales actualis peccati sunt due.s.pctm̄ angeli ⁊ hoīs. Peccatū angeli inchoatū est in presumptōe statim enim vt vidit suā pulchritudinē ꝓsumpsit.⁊ cōsummatū est in ambitione.q: presumens de se appetȷ̃t qō erat supra se. atq̄ȝ cōfirmatū est in inuidie ⁊ odȷ̃ auersione.q: ex quo nō potuit ħ obtinere qō appetȷ̃t:cepit

odio in inuidia cõtrarie. Et sic in peccato luciferi superbia presumptõis fuit prima generatione: superbia ambitõis fuit prima consummatione. Peccatũ vero hoĩs fuit inobediẽtia. ad quã precipitauit diabolus hoiem per triplex appetibile naturale. s. p bonũ gloriosum. copiosum & deliciosum. Tentauit enim de excellentia: sufficientia: experientia: siue ꝯmulcentia. Diabolus enim p mulierẽ volẽs deijcere hoiem: pmisit mulieri dignitatẽ excellentiã dicens. Eritis sicut dij. Deinde subiunxit cognitõis abundantiã dicẽs. Scietes bonum & malũ. Tertio pretendit suauitatis experientiã. cũ ostendit ei lignũ pulcrũ visu: & advescendum suaue. Unde peccatũ mulieris inchoatum fuit in superbia progressum habuit in auaricia. q: nõ in rebus solũ: ʒ etiã in scientia inuenitur auaricia. Consũmatum fuit in gula. Et sic deordinatũ fuit quantũ ad irascibilem appetendo alta. q̃ʒtum ad rõnalem appetẽdo scire oculta. quantũ ad ꝯcupiscibilẽ volendo gustare suauia. ¶ Peccatũ maius vnũ altero dicit duodecim modis. Primo causalitate. & sic peccatũ diaboli dicit maius esse. q: eius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Scdo generalitate. & sic peccatũ primi parẽtis fuit maius. q: se p totũ genus humanũ diffudit. Tertio enormitate. & sic peccatũ iude fuit maximũ. q: tradidit dñm saluatorẽ. Quarto ingratitudine. et sic eius pctm̃ dicit esse maius: qui plura gratiarũ dona percipit. Quinto piculositate: et sic peccatũ ignorãtie dicit esse grauis: q: periculosius. Sexto inseparabilitate. & sic peccatũ cupiditatis dicit esse maius. q: cũ cetera vicia cum hoie ꝯsenescãt: sola auaricia iuuenescit. Septio importunitate. & sic supbia dicit esse maximũ pctm̃. q: etiã ex bonis opib⁹ generat. Octauo pnitate: & sic luxuria dicit esse grauius. ad quã hoies pnius inclinant. Nono maioris grẽ impugnatõe. & sic pctm̃ in spm̃sctm̃ dicit esse graui⁹. Decimo rõne maioris offense. & sic pctm̃ idolatrie dicit eẽ maius. Undecimo rõne maioris facilitatẽ resistendi: & sic pctm̃ ade fuit grauissimũ. Duodecimo rõne maioris iprobitatẽ & libidis: et sic pctm̃ cuiuslibʒ generis pt fieri mai⁹ alio.

¶ De pctõ veniali & mortali Sectio vi.

Equit videre de diuisiõe peccati in s veniale & mortale. Ad cuius euidẽtiã tria sunt breuiter attendenda. scʒ ordo diuine iusticie: qui imponit. peccatum veniale: qđ ꝯtrahit. & pctm̃ mortale quod incurritur. Ordo aũt diuine iusticie ad quẽ dominus hoiem obligauit est. vt bonũ incommutabile preferat bono ꝯmutabili. vt bonũ honestũ preferat bono vtili. & voluntas dei preferat voluntati nr̃e. & iudiciũ rõnis recte preferat & presit sensualitati humane. Peccatũ vero actuale est inordinatio actualis voluntatis. Ista aũt inordinatio si est tã modica q ordinẽ istũ ñ exterminat: q̃ʒuis i aliquo pturbet: tũc pctm̃ est veniale. Quod habem⁹ pertractare breuiter quantũ ad diffinitionẽ: distinctionem: & curatõem. Diffinitur autẽ sic. Peccatũ veniale est libido siue amor voluptatis in creatura citra deũ. Distinguitur autem veniale tripliciter. Nam qđdã est veniale ex surreptõe. & ideo veniale est: q: non potest vitari tunc. & q: ꝯmittit preter rõnem semp est veniale. Qđdã est veniale ex cogitatõe sine cõsensu. & ideo veniale: q: nõ plene consentit: vt in cogitatione & delectatõne de muliere citra consensum in delectationem. & ideo veniale fit mortale p complacentiã & cõsensum. Qđdã est veniale cũ delectatione & consensu. & ideo veniale est: q: nõ est deordinatio ꝯ preceptũ. vt ebrietas & mendacium iocosum. & istud cũ sit veniale ppter delectationem que est citra deũ. tñ potest fieri mortale pter nimiã libidinẽ & contẽptũ. Nõ tñ intelligendũ est q aliqđ veniale p essentiam fiat mortale. sed q: de veniali fit transitus ad mortale p complacentiã & cõsensum. siue p libidinẽ & contemptũ. Curat aũt peccatum veniale p actus in qbus est aliqua humiliatio & deuotio. q qdẽ actus grã informati repugnant veniali. & sic ad actũ curationis & de-

rectionis venialiū grām gratū faciente coad iuuant & vigorant. Huiusmodi remedia his versibus ptinent. Confiteor:tundo.resper gor:ptero:oro.Signor:edo:dono.p q̄ venialia pono. Unctio:pena leuis:cpassio que fit egenis. Hec enim remedia sunt. Generalis cfessio.peccatoris tunsio.aque bn̄dicte aspersio.cordis ptritio.dn̄ica oratio. signatio ab epo.eucharistie sumptio.offense cdonatio.extrema vnctio.leuis pnia.cōpassio fraterna. ¶ Si aūt est tanta deordinatio voluntatis:q̄ ordinē exterminat supradictum:tūc mortale est peccatū.qd pōt ɔsiderari q̄ztum ad diffinitionē:punitōem:& remissiōez. Diffinitur aūt ab Ambrosio sic. Petm̄ mortale ē priuatio legis diuine:& celestiū inobediētia mandatorꝫ vel preceptorꝫ. Pena pcti mortalis est eterna dānatio. Dicit enim mortale q: p ipm vita grē perdit in psenti:& vita glorie in futuro. Et sic ptrahitur mors culpe.& infligit mors gehenne. Juste aūt ppter mortale in quo qs finaliter pseuerat:sempiternaliter cruciat. Uñ bm Grego.q: petor peccat in suo eterno:eternaliter est cruciandus. Secundū augustinū vero q: peccat ɔ bonum eternū & infinitū.eternaliter punit. Curat autem siue remittit mortale peccatū p septiforme remediū.scꝫ p baptismū:elemosynā: martyriū:conuersiōem ,primorꝫ.dimissiōez iniurie:fletū penitētie:& per dignā eucharistie sumptōem. Attende tamen q̄ baptism⁹ & penitentia nō solū valent ɔtra penā peccati.verūetiam contra culpā.cetera vero valent contra penā tm̄. Unde versus. Sunt septem delere quibus mortalia possis. Fons: elemosyna:martyriū:conuersio fratrū. In te peccanti dimittere:flere reatū. Sanguinis & carnis christi perceptio digna.

¶ De ignorantia.

Sectio vij.

Sequitur videre dediuisiōe peccati in delictum & cōmissum. Preuaricatio preceptorū est delictū.hoc est transgressio preceptorum affirmatiuorum. Preuaricatio ,phibitionū est cōmissum. hoc est preceptorꝫ negatiuorū. Differentie delicti sunt ignorantia:omissio:negligentia. Delictum dicit quasi derelictū.idest boni desertio. Bonū est duplex.scꝫ sciendū:cuius desertio dicitur ignorātia.& faciendū ad quod duo requiruntur.scꝫ q̄ fiat bonus actus.cuius dsertio dicit omissio.& q̄ bene fiat.idest cum debitis circunstantijs.quarum desertio dicit negligentia. Circa ignorantiam quadruplex diuisio est attēdēda. Prima ē hec. Ignorantia:alia negationis:alia priuationis alia dispositionis. Ignorantia negationis est in paruulis.q̄ non est culpa neqꝫ pena:vsqꝫ ad prefinitū tempus. Ignorantia priuatōnis est in adultis:qui tempore determinato ignorant que possent scire.vel obliti sunt que aliquando didicerunt. Ignorantia dispositionis est qua quis opinatur contraria fidei.'q̄ potest erronea dici:& est in hereticis. Prima excusat a toto secunda a parte nō a toto. tertia accusat a toto:q: peruersam sequitur voluntatem. ¶ Scd̄a diuisio est hec. Ignorantia alia facti.alia iuris. Juris:aut iuris naturalis.& hec non excusat:cū sit scriptum in corde hois.vel iuris diuini.vt legis prophetarꝫ:euāgelij:& doctrine aplice.& ista accusat sicut de magno & mortali delicto prelatos.maxime epos & metropolitanos:qui tenent de fide & spe reddere rationem. Accusat autem sicut de veniali clericos simplices & illiteratos:qui cum potuissent discere noluerunt. Laicos vero in nullo accusat.q: ad ipsos nō pertinet dūmodo nō ɔtemnant. Si est iuris positiui.vt legū & decretorꝫ: solos iudices accusat. Si est ignorantia iuris continentis morales ɔstitutiones ecclesiasticas: ad discernenda peccata:accusat sacerdotes & confessores. Si vero est ignorantia facti:aut indifferentis.sic sufficienter excusat.aut necessarij ad salutē.& sic:aut nō potest vitari sicut in amente:qui a natiuitate caruit iudicio rationis:& hec excusat. Aut pōt vitari:sicut i iudeis & paganis.qui potuerunt scire chri-

stum passum fuisse ꝓ salute hoim: ⁊ hec nõ
excusat. ¶ Tertia diuisio ignorantie est.qr
alia est simplex.vt qñ aliqs nescit que tenet
scire.facit tamẽ aliquid.sed non plene:vt illa
sciat.hec excusat a tanto sed non a toto. Alia
est crassa siue supina.vt qñ quis negligit sci-
re que tenetur.⁊ tamen nõ est determinatuꝫ
ei ꝙ teneatur scire illa.hec minus excusat.nõ
excusat a toto sed a tanto. Alia est affectata
siue affectiua.vt qñ aliquis negligit scire q̃
tenetur scire:cuꝫ ei sit determinatũ ꝙ tenea
tur scire illa.hec accusat potius q̃ꝫ excusat.
¶ Quarta diuisio est. Ignorantia:alia vin
cibilis.alia ĩuincibilis. Uincibilis alia potest
remoueri cum magna difficultate:vt in val
de hebetibus.hec excusat a tanto:non a to-
to.si est de necessarijs ad salutẽ. Alia põt re
moueri cũ facillitate.vt in ingeniosis.hec nõ
excusat. Inuincibilis:alia est ĩuincibilis per
naturã:vt in puero:qui nõ vtit̃ ratione.⁊ in
decrepito qui nõ discernit.⁊ in eo qui nasci
tur amens.hec excusat a toto. Alia est inuin
cibilis per culpã.vt in eo qui per culpã effi
cit̃ furiosus.⁊ ſm quosdã nõ excusat a toto.
¶ De omissione ⁊ negligentia.

Sectio viij.

[V]iso de ignorãtia que est desertio de
bite scientie.sequit̃ videre de omis
sione ⁊ negligẽtia:q̃ dicũt desertõeꝫ
rei debite faciende. ¶ Omissio est desertio
actus debiti ĩ tpe determinato. Et dicit̃ act⁹
debitus quẽ tenemur facere. Circa omissio
nem aũt habemus videre q̃ttuor actus de-
bitos. Tentionẽ Distinctionem. Descripti-
onem. Absolutõem. Dicit̃ aũt omissio dere
licto actus:non circũstantie.actus principa-
lis:nõ annexi.precepti affirmatiui:nõ nega-
tiui. Est aũt triplex tentio quã omittere non
debemus. Quedã est rõne diuine obligatio
nis ⁊ hec est duplex.vna ad agendũ:vt in p̃
ceptis affirmatiuis.vt honora patrem tuũ.
Alia ad non agendũ.vt in preceptis negati-
uis siue ꝓhibitionibus.vt nõ occides. Pri
ma obligat semper:sed non ad semper:nisi
ꝓ loco ⁊ tpe. Secũda obligat semꝑ ⁊ ad sꝑ.
Quedã est rõne spontanee ꝯsensionis.vt in
cõtractibus:votis:iuramẽtis:ꝓmissis:⁊ ob
ligatione quã facit ꝯscientia. Quedã ratiõe
culpabilis offensionis. Nam ꝓpter culpam
mortalẽ obligat̃ homo siue tenet̃ ad penam
eternalẽ.ꝓpter venialẽ vero ad penã:tꝑalẽ
Describit̃ aũt tentio sic. Tentio est alieni p̃-
cepti vel ꝓhibitõis:vel ꝓprij assensus:vel
culpe ad agendũ vel nõ agendũ:vel patiẽdũ
obligatio. Ad agendũ q̃ꝫtum ad precepta af
firmatiua.ad nõ agendũ quantũ ad p̃cepta
negatiua ⁊ ꝓhibitões.ad patiendũ quantuꝫ
ad culpã. Triplex est aũt absolutio predicte
triplicis tentionis:scꝫ impossibilitas:dispen
satio:⁊ penitentia. ¶ Negligentia est debite
circunstantie derelicto in bono opere facien
do. Circa quã breuiter sunt videnda tria.scꝫ
eius originatio:denoĩatio.cõcomitatio. Ori
tur autem negligentia ex torpore. Unde di-
cit Grego. Duo sunt in bonis operib⁹ timẽ
da.desidia scꝫ ⁊ fraus. Desidiam facit minor
amor dei. Fraudem maior amor sui. Iteꝫ de
sidia per torporem nascitur. Fraus per ꝑua
tam dilectionem. Fraus ista sic notificatur.
Fraudẽ in opere dei perpetrat.q se inordi-
nate diligẽs:ad remuneratiõis trãsitorie bo
na festinat. Tripliciter aũt fraus ista cõmitti
tur.aut cum cordis humani gratia.aut fauo
ris aura.aut cum quelibet res exterior desi-
deratur. Ut enim bonũ opus bene fiat:req
ritur bonus finis.quẽ qui omittit:fraudat̃.
Reqruntur ⁊ alie circũstantie:vt loc⁹:tẽp⁹
modus.q̃s q omittit:vtiqꝫ negligit. Noiat̃
autẽ duplici vocabulo.scilicet negligentia ⁊
desidia.q̃ si large accipiantur:cõmunia sunt
ad q̃mcunqꝫ omissionem:tã actus debiti q̃ꝫ
circunstantie. Si ṽo accipiant̃ stricte ꝓ omis
sione circũstantie:tũc desidia magis respicit
cõmunẽ significatõem. Desidia d̾ quasi d̾si
stentia. Negligẽtia ṽo magis respicit signi-
ficatõem ꝓpriam.s.omissionẽ circũstãtie de
bite:q̃si nõ diligẽtia.q̃ diligẽtia circũstãtias
diligenter ꝓsequitur. Sunt aũt comites ne-

gligétie torpor ⁊ pigricia.que q̃zuis sint idé tamen pigricia dicit̃:eo q pigeat difficultas laboris.Torpor vero aspicit appetitũ quietis.Triplex est aũt torpor siue pigricia.scilicz infirmitatis naturalis.sicut in phlegmaticis. ⁊ est pena ⁊ nó culpa. Et est torpor infirmitatis acquisite ex culpa precedente:vt inebriosis ⁊ gulosis:⁊ talis nó excusat ẜm quosdã Et est torpor libidinosus.⁊ dicitur torpor captatus.⁊ ille torpor est voluntas recusans facere bonum difficile:eo q difficile. Et talis torpor siue pigricia cũ sit peccatũ reprehenditur in scripturis.

## De cómissione  Sectio ix.

s Equitur de cómisso videre. De q̃ est breuiter videndũ ⁊ adiungendũ q est transgressio legis diuine phibentis q̃ztum ad precepta negatiua. Potest aũt aliqd cómitti ↄtra naturá. Et h̃ dupliciť. scilicet ↄtra naturá cómuné hoibus ⁊ brutĳ. vt q masculus p femina sit. Et hoc est peccatũ sodomiticũ. Aut ↄtra naturam particularem:vt in natura angelica aut humana.⁊ hoc est naturale iudicatoriũ dictans malum esse fugiendũ:⁊ bonũ faciendũ. Ista natura dictat q debemus deo obedire. deũ colere ⁊ diligere. Dictat etiá q primo debem⁹ facere:qđ nobis volumus fieri ab eodem. Et qđ nobis nolumus fieri:alĳ nó debemus irrogare. Sic largo modo omne pctm̃ qđ cómittiť est ↄtra naturá. Potest etiá aliqd contra legé ↄmitti. Et h̃ dupliciter variať:nam lex phibet aliqd q̃ztum ad omne tp̃s.⁊ hoc est phibitũ q: est malũ.⁊ sic sunt phibitóes decalogi. Prohibet etiá aliqd nó simpliciť: sed ad tp̃us.⁊ sic sunt phibitóes cerimonialium.⁊ hoc est malũ:q: phibitũ. Cómitti p̃t etiam aliquid contra ↄsuetudiné.⁊ hoc é qđ ↄmittiť contra mores. Proprie aũt loquendo mos nó scriptus diciť ↄsuetudo.mos vero scriptus constitutio noiať. Nota tñ q facere contra ↄsuetudinem ↄseruatiuá honesti est pctm̃.facere ↄ̃ consuetudiné destructiuam honesti sanctũ est.facere ↄtra consuetudinem indifferenté malũ nó est. Honestum aũt est qđ sua vi nos trahit:⁊ sua dignitate nos allicit. Item nota q lex respicit honestũ consuetudo siue constitutio respicit vtile:qđ est conseruatiuũ honesti.

## De errore:paruo iudicio:⁊ personaruz acceptione.  Sectio x.

s Equiť de diuisione peccati:in peccatũ cordis:oris:⁊ operis. Et p̃mo aliqd de peccato cordis breuiť videamus.⁊ primo de eius diffinitione:postea đ differentĳs. Pctm̃ cordis sic diffiniť. Peccatũ cordis est transgressio legis diuine p inordinatóem intrinseci motus mentis. Differentie aũt eius sunt pctm̃ cogitatóis:delectationis:⁊ ↄsensus. De pctó delectatóis visuz est supra:cũ de pctó actuali ageret̃. Ad peccatũ cogitatóis ptinet error:prauũ iudiciũ:⁊ acceptio psonaꝝ. Ad pctm̃ ↄsensus reduciť peccatũ conscientie. Quantũ ad pctm̃ cogitationis primo videndũ est de ip̃a. deinde đ prauo iudicio.postremo de psonaꝝ acceptione. Cogitationum alia speculatiua pure.⁊ ista non est pctm̃.alia pratica siue affectiua. Pria est in ↄspectu mentis.⁊ est inuoluntaria:quantũ est de se. Scđa in aspectu cũ affectu.⁊ est voluntaria.⁊ ideo p̃t esse peccatuz. Error qdam est infirmantis:q̃lis est in febricitantibus.qbus dulcia videnť amara. Quidam est ĩfirmitatis naturalis originalis:quo corrũpitur ró in iudicĳs:⁊ frequenter deuiat. Iste error q: nó est voluntari⁹:nó est peccatũ:sed pena peccati. Quidá é error puerse volũtatis:cuius est habere falsa p veris. Talis aũt error:aut est ↄ̃ fidé vel bonos mores.⁊ ille sp est pctm̃. Si nó est ↄ̃ fidem vel bonos mores:tunc aut accidit in his q̃ sunt supra iudiciũ humanũ.vt iudicare de intentionibus cordiũ.⁊ sic semp est pctm̃.q: tunc vsurpať qđ solius dei est. Aut accidit in his que subsunt iudicio humano.vt errare in locis naturalibus ⁊ mathematicis:⁊ tunc nó é peccatũ. Prauũ iudiciũ recipit diffinitionez ⁊ distinctionem. Diffinitur aũt sic. Prauũ

iudiciu; est ex errore ,pueniés temeraria sen tentia: vel suspitio mali de occultis aliorum. Error est habere ignota ,p notis. Sententia est in asserendo vel diffiniendo q ita é. Suspitio est in opinãdo cũ dubitatõe temeraria etiã sententiãdo que ad ip; nõ ptinet. ¶ Distinguitur aũt humanũ iudiciũ ẽm hũc modũ. Judiciũ aliud est certitudinis: aliud temeritatis. aliud suspitionis. Primũ.s. iudicium certitudinis nõ est pctm̃. q: de manifestis licite iudicamus. Scd̃m iudiciũ temeritatis é triplex. videlicet diffinitõis: arguitõis: assertionis. Diffinitionis cũ qs de futuris male iudicat. Nã de alicuius correctione despare et eũ tanq̃ abiectũ repħendere: q nũc apparet malus: cũ nesciamus qualis futurus sit. temerariũ iudiciũ est. Arguitõis: cũ qs iudicat de his que ad eum nõ ptinent. Ro. xiiij. Tu qs es: qui alienũ seruũ iudicas. Assertõnis cũ qs iudicat de ocultis. Glosa sup p̃dictũ locũ. De quibus incertũ est quo aio fiãt sine piculo nemo iudicat. Aug⁹. vel Beda: super illud Matth. vij. Nolite iudicare: dicit hoc loco nihil aliud nobis p̃cipi nisi vt ea facta q̃ dubiũ est quo aio fiant: in meliorem partem interp̃temur. Primũ est perniciosum. scd̃m p̃sumptuosum. tertiũ superstitiosum. Tertiũ iudiciũ. s. suspitionis est triplex. sc; suspitõis violente. qñ oĩa signa apparent mali. nulla vel pauca boni. Temerarie: qñ multa boni: pauca mali. Leuis: qñ mlt̃a mali: pauca boni. Primo modo non est pctm̃. scd̃o veniale graue. tertio veniale paruum. Nota q iudicium certitudinis nec veniale é nec mortale. Judicium temeritatis mensuratur iuxta illud Matth. vij. Jn quo iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Glo. Si quem iudicaueris temerarie damnatione veniali: venialiter condemnaberis. si dãnatõe mortali: mortaliter cõdemnaberis. Et hoc intelligẽ sine preiudicio. Judiciũ suspitionis q̃; diu manet in suspitione: non est mortale. nisi veniat in assertionis iudiciũ. ¶ Circa personarum acceptõem attendẽdum est diffinitionẽ et differentiã triplicẽ. Diffinit̃ aũt sic. Personarũ acceptio est iniusticia qua p̃fert psona persone ,ppter causam indebitã. Differẽtie acceptõis p̃sonaꝝ sunt tres. Una cõmittitur in honoris exhibitione. De qua Jac. ij. Fratres mei: nolite habere fidẽ iesu christi i p̃sonaꝝ acceptõe. Alia est i iudicij executõe. De qua Deut. xvi. Non accipies personã in iudicio. Alia in promotione ad dignitates. Que ,phibetur. i. Regũ. xvi. in electõe Dauid: cui non pretulit dñs fratres suos ,p pter vultus pulchritudinem seu propter altitudinem stature.

¶ De peccato ɔsensus: et de pctõ contra cõscientiã: et de pplexitate Sectio xi.

Sequit̃ videre de pctõ cõsensus. vbi primo videndum est de ip̃o ɔsensu qd est. Scd̃o de pctõ ɔ̄ ɔscientiam. Tertio de differentijs pplexitatis. Consensus diffinit̃ sic. Cõsensus est nutus voluntatis spontaneus. vł motus animi liber sui. Et cũ nihil ita sit in potestate nr̃a sicut cõsentire vel dissentire. hinc est q ɔsũmatur ibi omne peccatũ. Jnitiat̃ enim in cogitatõe: crescit in delectatõe. perficit̃ vero in ɔsensu. Ad intelligendũ quõ peccat̃ qñ agit̃ ɔ̄ ɔscientiã: multiplicitas ɔsciẽtie attendenda est. Consciẽtia enim vno modo dicit̃ supior pars rationis. quam greci synderesim vocant. et apud nos scintilla ɔscientie potest dici. Hec diffinitur a Basilio sic. Consciẽtia est naturale iudicatoriũ faciendi vel nõ faciẽdi. Differũt tñ ẽm rõnem synderesis et ɔsciẽtia. Nã synderesis iudicat faciendũ. i. dignũ fieri. Conscientia vero iudicat faciẽdũ. i. debitũ fieri. Alio mõ dicit̃ ɔscia habitus naturał dictãdi bonum vel malũ. et sic diffinit̃ a damasceno. Cõsciẽtia est lex intellectus nostri naturalis oppo sita peccato. Et ẽm hoc ɔsciẽtia nunq̃ errat. Tertio dicit̃ ɔscientia opinio habita de agẽdis: vel nõ agendis. idest debitis fieri vel nõ fieri formata. De qua. i. Chori. viij. Quidã cum consciẽtia vsq; nunc idoli: quasi idoloticũ manducant. Ro. xiiij. Omne qd̃ non est

ex fide peccatum est.glo.i.omne qd est contra conscientiam. Isto tertio modo conscientia est habitus acquisitus frequenter erroneus: in iudicando esse faciendum qd non est faciendum: et econuerso. Potest autem dictare cōscientia tertio modo dicta aliquid sȝ legem dei: preter legem dei: contra legē dei. Et est hic sermo de dictamine consciētie per modum precepti siue prohibitionis. nō per modum consilij vel persuasiōis. Primo mō conscientia ligat simpliciter et vniuersaliter. q2 legi dei concordat q̄ ꝯscientia oñdit esse ligatum. Secūdo modo cōscientia ligat q̄ȝdiu manet. vnde tenet homo vel eam deponere vel quod dictat opere adimplere. vtputa si dictat conscientia ꝙ leuare festucā de terra ē necessarium ad salutē. Tertio mō cōscientia non ligat ad faciendum vl' nō faciēdū: sȝ potius ad se deponendum. q2 cū talis conscientia sit erronea: et error ille repugnet legi diuine necessario q̄ȝdiu durat ponit homine extra statū salutis. vtpote si dicat leccatrix alicui: moriar si non cognoscas me. et ille incipiat habere ꝯscientiā de mortali si non cognouerit leccatricem. non est in statu salutis ipsa conscientia ꝑdurāte. q2 si non cognoscit eam peccat mortaliter contēnendo deum. cum dictat conscientia hoc dño displicere. si cognoscit eam facit contra preceptum dñi. ¶ Perplexitas nascitur ex errore conscientie. Est autem triplex perplexitas. Prima est intelligētie verborū sacre scripture. que videntur sibi repugnare. Scda est intelligentie faciendorum. De qua Ro.viij. Quid orem⁹ nescim⁹ etc. Tertia est ineuitabilitas peccandi. Pria dissoluitur per distinctionem et consideratione causarum dicendi vtrunqȝ. Scda dissoluitur ꝑ inspirationem spūssancti. que est vnctio docens de oibus ꝑ meritum orōnis. Jaco.i. Si quis idiget sapia postulet a deo etc. Et.ij.paral'.xx. Cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum habemus residui: vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertia dissoluitur per depositionem erronee conscientie.

¶ De mendacio: periurio: et contentione.

Sectio xij.

s Equitur videre de pctō oris: quod pluribus differentijs variatur. Peccata eni oris sunt. mendaciū in quo veritas destruitur. periuriū: in quo veritas cōtemnitur. contentio in quo veritas impugnatur. Est eni contentio veritatis impugnatio cum cōfidentia clamoris. Hec tria precipue sunt ꝯ veritatem. Ista contra bonitatē sunt. scurrilitas: que est ꝯ honestatem. Vaniloquiū siue multiloquium: quod est ꝯtra vtilitatem. Adulatio: que est ꝯtra rectitudinem in laude aliena: Jactantia: que est ꝯtra rectitudinē in laude ꝓpria. Blasphemia: que est ꝯ rectitudinem in vituperiū dei. Maledictum: qd ē cōtra rectitudinē in vituperium ꝓximi. quātum ad penam. Contumelia que est cōtra rectitudinem in vituperium proximi q̄ȝtum ad culpam apertam q̄ improperatur. Detractio: q̄ est contra rectitudinē in vituperiū ꝓximi q̄ȝtum ad occultā culpā. ¶ De mendacio ē videre q̄ȝtū ad diffinitionem et diuisionē. Diffinitur autē ab Augustino sic. Mendacium est falsa signatio vocis cū intentiōe fallendi. Et nota ꝙ cū mentiri sit contra mentem ire: pōt homo mētiri dicēdo falsitatē ex certa scientia. Itē pōt hō mentiri dicendo veritatem q2 q̄ȝuis sit verum qd loquitur: tñ aliud sentit i conscientia. Itē pōt hō dicere falsum nō mētiendo nec peccando. vt qñ fallitur: adhibita tñ debita diligentia. ¶ Diuiditur autem mendacium diuisione trimēbri. s. in mendacium officiosum. ꝑniciosum: iocosum. Officiosum est qd iuuat. Perniciosum qd nocet. Jocosum qd delectat. Diuiditur aūt diuisiōe octimembri sic. Octo sunt genera mendaciorum. Primum qd fit in doctrina religionis. vt dicere christum non esse de virgine maria natum. Scdm qd nulli prodest et alicui obest vt mendacium detractionis. et si qs est testis falsus in causa criminali. Tertiū quod alicui obest vt ꝓsit alij. vt aliqs sit testis falsus in causa pecūiaria. Quartū qd fit sola mētiēdi libi

dine. Quintū qꝺ fit cupiditate placendi: aut delectādi ſuaui eloqo: vt mēdaciū adulatōis Sextū quo qs mentit̄ ꝑ ꝯſeruanda pecunia alicuiꝰ. Septimū quo qs mentit̄ ꝑ ꝯſeruanda vita alteriꝰ. Octauū quo qs mentit̄ pro cōſeruāda caſtitate alteriꝰ. Nullo hoꝝ mendacioꝝ eſt mētiendū. Dat aūt talē regulam Augu. ꝙ q̄zto aliqꝺ mendaciū magis accedit ad primū: tanto maiꝰ eſt pctm̄: ⁊ quanto magis recedit a primo mēdacio: tāto minus eſt pctm̄. ¶ Poſt mēdaciū q̊ v̾itas deſtruitur: ſequit̄ piuriū quo veritas ꝯtēnitur. Sed ꝙ piuriū eſt violatio iuramenti: prius videndum eſt de iuramento q̄ztum ad eſſentiam. ⁊ ſic iurare eſt inuocare deū in teſtē ſue locutionis. Quantū ad licentiā: ⁊ ſic iurare licet propter pacē ⁊ iuſticiā conſeruandā: vl' amicitiam cōfirmandā. Propter veritatē aſtruēdam. ⁊ ſic paulus frequenter iurabat. Propter calumniā vitandam: ſicut iurant actor ⁊ reus. Propter fidelitatem ſeruādā. ſic iurāt principes regi. Quātū ad formā. ⁊ ſic ē forma conceſſa. vt iurare per deū. ⁊ hec variat̄ Nam in veteri teſtamēto dicebat̄. viuit dominus. i. per deū viuum. In eccl'ia primitiua dicebatur. teſtis eſt mihi deus. i. teſtem deuz inuoco. Modo vero dicitur. ꝑ deum. Et eſt forma non ꝯceſſa. vt iurare per idola. Quātum ad comites. ⁊ ſic dicitur ꝙ iuramentuz tres debet comites habere. ſ. veritatem. que debet eſſe in conſcientia. vt nouerit ita eſſe. Iudicium vt diſcrete iuret ⁊ cū deliberatōe Iuſticiam: vt qꝺ iuratur ſit licitum ⁊ honeſtū Quantū ad differentias que ſunt due. ſ. iuramentum aſſertoriuz. vt qn̄ iuratur: vel de pn̄ti: vel de preterito ita eſſe vel fuiſſe. Promiſſoriū. vt cū iurat aliquis de futuro aliqd ſe facturum. Modo videri pōt periurij diffinitio: que eſt talis. Periurium eſt mendacium iuramento firmatum. Poteſt etiaz videri diſtinctio: que eſt hec. Periurium dicitur falſa iuratio. Itez peruerſa iuratio: quod fit qn̄ eſt illicitum qꝺ iuratur. Tertio dicitur tranſgreſſio iuramenti.

¶ De adulatione: maledicto: ⁊ detractione
Sectio xiij.

Sequitur videre de adulatione: maledicto: ⁊ detractiōe. que ꝯ rectitudinem laudis ⁊ vituperij cōmittūtur. Adulatio aūt diffinitur ſic. Adulatio eſt ſermo laudis alicui exhibitus intentione placēdi. Diſtinguitur aūt ſic. Eſt enim q̄daz adulatio que bonum non habitū attribuit. q̄daz q̊ habituz extollit. dicendo maius eſſe q̄z ſit. Quedam eſt q̊ malū nutrit laudando malū ⁊ dicendo eſſe bonuz ⁊ licitū. ps̄. Laudatur pctōr in deſiderijs aie ſue: ⁊ iniquus bn̄dicitur. Quedam eſt qua hō homini vult placē non pp deum: laude tn̄ vera. Gal'. i. Si adhuc hoibus placerē. i. placere vellem: nō pp deum: chriſti ſeruus non eſſem. ¶ Maledictum q̄druplicit̾ variat̄. Eſt eni maledictū ſurreptionis. de quo dicit Aug. Si enim cū omni facilitate ⁊ temeritate maledixerimus ad minima pertinet peccata. Laſciuie eſt cuz alicui non eſt animo maledicimus. de quo dicit Hiero. Qui negligit oris maledicti reſecare conſuetudinem: etſi non corde maledicat: immundiciam tn̄ labiorum ⁊ oris ingnamentum incurrit. Eſt ⁊ maledictum odij: qꝺ ex malo corde procedit zelo vindicte. Quartum eſt maledictū iuſticie: qꝺ ex charitate ꝓcedit. ſ. cum alicui amico noſtro maledicimꝰ ad eius correctionē. De his duobus vltimis dicit Grego. Scriptura ſacra duobus modis maledictum cōmemorat. aliud qꝺ approbat: aliud qꝺ condemnat. Aliter eni ꝓfertur amore iuſticie: aliter amore vindicte. ¶ Detractio ſic diffinitur. Detractio eſt aliene fame denigratio. Cōmittitur autem ſex modis ſcz cū bonum negamus qꝺ nouimꝰ eſſe fcm̄. vel cū tacemꝰ ne fiat alijs manifeſtū. vel cum peruertimus dicēdo illud mala intētiōe eſſe factum. Itē malū occultū reuelando in caſu non conceſſo: vel augmentando dicēdo maius eſſe q̄z ſit. vel adinueniēdo mēdaciter malum quod factū non fuit. Tenetur aūt detractor ad reſtitutionem bone fame quam ab-

Adulatio

Detractio

stulit. Maius enim bonum aufert detractor q̄ʒ raptor. ⁊ non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

¶ De peccato operis. Sectio xiiij.

E peccato operis breuiter est videndum quantū ad diffinitionem ⁊ distinctionem ab offensa voluntatis ⁊ superadditioné ad maliciā voluntatꝭ. Est āt peccatum operis trāsgressio legis diuine: p iordinationé extrinseci motus mentꝭ. Ad peccatum operis reducit̄ peccatū cōsuetudinis. Peccamus eni cogitatione: delectatiōe: consensu: verbo: opere ⁊ consuetudine. Peccatum aūt operis cōparari habet ad peccatum voluntatis interioris prout sunt coniuncta. ⁊ sic sunt vnum peccatū: pro eo ꝙ est ibi vnus contemptus ⁊ vna auersio. Vnuʒ inq̄ʒ sunt loquendo formaliter: cum sit ibi vna deordinatio preuia. Loquendo tamen materialiter plura sunt peccata. q: plura sunt deordinata. scʒ voluntas interior: ⁊ actus exterior. Si autem hec duo adinuiceʒ comparent̄ tanq̄ʒ disiuncta. ita ꝙ vnus peccet voluntate tm̄. alius voluntate ⁊ opere: tunc diuersa sunt pctā non solum materialiter: sʒ etiā formalit̄. Superaddit vero malicia opis super maliciam voluntatis qn̄ volūtas mala nō vult in opus procedere: q: tunc nō est omnino plenꝰ ꝯsensus. Nam si actus operis subsequat̄ cōtemptum: auersio ⁊ cōuersio ꝯsūmant̄. Si auteʒ voluntas mala vult in opꝰ malū ꝓcedere: sʒ nō potest: tunc distinguendū est. Nam vnuʒ peccatum maius altero tripliciter iudicat̄. s. aut rōne maioris contemptus dei. ⁊ sic opus non addit ad iniquitatem volūtatis. Aut ratione maioris delectationis ⁊ libidinis. ⁊ sic opus aggrauat. maxime quātū ad genus carnalis peccati quo peccat qs in seipso. Aut ratione maioris damnificatiōis. ⁊ sic opus addit ad malam voluntaté. maxime q̄ʒtum ad genus peccati quo quis peccat in proximuʒ. Quantūcūqʒ eni velit quis fornicari. nō tm̄ delectat̄ in voluntate q̄ʒtū in ope. Et quantūcunqʒ velit quis occidere: non tantum nocet volendo quantum actualiter occidendo.

¶ De septeʒ vicijs capitalibus in generali. Sectio xv.

Equitur videre de diuisiōe peccati in septem vicia capitalia. q̄ sunt. Superbia: inuidia: ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. De quibꝰ primo videndū est in generali. deinde de singulis i spēali. In generali tria sunt in vicijs capitalibus attendenda. s. diuersa nominatio. cōnexiua ordinatio. sufficiés assignatio. A btō Grego. ⁊ alijs doctoribus sic nominantur. Superbia: inuidia ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. Ab Isidoro sic. Castrimargia: fornicatio: philargiria: tristicia: acidia: cenodoxia: superbia. Item superbiaʒ quidem ⁊ cenodoxiā siue vanā gloriam distinxit Isido. Sed Grego. coniunxit. q: idem sunt in re. differentes tm̄ ratiōe. Superbia eniʒ dicit̄: qn̄ aliquis sibi magnus apparet intra animum. Vanaglīa est qn̄ aliqs nititur magnus apparere per laudé in facie aliorum. Silr̄ Isido. distinxit acidiā ⁊ tristiciam: sed Gre. cōiunxit: q: idem sunt in re. sʒ differunt rōne. Ideʒ eni motus est in acidia ⁊ tristicia. differens rōne terminoꝝ. Nā ꝓm auersionem ⁊ recessum ab arduo graui dicitur tristicia. ꝓm ꝟo accessum ⁊ ꝯuersioné ad leue dicit̄ acidia: vt q: isti ē graue surgere ad matutinas: tristis auertit se. Quia vero leue est ei quiescere: acidiosus conuertit se. ¶ Ordinantur aūt vicia capitalia ꝓm cōnexioneʒ: qua fit vt vnum ex altero ꝓferat̄. Nā supbꝰ non vult subesse maioribꝰ. vult preferri eq̄libus. vult ꝯculcare minores. Et si nō potest inuidet maioribus: q: principant̄. eq̄libꝰ: q: ꝓsperant̄. minoribꝰ: q: exaltant̄. Et cū sic nihil proficiat: concipit irā ꝟ facili ad maiores. mediocres: ⁊ minores. Deide decidit in acidiam: qua mentis tranquillitas perturbatur Et tunc cum interiorem cōsolationé amiserit ad exterioreʒ per auariciā se cōuertit. ⁊ sic factus opulentus: imoderate per ingluuié facit ventrem. Et postremo ad luxuriam resoluit carnem: a sūmo rōnis ꝟtice vsqʒ ad car-

nis infimū depravatus. Sic pꝫ ꝙ qnqꝫ pͥma
sunt spūalia. duo vero vltima sunt carnalia.
¶ Accipit aūt sufficientia septem capitaliuꝫ
viciorū penes ꝓnitatem ad apparēs bonuꝫ.
Hec aūt pronitas si est respectu boni qḋ re-
spicit spiritum ꝭm se: pōt esse quadruplex: ꝭꝫ
quattuor conditiones boni ad qḋ appetitus
hominis inclinat. Appetit eni quis bonum
sub rōne dignitatis. ⁊ sic est supbia. Aut sub
ratione ꝓprietatis. ⁊ sic est inuidia. Aut sub
ratione securitatis. ⁊ sic est ira. Aut sub rōne
quietis ⁊ tranqllitatis: ⁊ sic est acidia. Si ve
ro sit pronitas respectu boni qḋ respicit car
nem siue spm̄ in carne. sic potest esse triplici-
ter. Nam spūs carnalis appetit bonum sub
ratione sufficientis: ⁊ sic est auaricia. aut sub
ratione demulcentis. ⁊ sic est luxuria. aut sub
ratione reficientis. ⁊ sic est gula. Ex hoc pa-
tet numerus ⁊ sufficiētia vicioꝝ capitalium.
¶ De differentia inter capitale vicium: ini
tium peccati: ⁊ radicem malorum.

Sectio xvi.

Ttendēda est differētia inter capi-
a tale vicium: peccati initiū: ⁊ radiceꝫ
maloꝝ. Capitale vicium dicit. q: si
cut caput est membꝝ principale ⁊ cōpletum
⁊ alioꝝ membroꝝ principiū q̄ꝫtuꝫ ad motū
⁊ sensum. sic viciū quod dicit capitale nomi
nat pctm̄ completum: a quo alia vicia oriun
tur. ¶ Initiū vero nominat ꝓprie illud in q̄
actus inchoatur. Radix autē illud a quo nu
trimentū trahitur ⁊ fomentū. Unde cū pec
catum nutrimentum trahat ex parte appeti-
bilis: ⁊ dicat recessum a deo. hinc est ꝙ initi
um peccati attēdit ex pte auersiōis. radix ve
ro ex parte cōuersionis. Et sic auersio ē rati
one cōtemptus. cōuersio vero est rōne cupi
ditatis ⁊ libidinis. Et ideo superbia dicitur
initium omnis peccati. cupiditas radix om-
nium maloꝝ. Dicit aūt initiū peccati tripli-
citer siue nominat. aut prout dicit recessum
liberi arbitrij a lege maiestatis. ⁊ sic supbia
siue ꝯtemptus dei dicit initium peccati. q: q
preceptū transgredit creatoris: a superbia in
cipit ⁊ contemptu. Aut a lege veritatis. ⁊ sic
error dicitur initium peccati. q: sicut dicit sa-
piens. Omnis malus ignorans. Et vere ab
ignorantia incipit ⁊ error: q: eterna deserit ꝓ
terrenis. Aut a lege bonitatis. ⁊ sic insipien-
tia dicitur initium peccati. Unde Chrisosto-
mus super illud ps̄. A facie insipientie mee:
dicit. ꝙ omnis peccati initium insipientia est
Insipientia eni est cōtraria sapientie. in qua
diuina bonitas pregustatur. Merito ergo
ab insipiditate dicitur inchoare: qui poti⁹ in
malicia peccati q̄ꝫ in suauitate dei eligit dele
ctari. ¶ Radix etiam peccati siue mali que
circa peccatum dicit libidinis ꝓnitatem: tri
pliciter potest summi. s. generalissime. cuꝫ di
citur: cupiditas siue libido est radix omniuꝫ
malorum. Generaliter: vt cū dicitur. duplex
est radix malorum. s. amor male accēdens: ⁊
timor male humilians siue deijciens. Amor
est respectu boni. timor respectu mali. Mi-
nus generaliter: vt cum dr̄ ꝙ triplex est ra-
dix peccati. s. concupiscentia carnis: concupi-
scentia oculorum: ⁊ superbia vite. Et sic pa-
tet ex predictis quomodo accipiatur viciuꝫ ca
pitale. Patet etiā ꝙ initiū dicitur aliqn̄ de su
pbia. aliqn̄ de errore. aliqn̄ ḋ insipiētia. Pa
tet nihilominus ꝙ aliqn̄ dicitur vna radix:
aliquando due. aliquando tres.

¶ De superbia. Sectio xvij.

Am de singulis vicijs capitalibus
i est videndum. Et primo de supbia.
Circa quam tria sunt attendēda. s.
diffinitio: differentia: ⁊ gradus. Supbia dif
finitur sic a bernardo. Supbia est ꝓprie ex-
cellentie appetitus. Sic ab Augustino libro
de innocentia. Supbia est amor ꝓprie excel
lentie. Item ab eodē in libro de ciuitate dei.
Superbia est pu̇erse celsitudinis appetitus.
¶ Superbia ꝭm Gregoriū habꝫ q̄ttuor dif
ferentias. Prima est qn̄ homo attribuit sibi
bonum quod habet. Secunda est qn̄ etsi nō
sibi. tn̄ suis meritis. Tertia est, quando iactat
se habere qḋ non habet. Quarta est quan-
do se existimat alijs preualere. Unde versus

Al se: pro meritis: falso: plus omnibus iflat. Scdm Anselmu libro de similitudinibus: qtuor sunt exaltationis species. Quedam est exaltatio in opinione. queda in voluntate. qdam in sermone. quedam in ope. Exaltatio in opinione est cum quis reputat se dignum epatu vel aliqua dignitate: tn nollet ea habere. Exaltatio in volutate est cum quis vellet habere episcopatu: tn non reputat se dignu vel etia opinat. Exaltatio in sermone est qn nec se dignu reputat: nec vellet habere: tn loquitur ampullosa de aliqua scientia vt magis appareat. Exaltatio in opere est quando aliquis nec se dignu reputat. nec vellet habere: nec loquitur magna: tn exaltatur in ope. vt quando vocat ad osilia: et hmoi. ¶ Gradus supbie scdm Bernardu sunt duodecim. sc3 curiositas: leuitas mentis. inepta leticia. iactanctia. singularitas. arrogantia. presumptio. defensio peccatorum. simulata confessio. rebellio. libertas peccandi: cosuetudo. His quasi quibusda passibus supbus diligenter ad finem que intedit peruenit. Curiositas e quando supbus diligenter inquirit rumores sc3 quid de ipso dicatur. Leuitas mentis est qn leuiter aliquis mutat de delectatione ex verbis laudis in tristicia ppter verba vituperij. Inepta leticia est qn letat ex defectibus et criminibus aliorum. Jactantia est qn narrat ea que habet vt laudet. Singularitas est qn preter consuetudine aliqua singulariter operatur: vt solus appareat et laudet. Arrogantia est qn iactat se habere qd no habet. Presumptio est qn ingerit se ad faciendu quod ad eum no pertinet. Defensio peccati est qn peccatu suu et erroze defendit et excusat qs manifeste vel apte. Simulata osessio est qn peccatu suu excusat occulte. Rebellio qn dissidet. sc3 supioribus: paribus: et inferioribus. Supioribus obuiat. inferiores opprimit. pares molestat et perturbat. tunc libertas peccandi succedit. q: nec deu timens: nec hoies reuerens peccat libere. consuetuo ad mala. in pfundu decides peccatorum.

¶ De inanigloria Sectio xviij.

Sequit videre de inanigloria: q ide est qd superbia scdm rem: ab eadem differes rone. Circa qua breuit videnda sunt qttuor. s. diffinitio: oppositio: differetie et filie. Inanisgloria sic diffinit. Inanisgloria est amor laudis pprie ppter excellentiam apparente. ¶ Inanisgloria ad humilitate habet opponi. Humilitas aut quattuor habet actus. et sic habet quattuor oppositiones. Primus actus est velle subijci. et sic opponit supbie large sumpte. Scds est de se parua sentire. Unde Aug. dicit. Humilitas est sensus pprie paruitatis. et sic opponitur tumori vel elationi. Tertius est velle subesse omnibus: scilicet supioribus: paribus et inferioribus. et sic opponit superbie stricte sumpte. que est amor pprie excellentie. Quartus est de se velle parua dici. et sic opponit inanigloriae. ¶ Habet inanisgloria duas differentias formales. sc3 appetitu fauoris. et appetitu laudis. Fauor est excellentia alicuius in corde. laus in ore. Tres autez habet differentias materiales que ponuntur. Hiere. ix. Non glorief sapiens in sapientia sua. nec fortis in fortitudine sua. nec diues in diuitijs suis. sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse me dicit dominus. Cu gloria sit beatissime trinitatis ppria: no est gloriandu in sapietia que attribuit filio. nec in fortitudine: q attribuit patri. nec in diuitijs tam tpalibus q3 spualibus: que attribuunt spuisancto. ¶ Inanisgloriae scdm btm Gregoriu septe sunt filie. sc3 inobedientia: iactantia hypocrisis. incontinetia. ptinacia. discordia. nouitatu presumptio. Inobedientia est voluntas fugiens minorationem potestatis. nolens subiacere supioribus in debitis. Jactantia est voluntas ppter apparentem potestate propriam se ostentans. Hypocrisis e voluntas per speciem sanctitatis se simulas fallaciter in aperto. et viliter agens in occulto siue intentione siue opere. Incontinentia est voluntas per coformationem sui: ab his

qui mali ſunt laudari appetens. Pertinacia eſt voluntas ſugiens minorationem probitatis: dicta vel facta ſua irreuocabiliter defendens. Diſcordia eſt voluntas ſugiens minorationem ſapientie. ab his que ab alijs dicũtur diſſentiens. Nouitatum preſumptio eſt voluntas excedens qualitatem ſui ordinis: propter apparentem nouitatẽ ſciẽtie vel ſapientie oſtẽtari cupiẽs. yſidorus vero diſtinguens inter ſuperbiam ⁊ inanẽgl'iam ꝓpter differentiá ratiõis: dicit ꝙ de ſupbia oriunt contemptus: inuidia: inobedientia: blaſphemia: murmuratio: ᵭtractio: ⁊ plura alia. De inanigloria vero ẜm eundem oriuntur contentiones: hereſes: iactantia: ⁊ preſumptio nouitatum.

## De inuidia Sectio xix.

Sequitur videre de inuidia quantuꝫ ad quinqꝫ. ſ. quantum ad diuerſam nominationem. diuerſam diffinitionem. oppoſitioneꝫ. differẽtias: ⁊ filias. Inuidia dicit aliqñ nomine ire. Geñ. iiij. quare iraſceris. glo. ideſt liuore torqueris. Aliquádo nomine odij. Gene. xxxvij. oderant eum fratres. i. inuidebant. Aliquando noie emulationis. i. Regũ. ij. Affligebat eam emula eius. Tamen emulatio quattuor habet ſignificatiões hoc verſiculo comprehẽſas. Emulor inflatur amat inuidet ac imitat. Aliquando noie ꝓprio. Et ſic Damaſce. dicit ꝙ q̃ttuor ſunt ſpecies triſticie. ſ. acidia que eſt triſticia aggrauans. Achos que eſt triſticia vocem auferens. Miſericordia que eſt triſticia de alieno malo. Inuidia que eſt triſticia de alieno bono. Diffinitur auteꝫ ſic inuidia ab auguſtino. Inuidia eſt odium felicitatis aliene. A remigio ſic Inuidia ẽ dolor de alieno bono. A damaſceno. Inuidia eſt triſticia de alienis bonis. A pho. Inuidia eſt triſticia in apparenti felicitate alicuius inimicorum. Itẽ aliter. Inuidia eſt diſſenſio ab alieno bono extimato diminuere propriũ. Differentie inuidie materialiter aſſignate ẜm Auguſtinum ſunt tres. ſ. inuidere ſuperioribus: paribus ⁊ minoribus: ſiue inferioribus. Inuidet enim homo ſuperioribus: q: eis non equatur. Paribus. q: in melius ꝓſperant. Inferioribus: ne ei equant. Opponit auteꝫ timor dñi ſuperbie rõne humilitatis quá generat. ⁊ pietas inuidie ratiõe charitatis ex qua generat. Prima enim ⁊ potiſſima filia charitatis eſt pietas. que ad omnia valet. Filie inuidie ẜm btm̃ gregoriũ ſunt qnqꝫ. ſ. odium. ſuſurratio: detractio. exultatio in aduerſis ꝓximi. afflictio in ꝓſperis ipſius. Odiuꝫ eſt voluntas affectans proximo malum: vt careat contriſtante bono. Suſurratio eſt voluntas loquendi ſeminás diſcordias iter fratres: vt perſequat ꝓximũ ꝓpter ipſi⁹ bonũ contriſtans. Detractio eſt voluntas famam ꝓximorũ per verba denigrás: vt deſtruat i aliorum opiniõe contriſtás bonũ. Exultatio in aduerſis proximorum eſt voluntas ꝓcurata in proximi aduerſitate delectans. Afflictio in bonis proximi eſt voluntas procurás malum ſuo deſiderio: per euentum proſperitatis contrarie defraudata.

## De ira Sectio xx.

Sequitur videre de ira quantum ad quattuor. ſ. quantum ad diffinitionem: oppoſitionem: differentias ⁊ filias. Diffinit autem ira a Caſſiodoro ſic. Ira eſt animi motus cõcitatus: ad penam ꝓuocans inferendam. A rabano. Ira eſt oĩs malus motus ad nocendum. Ab auguſtino Ira eſt triſticia ex impotentia vlciſcendi. A damaſceno. Ira eſt feruor eius qui circa cor eſt ſanguinis. ex euaporatione fellis vel returbatione fiens. Item ab eodem ſic. Ira eſt id quod eſt audax mentis vindex ꝯcupiſcentia. Item ab eodem. Ira eſt deſiderium repunitionis. A philoſopho. Ira eſt appetitus contrarij doloris propter apparenteꝫ exanimationem. ⁊ appetitus inferendi dolorem ſibi aduerſanti propter illatam iniuriam apparentem. que quodammodo exanimat: per ẜ ꝙ debito ordine hominem quantum ad iudicium anime priuat. Habet auteꝫ ira op

positionem ad mansuetudinem ratione sui
initij. quia mansuetus etiam nunq̃ȝ vult inci
pere irasci. Ad iram per zelum: ratione ma-
terie. Sunt enim circa eandem materiam. s.
circa personam ira per vicium ⁊ ira per zelũ
quamvtraqȝ vult puniri. Sed ira per viciuȝ
vult q̄ persona puniatur vt sic satietur vin-
dicta persone. Ira vero per zelũ appetit pu-
nitionem p̄sone vt destruat̄ viciũ in p̄sona.
Breuiter ira per zelum vult punitioné p̄so-
ne cum debitis circũstantijs. Ira per viciuȝ
cum indebitis. Ad patientiam vo habet ira
oppositionem rõne finis. q̄ patientia extin-
guit iram ne ꝓcedat. Nã qui patiens ẽ iras
mitigat suscitatas. ¶ Species siue differen-
tie ire sunt tres s̄m Damasce. s. fel: mania:
cotus. Fel siue fellea passio dicitur subitꝰ ani
mi motus impatiens lesionis. Et accidit ex
parte corporis ex cõmotione fellis. ⁊ ex par
te aĩe ex corruptiõe vis irascibilis: ⁊ tũc mo
uetur fel ad vĩdictã vt expellat̄ tristicia. De
qua dicit Augu. Ira est cõmotio passionis
illate. Hec ira cito transit. Mania dicit̄ ma
nens ira ⁊ memorie tradita. Cotꝰ est ira ob
seruans tempus ad vindictam. ¶ Filie ire
s̄m beatum Gregorium sunt sex. s. Rixa: ti-
mor mentis: contumelia: clamor: indignatio:
blasphemia. Rixa est audax vindicandi vo
luntas in iniuriã facti procedens. Timor mé
tis est voluntas vindicandi. fugiens aduer-
santem propter estimatas inimicitias. Con-
tumelia est voluntas vindicans per expro-
brationem malorum. Clamor est voluntas se
vindicans in exaltando vocem per vitupe-
rium ad aliorũ aures perueniens. Indigna-
tio est voluntas se vindicans per signũ mole
stie exterius declaratũ. Blasphemia est vo
luntas se vindicans per opprobrium deo vl'
sanctis illatum. ¶ Scd̃m isidorum sunt tres
filie ire. s. homicidium: clamor indignatio.
Que sic distinguuntur. Nam vindicta in-
fertur homicidio per manum. clamore per
os. indignatione per signum.

¶ De acidia Sectio xxi.

Sequitur videre de acidia q̃ȝtuȝ ad
tria. s. quantum ad diffinitioneȝ. op
positionem ⁊ filias. Diffinitur auté
sic ab Augustino. Acidia est tedium interni
boni. A Richardo. Acidia est torpor animi
bonum inchoare negligentis. A Damasce-
no. Acidia est tristicia aggrauans. A magi-
stris. Acidia est diffidentia de proprijs viri-
bus ⁊ auxilio dei: implendi ardua siue man-
data. ¶ Opponitur autem acidia inquantũ
est diffidentia implédi precepta: virtuti spei:
cuius est confidere. Inquantum est tedium
ĩterni boni ex quo generatur pusillanimitas:
opponitur virtuti fortitudinis. Inquantum
vero quod est facile reputat difficile: oppo-
nitur virtuti charitatis. que omnia etiam dif
ficilia facit facilia reputari. Quantum vero
ad suam essentiam que est tristicia: opponit̄
gaudio spiritus. ¶ Acidia s̄m beatum Gre
gorium habet sex filias. que sunt videlicet:
malicia: rãcor: pusillanimitas: desperatio: tor
por: vagatio mentis circa illicita. Malicia
est voluntas grauedinis impatiens: machi-
nans malum illius quem estimat inferenteȝ.
Rancor est voluntas ex impotentia repellé
de grauedinis amaricata. amaritudinem in
tus clausam per signuȝ exterius manifestãs.
Pusillanimitas est voluntas immoderate
metuens grauedinem in aggressu agendo-
rum: siue de proprijs viribus immoderate
diffidens. Desperatio est volũtas grauedinẽ
reprimens de adiutorio ad perficiéda agéda
diffidens: siue de remuneratione diuina pp
sustinentiam grauedinis que est in implen-
dis preceptis diffidens. Torpor est volũtas
grauedinis impatiens: tepida vl' pigra ad ex
pletionem agendorum inchoatorum. Vaga
tio mentis circa illicita est voluntas interno
gaudio destituta. in rebus exterioribus illici
tis quietem vel consolationem querens. Se
cundũ ysidorꝫ alie sunt filie tristicie: alie aci-
die. Ipse enim tristiciã vocat voluntatem in
quantum a graui debito se auertit. Acidiam
vero vocat voluntatem inquantũ se ad quie

tem indebitam conuertit. Dicit ergo. De tristicia exeunt rancor. pusillanimitas: amaritudo: desperatio. De acidia ƀm ipsum oriunt̄ ociositas: somnolentia: importunitas: inquietudo mentis. corporis instabilitas: verbositas: curiositas.

## De auaricia. Sectio xxij.

Sequitur videre de auaricia quātuȝ ad quinqȝ.s. q̄ȝtum ad diffinitioneȝ cōparationē: oppositionē: dr̄ias ⁊ filias. Aug. super genesim ad lr̄am diffinit sic auariciam. Auaricia est appetitus non soluȝ pecunie. sed etiā altitudinis ⁊ scientie. Idem in libro de ciuitate dei. Auaricia ē libido habendi pecuniam. Ideȝ alibi. Auaricia est immoderata habendi cupiditas. Itē tullius diffinit eam sic. Auaricia est amor īmoderatus habendi. Comparat̄ autem auaricia idolatrie. Unde sepe dicit̄ idolorum seruitus in scriptura. Hoc autem dicit̄: q: cultor dei ad deum tripliciter comparat̄.s. diligendo: honorando: ⁊ in ipso ꝯfidendo. que tria in auaro respectu pecunie inueniunt̄ ⁊ reperiunt̄. propter qd̄ auaricia non immerito dicit̄ seruitus idolorum. Duplex est etiaȝ actꝰ auaricie.s. diligere pecuniam: ⁊ retinere siue nō dare. Ratione primi actus auaricia opponitur charitati. que bonū diligit incōmutabile. Ratione vero secūdi actus opponit̄ largitati siue liberalitati. que dat danda: ⁊ retinet retinenda. Duplex quidam est actus largitatis scilicet dare danda: ⁊ retinere retinēda. Cuius duplex est extremitas viciosa.s. prodigalitas: que dat non danda. ⁊ auaricia: que retinet non retinenda. Largitas siue parcitas qd̄ idem est: est virtus. tamen ratione actuū differens erit medietas. Si autem attendatur oppositio ƀm actum dandi. Prodigalitas est superfluitas que dat non danda: Auaricia est diminutio que nihil dat. Largitas ē medietas. Si vero ordinatur ƀm actum retinendi. Auaricia est superfluitas que retinet retinenda ⁊ non retinenda. Prodigalitas ē diminutio que nihil retinet. Parcitas vero est medietas. Differentie auaricie sūt quinqȝ.s. beneficij subtractio: furtuȝ: rapina: vsura: symonia. Subtractio beneficij est auaricia retinens beneficium qd̄ tenet̄ dare pauperibus in tempore necessitatis. vt diues indigenti. Furtum est auaricia retinens rem alienam inuito dn̄o. Rapina est auaricia ꝑ vim occupans rem alienam. Usura est auaricia acqrens per mutuū aliquid preter sortem. Symonia est auaricia studiose appetēs vendere vel emere spūalia vel spūali annexum. Filie auaricie ƀm Gregorium sunt septem.s. ꝑditio: fraus: fallacia: ꝑiuriū: ingetudo mentis. violentia: obiurgatio mētis cō tra misericordiam. Proditio est voluntas ꝑ deceptionem domesticorum acquirendis inhians. Fraus est voluntas profectum ꝓximi decipiens propter terrenum emolumentuȝ. Fallacia est voluntas per verba decipiēs ꝓximum causa lucrandi. Periuriū est voluntas violans sacramentū ⁊ iuramentū. Ingetudo mentis est volūtas cogitare nō cessans qualiter possit diuitias congregare. Violentia est voluntas per vim aliorum bona rapiens. Obiurgatio mentis contra misericordiam est volūtas ꝯcitata aduersus postulatōeȝ indigentiȝ: ex nimio ardore pecunie retinende. Scd̄m ysidorum octo sunt filie auaricie. scȝ mendacium. fraus: furtuȝ: turpis lucri appetitus: falsa testimonia: violentia: inhumanitas: ⁊ rapacitas.

## De gula. Sectio xxiij.

Sequitur videre de gula q̄ȝtū ad q̄tuor.s. q̄ȝtum ad diffinitionem: oppositionē: differentias ⁊ filias. Diffinitur autem gula quantū ad excessum in cibo sic. Gula est immoderatus amor edendi Quantum vero ad excessuȝ in potu dicitur ebrietas. quam diffinit Seneca sic. Nihil aliud diffinio ebrietatem: q̄ȝ insaniā voluntariam. Quantum vero ad excessum cibi ⁊ potus sic potest diffiniri. Gula est īmoderatus amor alimēti. Itē sic. Gula est immoderatꝰ amor delectatōis eius q̄ est circa vel ƀm gu

stum. ¶ Scdm hoc gula pót sumi stricte ꝓ imoderantia in cibo. Et sic opponit ei parsimonia. Vel large pót accipi ꝓ imoderantia in cibo ⁊ potu pariter. Et sic opponitur ei sobrietas: que modum seruat in vtroqz. ¶ Differentie siue conditiões gule ꝫm ysidorū sunt quattuor. s. qd: quantum: qñ: quō. Quid ad ipsam rem ꝑtinet. Quādo si añ legitimū tempus appetat: Quantū ad imoderantiam refertur. Quomodo si nimis ardēter appetat. Scdm beatum Gregoriuz sunt quinqz differentie hoc versu comprehense. Prepropere: laute: nimis: ardenter: studiose. Prepropere pertinet ad sumptionez cibi ante tempus. laute pertinet ad cibi substantiaz. cum. s. ex se preciosus ⁊ delicatus est. nimis: ad cibi quantitatem. ardenter: attenditur ex parte affectiue. studiose ex parte cognitiue. Duas istas vltimas differentias ꝫm beatuz gregorium sub illa que est quarto modo apprehendit. ¶ Quinqz sunt filie gule ꝫm gregorium. s. inepta leticia. scurrilitas: imūdicia: multiloquium: hebetudo mentis vel sensus circa intelligentiam. Inepta leticia est voluntas per exteriores lusus excitans libidinez in gustu. ⁊ ex ipsa postmodum excitata. Scurrilitas est voluntas per verba carnalia libidinem gustus cōmouens: ⁊ ex ipsa postmodum cōmota. Immundicia est voluntas per nimiam cibi sumptionem: libidinem in gustu continuare desiderans. Multiloquium est voluntas per multiplicationem verborum: intendens in gustu conseruare libidinem. Hebetudo mentis est voluntas libidinis cōseruande proprie carnis absorpta: intelligere spiritualia fastidiens. Scdm ysidorum due sunt filie gule. s. comesatio ⁊ ebrietas. quarū vna in cibo attenditur: alia in potu.

¶ De luxuria Sectio xxiiij.

SEquitur videre de luxuria quātum ad diffinitionem: oppositionem: tentationem: differentias ⁊ filias. Diffinit sic. Luxuria est libidinose voluptatis appetitus. Ité sic. Luxuria est cōcupiscentia nimia experiende voluptatis. Ité sic. Luxuria est inordinatus appetitus illiꝰ delectationis q̄ est ꝫm coitū. ¶ Opponit aūt luxuria continentie. Cuius triplex est differentia. Est eniz cōtinentia coniugalis. vidualis ⁊ virginalis. ¶ Quintuplex aūt tentatio est luxurie. ꝫz ꝙ in hoc versu continet. Visus ⁊ alloquium: cōtactus: ⁊ oscula: factum. Hoc quippe ordine tentatio luxurie cōsummat. Primo eni inchoat in visu exteriori: siue interiori: vt in cogitatione: Deinde venit ad alloquiuz. postea transit ad contactum. deinde prorumpitur ad osculum. postea cōsummatur factum. ¶ Differentie luxurie sunt sex. s. fornicatio: adulterium. stuprū: sacrilegium: incestus: peccatum ꝯ naturaz. Fornicatio est luxuria qua solutus cognoscit solutā naturali vsu. Et intelligitur ⁊ solutus ⁊ soluta a vinculo coniugij: consanguinitatis: affinitatis: ordinis: ⁊ religionis: vel voti continentie. Adulteriū est luxuria qua cōiugalis thorus violat. Stuprum est luxuria qua virginalis incorruptio violatur seu defloratur. Sacrilegium hic appellatur sacre persone lesio per viciuz luxurie. Et melius luxuria sacrilega diceret. Hec est luxuria qua votum continētie violat: ⁊ hoc in se. vel qñ in sacris ordinibus constitutus vel religiosus aliquis fornicat cum aliqua soluta. vel soluta aliqua cū religioso vel sacerdote. Incestus est coitus contra cōsanguinitatē affinitatem: vel compaternitatem cōmissus. Peccatum ꝯ naturam est luxuria qua naturalis vsus coeundi maris ⁊ femine dissipatur. ¶ Filie luxurie ꝫm gregorium sunt octo scz cecitas mentis. inconsideratio. inconstantia. precipitatio. amor sui: odium dei: affectus presentis seculi. horror siue desperatio futuri seculi. Cecitas mentis est voluntas fastidiēs ⁊ despiciens superiora ⁊ spiritualia. Inconsideratio est voluntas preuidere renuens agēda inferiora. Inconstantia est voluntas libidine carnis confracta: statum suuz tenere nō valens. Precipitatio est voluntas ad aggredi quelibet impetuose. Amor sui est volun-

tas affectione carnis imbuta.sibi propter se sup omnia adherens. Odiũ dei est voluntas deũ tanq̄ impedimentũ ppꝛie volũtatꝫ carnalis vel voluptatis detestans. Affectus presentis seculi est voluntas presens seculuꝫ semp manere desiderans. ppter fruitionem voluptatis carnis. Desperatio siue horroꝛ futuri seculi est voluntas voluptate p̄senti cecata: de eterna iocunditate desperans. Scđꝫ ysiodorũ quattuoꝛ sunt filie fornicationis.scꝫ turpiloquia: scurrilia.ludicra: stultiloqa. Sapientie in sermone opponuntur stultiloquia Bonitati in sermone opponuntur alia tria. Nam cũ tripl'ex sit bonitas.scꝫ vtilitas: delectatio licita: ꝛ honestas.sermoni vtil'i opponuntur ludicra.sermoni delectabili licito opponuntur scurrilia.sermoni honesto opponuntur turpiloquia.

¶ De peccato ex infirmitate: ꝛ ignorantia: ꝛ industria. Sectio xxv.

Equitur videre de diuisiõe peccati trimẽbꝛi: que est. Pctm̃ aliud ex infirmitate.aliud ex ignorantia: aliud ex certa malicia siue industria ppetraꝛ. Qđ alijs verbis dicit in euangelio. Est peccatũ in patrem.peccatũ in filiũ.peccatũ in spiritũ sanctum. In patrem cui attribuitur potentia peccare dicit: quãdo quis peccat ex infirmitate. In filium cui attribuit sapientia q pec cat ex ignorantia. In spũm scm̃ cui attribuit bonitas: qui peccat ex industria siue ex certa malicia. Primo videndũ est de peccato ex infirmitate.qđ est auersio volũtatꝫ male humilitate vel male accense ab infirma creatura: a deo oĩpotente. Due sunt dr̃ie huius pcti effectiue.timoꝛ male humiliãs: ꝛ amoꝛ male accẽdens. Tripl'r aũt distinguit amoꝛ. scꝫ amoꝛ gratuitus: libidinosus: ꝛ naturalis. Gratuitus hꝫ finẽ principalẽ sumũ bonuꝫ.s. incõmutabilẽ deũ. Libidinosus hꝫ finẽ voluptatẽ siue delectatõe in creatura. Natural' hꝫ finẽ necessitatẽ siue vtilitatẽ ppꝛiã. Primus est laudabilis: q: virtus. secundus vituperabilis: quia peccatũ. tertius nec laudabilis nec vituperabilis. q: naturalis est. Sil'r distinguitur triplex timoꝛ. scꝫ naturalis: gratuitus: libidinosus. Naturalis est passio.i.p̃mus motus. ꝛ ĩ testimoniũ humanitatis vere fuit in domino iesu christo. Gratuit⁹ multiplicatur in seruilẽ.initialẽ ꝛ finalẽ: de quibus alibi dicet.s. in libro de donis. Libidinosus diuiditur in humanũ.quo quis eligit peccare ne ledatur in coꝛpe. ꝛ mundanum: quo quis eligit peccare nę ledatur in possessione. Timoꝛe libidinoso homo male humiliatur. Timoꝛe gratuito bene. Timoꝛe naturali nec laudabiliter nec vitupabiliter. Item amoꝛe libidinoso hõ male accendiꝛ. Amoꝛe gratuito bene. Amoꝛe naturali indifferenꝛ.

¶ Peccatũ ex ignorantia est auersio voluntatis ignorantis ꝛ ppetrantis qđ malũ ẽ: ab omniscienti deo. Nota tñ ꝙ aliud est peccatum ex ignorantia.aliud peccatũ ignorantie. Peccatũ ignorantie est omissio debite scientie. Peccatũ ex ignorantia est peccatũ qđ cõmittiꝛ ignoranꝛ. Est ignorantia iuris: ꝛ ignorantia facti. Ignorantia facti duplex: aut adhibita debita diligentia: ꝛ hec excusat a toto aut non adhibita debita diligentia. ꝛ hec excusat a tanto ꝛ non a toto. Ignorantia iuris quedã est vincibilis.que est culpa.hec auteꝫ aut est vero consensu: vt ignorantia affectata. Et ista sic ex vna parte excusat: ꝛ alia magis aggrauat: Aut est ex negligentia ꝛ ignauia.sicut ignorãtia crassa ꝛ supina. ꝛ ista etsi aliquo modo excusat.non tamen sic excusat: quin eterno igne ardeat: sicut dicit Aug⁹. Sic ꝛ ignorantia iuris inuincibilis põt esse duplex. Aut eniꝫ ẽ introducta per p̃ambulã culpam.aut preter omnem culpã. Si preter oẽm culpã: aut simpliciter priuat cognitõem iuris.sicut in infantibus ꝛ furiosis.qui oĩno carent vsu rationis. ꝛ hec excusat a toto. Unde dicit Berñ.ꝙ paruulis infantib⁹ ꝛ doꝛmientibus nihil imputatur qđ faciunt. Aut non tollit oĩno vsum rõnis: sed semipleuuꝫ. ꝛ tunc non excusat a toto sed a tanto.sicut in his que nõ plene sunt furiosi.sed habẽt aliq̃

modo aliqua interualla lucida.ꝛ in pueris:
qui sunt aliquo modo capaces ꝑcepti.licet ñ
plene.Si aũt ignorantia est introducta ꝑ ꝑ-
ambulã culpã.sicut inebrio ꝛ furioso:quoꝝ
vterqꝫ ꝑcipitauit se in hoc ꝑ culpã suam.sic
nõ excusat a toto.Sed vt dicit phs. Ebrius
habet duplices maledictões.vnam ꝓ culpa
ꝑcedenti.aliã ꝓ culpa sequenti.Non tñ pro
prie loquendo est dicendũ ꝙ ebrius aliquid
ꝑpetrans nouã culpã cõmittat.sed ex conse-
quenti culpa aggrauaẗ prima.vt videtur ma
gis peritis.q̃uis aliqui dixerũt ꝙ ꝑter cul-
pam primã in ebrietate cõmissam:secundo
cõmittat nouã.¶ Peccatũ ex industria si-
ue in spm̃sctm̃:est auersio voluntatis mali-
gnantis a summe clementie deo. Cuius sunt
sex differentie.s.desperatio:presumptio.im-
pugnatio veritatis agnite. inuidentia frater
ne gratie:obstinatio mentis.finalis impeni-
tentia.Quaꝝ sufficientia accipiẗ sic. Istud
peccatũ impugnat gr̃am penitentialẽ.ꝑ quã
fit remissio peccati a deo intra ecclesiasticaꝫ
vnitatem.Potest ergo impugnare pniam i
se.ꝛ sic sunt due species.q: penitẽtia facit re
silire a cõmissis. contra quod est obstinatio
mentis.facit etiam precauere a cõmittendis.
contra quod est finalis impenitentia.idest ꝓ
positum nunq̃ꝫ finaliter penitendi.Si auteꝫ
impugnat gr̃am penitentialem in cõparatõe
ad deum a quo datur.sic est duplex species.
Nam vniuerse vie domini misericordia et
veritas siue iusticia.Misericordiam impu-
gnat despatio. iusticiã impugnat ꝑsumptio.
Si autem impugnat gratiam penitentialem
in comparatione ad vnitatem ecclesie ĩ qua
recipitur.sic est duplex peccatũ.Nam vni-
tas ecclesie maxime ꝯsistit in duobus.s. in fi
de siue in veritate.cõtra quã est impugnatio
veritatis agnite. Et in gratia siue charitate.
contra quã est inuidentia fraterne gratie.

¶ De idolatria ꝛ heresi. Sectio xxvi.

Equitur videre de diuisione pecca
s ti.que est.Peccatũ aliud in deum:
aliud in proximũ.aliud in seipsum.
Peccatũ in deũ diciẗ impietas.Peccatum
in ꝓximũ iniquitas.Peccatum in seipm̃ im
puritas.Primo videndũ est de peccatis q-
bus inhonoratur diuine maiestatis omnipo
tentia superstitõe colendi.que sunt idolatria.
ritus iudaicus.ritus saracenicus. apostasia.
scisma:heresis.Idolatria est falsa ꝛ supstitio
sa protestatio maiestatis diuine ĩ idolo.Ido
latrie due sunt species.Una est in rebus na-
turalibus.alia est in rebus artificialibus.si-
cut ostenditur. Sapientie.xiij. Committitur
autem tripliciter.s.protestatõe cordis:vt cre
dere de creatura ꝙ sit omnipotens. qꝺ ẽ ꝓ
prium creatoris.Cõfessione oris.vt est nõ so
lum credere:sed etiã verbis exprimere. Ex
hibitione opis.vt fit in reuerẽtia ꝛ in sacrifi
cijs.Triplex est apostasia.s.perfidie.cum qs
recedit a fide.vt iulianus apostata. Inobe-
dientie.cũ qs recedit a preceptis ecclesie.et
sic initiũ supbie hois ẽ apostatare a deo Ir
regularitatis:cũ qs recedit a religione clau
strali vel clericali.Apostasia sic põt describi.
Apostasia est temerarius a statu fidei vel obe
dientie vel religionis recessus.Scisma est il
licita dissensio eoꝝ inter quos vnitas eẽ de
bet.vel illicitus ab vnitate dissensus.Omnis
heresis est scisma:sed non conuertitur.He-
resis est recessus a fidei veritate.Itẽ differt
scisma ꝛ heresis.Nam heresis addit prauũ
dogma.Scisma in finẽ confingit aliquã he-
resim.Post recessum enim ab vnitate eccle
sie sequitur inobedientia in mãdatis ecclie.
In fine vero sequiẗ assertio ꝙ nõ est obediẽ
dum ecclesie.Heresis idem est qꝺ diuisio.ꝛ
sic diciẗ heresis ꝓprijssime recessus a fide.
ꝓprie falsa interpretatio scripturaꝝ.minus ꝓ
prie excõmunicatio.Scðꝫ hoc hereticus di
ciẗ multipliciẗ.Uno modo ſm Augu.here
ticus est qui alicuius tpalis lucri:ꝛ maxime
glorie principatusqꝫ sui gr̃a:falsas:opiniões
de fide ac nouas gignit aut sequitur.Gignit
vt heresiarche:sabellius ꝛ arrius:seqtur vt
sabelliani ꝛ arriani decepti per tales.Scðm
Hieronymũ ꝑt hereticus appellari:licꝫ ab

ecclesia nō decesserit: qui aliter intelligit scripturā q̄ȝ sensus spūssancti expostulat. Tertio dicitur hereticus quicūqȝ a sacramentis ecc͞lie vel ꝯmunione fideliū est diuisus: vt excōmunicatꝰ seu subuersor eccl͞ie: seu subrisor scꝛoꝝ. vn̄ symoniacus hereticꝰ reputat̄.

¶ De interdicto: ⁊ duabus speciebꝰ excōmunicatōis. Sectio xxvij.

s

Equit̄ de heresi q̄ est excōmunicatio diffusius videre in speciali. Et p̄mo de interdicto qđ est excōicationis initiū. Ad qđ notandū ꝙ noīe cēsure ecclesiastice intelligitur sententia interdicti. excōmunicatōis ⁊ suspensionis. Proprie autē excōicatur persona a cōmunione sacramētorū ⁊ fideliū sepata. Suspendit̄ etiā persona qn̄qȝ ab officio: qn̄qȝ a bn̄ficio. quādoqȝ ab vtroqȝ. Interdicit̄ locus: vtputa ciuitas: villa vel castrū. In generali interdicto dn̄t ista ꝯferri ab ecclesia. Baptismꝰ paruuloꝝ: morientibꝰ pn̄ia. pegrinis crucē accipiētibꝰ ob reuerentiam crucifixi nō est penitentia denegāda. Potest ep̄us baptizatos puulos cōfirmare semel in mense vel septimana. populū interdictū causa predicationis ad ecclesiā ꝯuocare. Item morientibꝰ si digne penitcāt potest eucharistia ministrari. Clerici decedētes sine pulsatōe campanaꝝ cessantibus solēnitatibꝰ cū silētio in cemiterio sepeliri pn̄t: si bene seruauerūt interdictū. In ꝯuentualibus ecclesijs bini vel tres simul horas canonicas pn̄t legere: nō cantare: ianuis clausis ⁊ interdictis exclusis. Et hoc ita demisse: ꝙ exterius nō possint audiri. Ex quo colligit̄ ꝙ interdicti: ⁊ multo fortius excōicati: non debent horas extra ecclesiam auscultare. Plerisqȝ tamen religiosis indultū est: vt ianuis clausis: ⁊ interdictis exclusis: possint simul celebrare diuina. qđ hodie ad ep̄os extenditur. nisi specialiter eis prohibeat̄. ¶ Excōmunicatio vero est animaduersione gladij spūalis ecclesie a cōmunione sacramentoꝝ ⁊ fideliū sepatio. Excōmunicatōis due sunt species. Vna que dicitur maior: excludens a sacramnntis ⁊ legitimis actibus fideliū: hoc versiculo cōprehensis. Os: orare: vale: cōmunio mensa negat̄. Alia que dicit̄ minor separans a sacramentis. Itē excōicatio quedā infligit̄ a iure. Et hec est ꝯseruatiua. Quia licet videatur esse ad libertatē ecclesie ꝯseruandā. principalis tn̄ est ad culpā precauendā. Quedā infligit̄ a iudice. Et hec est curatiua. Nā licet videat̄ esse ꝓpter emendā faciendā: principalius tn̄ est ꝓpter ꝯtumaciā confringendā. Pena sustinētis excōmunicationē est multiplex: que in hoc versu ꝯtinet̄. Gratia subtrahit̄ magis ac magis obice rupto. De vicio cadit in viciū: suffragia ꝑdit. Ecclesie: sathane vexandus tradit̄ ille. Quē ligat ex ꝓprijs anathematis vltio culpis.

¶ Circūstantia vero preseruans personaȝ participantē cū excōmunicato ne excōicationis vinculo inuoluat̄ est multiplex. vt his ꝟsibus continet̄. Utile: lex humile. res ignorata: necesse. Hec anathema qdem faciunt ne possit obesse. Utilitas cōmunicantis vt quando petit qđ sibi debet̄. excommunicati vt quaado secū tractat de correctione. Lex matrimonij que ligat virū ⁊ vxorē. Humile vt filij non emancipati. serui: ancille: rustici: mācipijs ⁊ alijs obnoxijs astricti. Res ignorata vt qn̄ nescit̄ esse excōmunicatus cū quo participatur. Necesse: vt peregrini ⁊ pauperes: ac ceteri viatores.

¶ De duabus regulis generalibꝰ circa excōmunicatōem. Sectio xxviij.

c

Irca excōmunicatōem nota duas regulas generales. Prima est hec. Quicunqȝ in clericū vel in ꝑsonaȝ ecclesiasticā manus inijcit temere violentas excōmunicatus est. Hoc fallit in. xiiij. casibꝰ. Primus est in apostata pcusso qui clericus ignoratur. Secundus est in apostata ammonito se non corrigente. Tertius est in eo qui gerit procurationem ⁊ admīstratōem secularū personaꝝ. Quartꝰ est in eo qui ex ioco inijcit manus in clericū. Quintꝰ in magistro qui causa discipline verberat clericū. Sextꝰ

in eo qui vim sibi illatã a clerico vi repellit.
Septimus in eo qui clericum deprehendit
cũ vxore matre vel sorore aut filia ꝯmisceri.
Octauus in eo qui auctoritate sue ꝑlationis
vel de mandato prelati manus iniecit in cleri
cũ. Nonus in senioribus ecclesie. Decim⁹ i
dominis. Undecimus in patribusfamilias.
Duodecimus in ꝓpinquijs. Tredecimus in
eo qui manus in clericum iniecit depositũ ⁊
curie traditũ. Quartusdecimus cũ clericus
transfert se ad vitã clericatui ꝓrsus ꝯtrariã.
vt qñ fit miles: vel contrahit bigamiam.
Scd̃a regula est hec. Quicũqꝫ est excõmu
nicatus ꝓpter manus iniectas in clericũ vio
lentas. ꝓ absolutione ad sedẽ apostolicã est
mittendus. Hoc aũt fallit in.xv.casib⁹. Pri
mus est quando percussor est in mortis arti
culo constitutus. Scd̃s casus est in eo qui iu
stam excusationem habet. vt inimicitias ca-
pitales. Tertius est in hostiario: qui necessi-
tate officij sui aliquẽ clericũ nõ enormiter ꝑ-
cusserit. Quartus in infirmo. Quintus in
paupere. Sextus in senectute depsso. Septi
mus in claustrali: qui enormẽ non intulit le-
sionem. Octauus in muliere. Nonus in eis
qui sui iuris non sunt. Decimus in his qui
sunt magne potentie ⁊ nimiũ delicati. ita vt
laborem in eundo ad curiam nõ possunt su-
stinere. Undecimus in his qui nõ grauẽ le
sionem: sed leuẽ vel modicã iniuriam intu-
lerunt clericis. Duodecimus in impubere
siue ante pubertatẽ siue post postulet se ab-
solui. Tertiusdecimus in seruo de cuius ab-
sentia dñs nimiũ grauaret. vel cũ ipse suus
verberaret clericũ vt materiam habeat eua
dẽdi. Quartusdecimus de monialib⁹. Qui
tusdecimus in oĩbus cõmuniter viuẽtibus.

¶ De diuinatõe Sectio xxix.

Equit videre de peccatis qbus in
honorat diuine sapiẽtie altitudo su-
perstitõe sciendi. que sunt sortilegiũ
⁊ diuinatio. ¶ Ad cuius mali noticiam ẽ vi
dendum quid sit diuinatio. que sunt eius spe
cies. vtrũ oĩs diuiatio sit ꝓhibita. Diuina-
tio sic describitur. Diuiatio est supstitiosa in
uestigatio prescientie futuroꝝ. Cuius qnqꝫ
sunt spẽs. s. mantia. maleficiũ. sortilegiũ. au-
gurium. prestigiũ. Mantia dicta est a man-
te que i ea preualuit. Et hec habet qnqꝫ spe
cies. s. necromantiã que est diuiatio facta in
cadaueribus mortuoꝝ. a necrõ qd̃ est mor-
tuũ: ⁊ mantia diuinatio. Geomantiã que est
diuinatio facta in terra. a ge qd̃ est terra: vt
in circulo. Hydromantiã que est diuinatio
facta in aqua. ab hydros qd̃ est aqua. vt in
aqua pluuiali. Aeromantiã que est diuiatio
facta in aere. vt in ꝯtẽplatiuis circulis. Py
romantiã que est diuiatio facta i igne: a pyr
qd̃ est ignis. Iste sunt spẽs mantie. ¶ Ma
leficium est peritia ꝑ quã mulieres faciũt ali
quas ligaturas in damnũ vel in ꝯmodũ ali-
cuius. vt de crista galli. ⁊ de rana. ⁊ de ima-
gine cũ eis. Sortilegiũ est rõ diuinandi per
sortes. Usus huius diuinationis fuit in vete
ri testamento. Sorte etiam vsi sunt apli ante
spũssancti plenitudinẽ. Auguriũ est ratio di
uinandi per garritus auium vel gestus. vt ꝑ
volatũ. Prestigiũ est per qd̃ diabolicis illu
sionibus oculi hoĩum pstringunt ne possint
cernere qd̃ verũ est. sed phantastica figmen
ta. vt faciunt incantatores. Preter hos mo-
dos sunt alij multi ⁊ plures. qui quotidie ꝑ
diabolum adinueniunt. Et etiã diuinatio fa
cta in varia inspectione psalterij ⁊ euãgelij.
Est ⁊ diuinatio que futura predicit in fatis ⁊
ꝯstellationibus. dicta mathesis media ꝓdu
cta. Est ⁊ diuinatio facta ꝑ auraꝝ vel astro-
rum inspectõem: dies ⁊ horas custodiens in
agendis: ⁊ dicitur aruspiciũ. Est que exta
vel intestina pecudũ inspicit. Est que in aris
idolorum a demonib⁹ responsa accipit. Di-
citur aũt ariolus diuinator in aris. Est que
somnia obseruat. Cõiecturator dicit obser-
uator in somnijs. Augur in garritu auium.
Maleficus imolans demonibus pueros:
vel saltẽ lustrans. magus alio noĩe dict⁹. In
cantator est pstigiosus fallẽs oculos intuen-
tium. Phito est ventriloquus ꝑ spũm mali-

gnum loquens.a phitõe vel phitio.i.apolline dictus. Diuinus.i. aruspex .i. inspector astroꝝ. Auspex qui volatus auium aspicit. augur qui voces audit auium. Extispex qui exta.i.intestina pecudũ inspicit. Astrologus qui in astris augurat. Genetaliacus qui mores hoīum predicere conatur:ſm signa sub quibus homines nascuntur. Hic vulgo mathematicus vocatur:cuius supstitio ꝯstellatõ dicitur a latinis. Horoscopus qui per horas natiuitaté hoīm speculat diuerso ⁊ dissimili fato. Sortilegus est qui sub noīe ficte religionis diuinatõis scientiã ꝓfitet.vel ex inspectione aliquaꝝ scripturaꝝ ꝑdicit futura. Saliator qui dũ qnecũqꝫ pars mẽbroꝝ ei salierit:exinde aliqd ꝓspeꝝ vel triste significari predicit. Est autẽ omnis diuinatio deceptio ⁊ illusio diabolica.ideo maledicta a deo:et ab ecclesia interdicta. Nec potest ea ex voluntario cõmertio qu.ſcꝫ vti sine peccato. Aut enim est ibi peccatũ infidelitatis:dũ aliquid diuinũ diabolo attribuitur qđ dei est. Aut ẽ peccatũ idolatrie.vtpote in oblationibus ⁊ sacrificijs. Aut est peccatũ inobedientie.q2 fit ꝯtra ꝓhibitionẽ dei ⁊ ecclesie. Talis aũt ꝓhibitio est sancta.q2 talis peccat in seipsum dum discrimini se cõmittit. Peccat in maiestatẽ diuinã:dum recurrit ad diabolum:quasi nõ sit omnipotens:omniscíẽs:benignus deus christianoꝝ. Peccat i ecclesiã: cũ cõmertiũ habeat cũ illo qui oino ꝑcisus est ab ecclesia.⁊ eidem aduersat.

¶ De hypocrisi:symonia:⁊ sacrilegio.

Sectio xxx.

Equit videre de peccatis quibus vilipendit sanctitas bonitatis diuine puersitate vtendi.qđ fit tripliciter.ſ.apparẽtis sanctitatis simulatõe:vt i hypocrisi.abusione doni gratuiti:vt in symonia.violatione loci sacri:vt in sacrilegio.

¶ Primo de hypocrisi sunt vidende notificationes ⁊ differentie. Hypocrisis sic diffinit a Rabano. Hypocrita est qui vult videri qđ nõ est.ſ.bonus.q̃si alterius ꝑsone representator. Item aliter diffinit. Hypocrita est qui vult videri bonus cũ nõ sit. Itẽ aliter. Hypocrisis est vicium clausum simulatõne virtutis palliatũ. Potest etiã hoc modo diffiniri. Hypocrisis est vicium quo quis vult videri bonus inordinate. Species hypocrisis ſm Richardũ sunt quattuor.ſcꝫ affectatio dignitatis. affectatio libertatꝫ:affectatio auctoritatis.affectatio potestatis. Secũdum Grego.pardus in daniele habẽs quattuor alas est hypocrita habens quattuor spẽs. Prima est iactantia de bono manifesto. Secunda simulatio de bono oculto. Tertia excusatio de malo manifesto.. Quarta dissimulatio de malo occulto. ¶ Symonia ẽ studiosa voluntas emendi vel vendendi aliqđ spũale:vel spũali annexum. Hec autem contrahitur tripliciter ſm Gre.ſ.munere a manu:qđ est pecunia. Munere ab obsequio: quod est seruitus indebita impensa. Munere a lingua:quod ẽ fauor. Tres aũt sunt differentie materiales symonie. Prima est qñ vẽdit spũale:sicut sũt ecclesie sacramẽta. Secunda est qñ vendit annexũ spũali.vt est prebenda que ratione ꝯsanguinitatis siue precij vel fauoris dat:⁊ obtinetur idigne. Tertia est qñ vendit spũale:⁊ annexũ spirituali. vt est predicatio. ¶ Sacrilegiũ est sacre rei violatio:vel eiusdẽ vsurpatio.quasi sacriledium. Cõmittit aũt sacrilegiũ aliqñ ratione ꝑsone vt cum religiosus vel clericus verberatur. Aliqñ rõne loci.vt qñ ecclesie vel cemiterij imunitas violat. Quãdoqꝫ rõne rei:vt qñ res sacra vel sacro vsui deputata vsurpat Circa quod est distinguendũ:q2 sacrilegiuꝫ ꝯmittit auferendo sacrũ de sacro.aut sacrum de nõ sacro.aut nõ sacrũ de sacro.

¶ De rapina:furto:vsura:homicidio:⁊ scandalo. Sectio xxxi.

Equit videre de peccatis que committuntur in ꝓximũ.quoꝝ tria sunt genera. Quibusdã enim ledit ꝓximus in possessione:que sunt rapina:furtuꝫ: vsura. Rapina est manifesta ⁊ violẽta alie-

ne rei contrectatio. Furtū eſt oculta ⁊ igno-
rante dño ⁊ inuito aliene rei contrectatio.
Uſura eſt ſub ſpecie negociationis dño ſcié
te aliene rei contrectatio. ¶ Quibuſdá etiá
ledit in perſona. vt in homicidio. ⁊ in bello.
Eſt autē homicidiū hominis occiſio ab ho
mine facta. Duplex eſt aūt homicidiū. ſcilicȝ
ſpirituale ⁊ corpale. Spūale eſt quo qs occi
ditur ſpūaliter. quod fit duobus modis. ſcili
cet odiendo. Ná qui odit fratré ſuū homici
da eſt. Et detrahendo. Lingua enim detra-
ctoris eſt gladius acutus. Corpale vero ho-
micidiū eſt quo quis corpaliter occidit. qȯ
etiam fit duobus modis. ſ. lingua ⁊ ope. Lin
gua tripliciter. ſ. p̄cipiendo: conſulédo: ⁊ nó
defendédo. Opere quadrupliciter. ſ. iuſticia
caſu. neceſſitate: ⁊ voluntate ¶ Quibuſdaȝ
vero leditur in méte ꝓximus: vt ſunt ſcáda
la. Eſt aūt ſcandalum dictū vel factū minus
rectū prebens alijs occaſioné ruine. Scan-
daló grece latine obex. Sicut ad obicem in
via poſitum ledit pes euntis. ſic dictū vel fa
ctum minus rectum eſt obex infirmis in via
morū. Scádalū aliqñ dicit obex. ſ. dictū vel
factum minus rectum. Aliqñ dicit actio ſiue
impactio illius qui ſcandalizat. Aliquádo di
citur caſus ⁊ ruina illius qui ſcandalizatur.
Uudeuerſus. Scandalū equiuocat obex im
pactio caſus. Eſt aūt duplex differentia ſcan
dali. Eſt eniȝ ſcandalū actiuū ⁊ paſſiuū. Ac-
tiuū quo quis alij dat occaſionem ruine ſpū
alis. Paſſiuū eſt ipſa ruina facta ad obicem
mali exempli alterius. vt cum fornicat quis
exemplo alterius. ¶ Ad ſciendū aūt q̄ ſunt
ꝓpter ſcandalum omittenda: due regule ſūt
notande. Una eſt bernardi. alia hieronymi.
Regula bernardi eſt hec. Peccamus ex i-
firmitate: vel ignorantia. ex certa etiá iterdū
malicia. cauendū eſt ne quid faciamus qȯ ſit
in ſcandalū alicuius. De talibus dicit domi-
nus petro. Ne aūt ſcádalizemus eos ⁊c̄. In
tertio vero caſu cū ſcandalū procedit ex cer-
ta malicia. nó ꝓpterea eſt omittendū opꝰ vl
ab opere deſiſtédū. Unde dicit dñs Mat.
xv. de phariſeis ſcandalizatis ex malicia.
Sinite eos: ceci ſūt ⁊c̄. Regula hieronymi
eſt talis. Omne qȯ poteſt fieri vel non fieri.
ſalua triplici veritate omittendum eſt ꝓpter
ſcandalū. Non eſt autem omittenda veritas
vite: doctrine: iuſticie: ꝓpter ſcandalū euitá
dum. Ueritas vite pertinet ad omnes: com
prehendens precepta: ꝓhibita: ⁊ cóſilia. Ue
ritas doctrine pertinet ad p̄dicatores ⁊ ma-
giſtros. Ueritas iuſticie pertinet ad p̄latos
comprehendens duas partes iuſticie. ſ. ſeue-
ritatem in puniendo malos ⁊ reos. ⁊ libera
litatem in ſuſtinédo iuſtos.

¶ De pctis luxurie ⁊ gule. Sectio xxxij.

s Equitur videre de peccatis quibꝰ
peccat quis in ſeip̄m. que ſunt duo.
ſcȝ peccatū luxurie deordinás gene
ratiuá. ⁊ peccatū gule deordinás nutritiuá.
Peccata que accidūt ex deordinatóe gene-
ratiue ſunt iſta. ſcȝ pollutio nocturna. luxuria
i ꝓpria vxore. fornicatio ſimplex. meretriciū.
raptus. adulteriū. inceſtus. vicium ꝯtra natu
ram. Peccata ex deordinatióe nutritiue du
pliciter cómittuntur. manducando ⁊ ſic dici
tur guloſitas. ⁊ bibendo: ⁊ ſic dicitur ebrie-
tas. Quod fit quinqȝ differentijs vt ſupra-
dictum eſt: hoc verſu compꝛhenſis. Preꝓ
pere: laute: nimis: ardenter: ſtudioſe. Sup-
poſito q̄ coitus ꝯiugalis poſſit eſſe peccatū
videndū eſt p diſtinctóem: quis coitus cóiu
galis eſt peccatū: ⁊ quis non. ⁊ quis venialis
⁊ quis mortalis. Nota ergo q̄ coitus ꝯiugal'
alius eſt licitus. alius eſt fragilis. alius eſt im
petuoſus. Licitus eſt triplex. Quidá fit cau-
ſa prolis generande ad cultū diuinum: ⁊ hic
eſt theoſebie virtutis. que dicit pietas. Qui
dam cauſa reddédi debitū. ⁊ hic eſt iuſticie.
Quidam cauſa fornicationis vitande. ⁊ hic
eſt cautele. De q̄ apl's. i. Chorin. vij. Unuſ-
quiſqȝ habeat ſuá vxorem propter fornica-
tioné. vitandam ſupple. Fragilis ex fragilita
te proueniens: cū quis in vxore querit coniu
galem delectationem. non cauſa ꝓlis haben
de: nec debiti reddendi. nec fornicationis vi

tande.sed causa delectationis in piuge. Et distinguitur:aut illa delectatio amat citra deū. ⁊ tunc culpa est venialis. Uel amatur plusq̄ deus.vel eque vt deus.⁊ tunc peccatum est mortale. Impetuosus est qui ex libidine sola proueniens:metas honestatis ⁊ rōnis excedit. Et ideo mortalis est quinqʒ modis. Primo qn̄ fit propter satiandā libidinem p blandicias meretricias. Secūdo qn̄ fit preter naturalem modū. Tertio quando fit in tempore phibito. Quarto cum fit in loco prohibito. Quinto cum accedit vir ad pregnantem mulierē vicinā partui.aut in fluxu menstruo laborantē. Simplex fornicatio est luxuria q̄ solutus cum soluta naturali vsu femine cōmiscetur.ita q solutus excludit vinculū matrimonij:consanguinitatis:affinitatis:ordinis:voti:religionis:⁊ hoc cum muliere soluta que vnius vel paucorum libidini se exponit. Meretricium est pmertiū nefarium cū muliere que multorum paret libidini. Nam meretrix pprie dicta est mulier que multoꝝ libidini se exponit. Adulterium est alterius thori violatio. Incestus est lubricum carnis contra cōsanguinitatē:affinitatē:votū cōmissum.de quibus supradictū est.

¶ De passionibus siue proprietatibus peccatorum. Sectio xxxiij.

a D clariorē expeditionē predictorū postremo videndū est de passionibus siue pprietatibus peccatorum. Sciendū est ergo q ad peccatū quedā sunt antecedentia:quedam circūstantia:⁊ quedā subsequentia. Antecedentia q̄dā sunt ex parte auersionis:quedā ex parte conuersionis. Ex parte auersionis a deo sunt:cōtemptus: omissio:ingratitudo:inobedientia:⁊ preuaricatio. Ex parte conuersionis ad creaturaʒ sunt libido:concupiscentia:delectatio.cōsensus in peccatum:⁊ praua intentio. Subseq̄ntia sunt macula ⁊ reatus. Circunstantia sunt illa que circunstantias nominamus. Auersionem a deo comitātur contēptus:omissio: ingratitudo:inobedientia:⁊ puaricatio. Nā volūtas ad deū ꝯuersa ⁊ deo ꝯformis:vult qđ deus vult:⁊ nō vult qđ deus nō vult.⁊ h̄ debet fieri. Tū q: voluntas dei supior ē simpliciter. volūtas rōnalis creature inferior:et ideo tenetur sequi supiorē.quod si non facit dicitur contēnere. Tū q: dignū est facere qcquid deus vult fieri.⁊ ideo cū auertimur dicimur omittere. Tū q: iustū est ppter accepta beneficia obsequiū impendere. Un̄ cuʒ auertimur a deo dicimur ingrati. Tū q: ipe est dn̄s ⁊ nos serui.ideo tenemur facere qcquid nouimus ipsum velle.qđ cum non facimus dicimur inobedientes ⁊ preuaricatores.sed inobedientes q: auertimur a voluntate dei:preuaricatores q: transgredimur legem eius. Et nota q in voluntate auertente se a deo contēptus:omissio:ingratitudo:inobedientia:⁊ preuaricatio idem sunt ƀm rem differunt aūt ƀm rationem. Nam contemptus respicit dei potentiā.omissio sapiētiaʒ. ingratitudo bn̄ficiū.inobedientia preceptū: preuaricatio legem. Et sic ƀm ista recessus ē in frequenti auersiōe a deo. Elongatio vero est inobduratōem. ¶ Conuersionē aūt voluntatis ad creaturā comitat libido:que est improbitas voluntatis:bonum creatū peligens:⁊ deserens increatum. Quā sequitur ꝯcupiscentia:que est primus motus ex fomite ꝓueniens in sensualitatē:tendens ad delectationē illicitā. Tunc sequitur delectatio cū inferior pars rōnis condelectat. Tertio est consensus:cū supior pars rōnis nō contradicit sed assentit. Iste triplex status designatus est in prima tentatione per serpentem mulierem ⁊ virū. Deinde restat operis cōsummatio:vel adhuc est praua intentio. Nam intētio est ad opus. Et sic ex parte conuersionis actuale peccatū antecedit libido:concupiscētia:delectatio:consensus in peccatū:⁊ praua intentio. ¶ Circunstantie vero dicūtur que peccatum circunstant.que nos circunstantias appellamus. Est autem circunstantia proprietas psone vel negocij ex se pertinens ad laudē vel vituperium:vel diminuendo:vel

augendo: vel in aliud genus peccati trahendo. Proprietas persone est. vt quia pulcer ē homo: sapiens: bonus: ⁊ cetera hmōi. Et talis ꝓprietas respōdet ad questionē factā per quis. Proprietas negocij est que ꝑtinet ad opus: ⁊ est genus opis. vt q: fecit hoc. vbi fecit. quare fecit. quo tpe fec̄ ⁊ quō fecit. Que in hoc versiculo ꝯtinent̄. Quis quid vbi q̄bus auxilijs cur quō quādo. Que possunt i xiiij. differentias explicari: his versib⁹ comprehēsas. Aggrauat ordo locus ꝑsona sciencia tēpus. Etas conditio numerus mora copia causa. Et modus in culpa stat⁹ altus lucta pusilla. Ex his aūt quinqꝫ respiciūt ꝑsonā scꝫ sciētia: etas: cōditio: ordo ⁊ stat⁹. Tres respiciunt crimen. s. copia. causa: lucta pusilla. Due sunt adiacentes. s. locus ⁊ tempus.

¶ Ad peccatum vero sequētia sunt macula ⁊ reatus. Anima enī cū ad creaturā ꝯuertit̄ ꝫm August. obtenebrat̄: peiorat̄: ⁊ destruit̄. Ista autem obtenebratio: peioratio: ⁊ destructio idez sunt quod deformitas imaginis dei siue diminutio naturalis boni: siue macula. q: ex contactu spirituali inferiorum qui est ꝑ amorem inordinatum: sordidatur imago dei in nobis ⁊ polluitur. Reatus vero sequitur peccatum ratione auersionis. q: tantum bonum est deus: sicut dicit Augu. vt nulli bene sit qui ab eo recedit. Sicut ergo ex conuersione ad creaturam est macula. sic ex auersione a deo est reatus. qui est obligatio ad penā Peccatum quippe transit actu: sed remanet reatu. peccatū. s. actuale.

¶ Incipit secunda pars. que recipit septem sectiones.

¶ De vulneratione naturaliuꝫ. Sectio p̄ᵃ

p

Ostquā visum est de malo prout tenet rationeꝫ culpe: videndum est de malo inquantū tenet rōnē pene. Est ergo notādum ꝙ malum siue pctm̄ punit̄ pena multiplici in p̄nti: ⁊ etiā i futuro. In p̄nti aūt punit̄ quantū ad aīaꝫ ⁊ q̄ztū ad corp⁹. Quantum ad aīam punit̄ in vulneratione naturalium: ⁊ expoliatōe gratuitoꝝ. Vulnera quibus vulnerata est aīa ꝓpter pctm̄ sunt quattuor ꝫm Bedā. Dicit enī ꝙ q̄ttuor sunt nobis inflicta propter pctm̄ ade. s. infirmitas: ignorantia: malicia: ⁊ concupiscētia ex his cōtracta ⁊ cōflata. Quoꝝ sufficiētia sic accipit̄ Aīa sicut dicit Aug. est media inter deum ⁊ creaturas. De⁹ aūt ē omnipotēs: omnisciēs summe bon⁹: essentia indiuisus. Potētia attribuit̄ patri. sapientia filio. bonitas spūisctō Indiuisio ad p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssancti ꝑtinet vnitatem. Auertens ergo se a deo aīa: ⁊ ad creaturas trāsiens ꝑ amorē: deserēdo potentiam q̄ potest quicqd potest: icurrit ifirmitatem. Deserēdo sapiētiā qua scit qcquid scit incurrit ignorantiā. Deserendo bonitatem q̄ valet quicqd valet incurrit maliciā. Deserēdo substantiam indiuisam incurrit concupiscentiam. qua hō diuidit̄ in seipso ⁊ a seipso. intantū vt volūtas sensualitatis voluntati nō subiaceat rōnis. Non enim qd̄ volumus h̄ facimus bonū. cū caro aduersus spm̄ concupiscat. Est aūt infirmitas ex desertione omnipotentie. impotentia resistendi malis: vel difficultas in agendis bonis. Ignorantia ex desertiōe summe sapīe est hebetudo ad cognoscendum ea que sunt necessaria ad salutem. Malicia ex desertione summe bonitatis est pronitas vel inclinatio ad malum. Concupiscentia ex desertione indiuise substātie est corruptio diuidens appetitus: vt appetitus sensualitatis ab appetitu ratōis dissentiat. Peccauit siquidem per rationalē primus parēs. scientiā indebitā appetendo. ⁊ iō in ratiōali potentia est punit⁹ per ignorātiā. Peccauit in cōcupiscibili appetēdo cibū vetitū. ⁊ iō in cōcupiscibili est punitus per casum in maliciam que dicit̄ ꝓnitas ad malū. Peccauit in irascibili appetēdo indebitā ptātem. ⁊ iō in irascibili est punitus cadendo in infirmitatē. Ex tribus aūt predictis concupiscētia est cō

stata. Hec autem quadruplex pena vulnerans animam per originale peccatum ad posteros est transmissa.

### ¶ De spoliatione gratuitorum. Sectio. ij.

Sequitur videre de spoliatione gratuitorum: qua punit anima propter peccatum. Est aut spoliatio gratuitorum subtractio gratie gratum facientis: mortificatio meriti precedentis. frustratio sanguinis redimentis. iniuria angeli promouentis: inimicitia domini presidentis. deformatio diuine imaginis honoratio demonis. seruitus peccati. reatus eterni supplicij. debilitatio liberi arbitrij. elongatio superni beneficij: et prouocatio omnis creature dei in vltionem inimicorum creatoris sui. Et quia teste augustino: nunquam est dedecus culpe sine decore iusticie. nec est culpa commissa sine pena permixta. ideo nota quod quedam sunt sic peccata quod etiam sunt pena peccati. Speciali modo sunt illa peccata et pena peccati: que habent adiunctam mesticiam et dolorem. sicut sunt inuidia: ira: gula et acidia. Minus specialiter dicunt illa peccata et pena peccati: que habent adiunctam meram deprauationem nature vel ignominiam. sicut sunt illa peccata propter que dicitur homo tradi in reprobum sensum. Generaliter vero peccata et pena peccati dici possunt omnia peccata que sunt inter primam apostasiam: et vltimam gehenne penam. Dicit enim beatus Greg. quod crimina criminibus vindicant. Et peccatum quod per penitentiam non diluit: mox suo pondere ad aliud trahit. Licet aut idem dicat peccatum et pena peccati: nota tamen quod omnis pena inquantum pena iusta est: a deo est. Nulla aute culpa iusta est nec a deo est: sed tantum a libere voluntatis arbitrio. Pena vero que mere pena est a deo est inflicta. que vero culpa est vel ad culpam inclinans est contracta vel acta. Et sic collige breuiter quod triplex est pena. s. acta: inflicta et contracta. Acta est que sequit ad peccatum actuale. Nam qui culpam mortalem committit penam damni facit sibi: quia gratiam dei perdit. Pena inflicta est quam deus non statuendo: sed iudicando vel vindicando peccatori infligit. Pena contracta est que sequitur ad peccatum originale.

### ¶ De penis corporalibus. Sectio. iij.

Sequitur videre de penis quantum ad corpus quas homines propter peccata patiunt. Patiunt aut homines propter culpam penas naturales. de quibus dicit beatus Greg. quod septem sunt sagitte naturam hominum molestantes. s. frigus: calor: fames: sitis: labor: morbus: et mors. He sunt pene naturales et generales: que a primis parentibus ad posteros sunt transmisse: et in ipsis progenitoribus incboate. Nam primi parentes stati post culpam senserunt penam rebellionis et erubescentie in carne. et post diuino iudicio vir incurrit penam laboris et angustie. penam famis et indigentie. penam mortis et incinerationis. Mulieri autem duplicata est pena. quia inflicta est ei penalitas multiplicium erumnarum in conceptu. pena doloris in partu. pena subiectionis ad virum in conuictu. Patiunt etiam penas personales complures. Plurimi enim filiorum adam patiunt in membris diminutionem. quidam superfluitatem. quidam intrinsecam corruptionem. quidam extrinsecam deformitatem. quidam sunt paralitici. quidam epilentici. et alij sunt diuersis infirmitatibus et egritudinibus et specialibus morbis oppressi. alij leprosi. alij a demonibus obsessi. Patiunt quoque penas temporales. Nam teste orosio: ab adam vsque ad nos sunt secula transacta: nunc bellis grauia. nunc morbis corrupta. nunc fame tristia. nunc terrarum motibus terribilia. nunc inundationibus aquarum insolita. nunc eruptionibus ignium metuenda. nunc ictibus fulminum: plagisque grandinum seua. nunc paricidijs flagicijsque misera.

### ¶ De locis penalibus. Sectio. iiij.

Sequitur videre de pena qua punit quis post hanc vitam. Ad cuius rei noticiam sunt quattuor attendenda. s. distinctio locorum. apertio librorum. conflagratio ignium mundanorum. et triplicatio cruciatuum inflictorum. Triplex autem locus est siue receptaculum post hanc vitam ad peccata homi-

num punienda: ꝭm triplex gen⁹ peccati. Est enim locus purgatorij⁹: ⁊ hic debet peccato veniali. Est limbus: ⁊ hic debetur petõ origi nali. Est infernus. ⁊ hic debetur petõ morta li. Et creduntur esse sub terra gradatim posi ta ista loca. que aliter distingui possunt ꝫ dif ferentiam quadrimembrem. Penalis enim locus dicit alicui deputatus: aut ꝭm penam damni. ⁊ sic est limbus. aut ꝫ penã sensus. ⁊ sic est infernus. Utrũqꝫ autem membrorum in duo diuidit. Nã qui pena dãni puniunt: aut simpliciter ⁊ eternaliter puniunt. ⁊ hi sũt in inferiori parte loci illius qui dicitur limb⁹ aut puniunt non eternaliter sed ad tempus. ⁊ hi erant in superiori parte eiusdeꝫ loci qui dicebat abrahe sin⁹. Similiter qui pena sen sus puniũtur aut simpliciter ⁊ eternaliter pu niuntur. ⁊ isti sunt in inferno proprie dicto. Aut ad tempus puniuntur: ⁊ isti sunt in pur gatorio. Determinatur autem locus purga torius ꝭm legem cõmunem. ⁊ sic credenduꝫ est esse inferius non superius: sicut credit de limbo. Determinat etiam ꝭm dispositioneꝫ diuinam. ⁊ sic diuersis diuersa concessa sunt loca. vel propter eorũ celeriorem liberationẽ vt possint alijs suam indigentiam reuelare. vel propter nostram instructionem: vt cogi tem⁹ post hanc vitam q̃ꝫ magnũ restare pec cantib⁹ cruciatũ. vel ꝑpter alicui⁹ sancti im petrationem. sicut legit sanct⁹ patrici⁹ cuidã in quodam loco purgationem a deo ĩpetras se. Locus vero infernalis absqꝫ dubio ẽ sub terra deorsum. in quo omnes reprobi eterna liter affligent. tam hoĩes q̃ꝫ spirit⁹ mali sub codẽ igne materiali: q semper affliget dam natos: nec cõsumet: ꝭm exigẽtiã meritorũ ex cruciãs oẽs sensus. Nec solus ignis repro bos inflãmabit. sed ⁊ cetera elementa ꝯfusa ⁊ ꝑmixta in reprobos conuertent. ita ꝙ erit ibi ignis ardens. aq̃ congelans. aer inqetus ⁊ perturbatus: ⁊ terre fetor. Unde Grego. In inferno erit frigus importabile. ignis in extinguibilis: fetor intolerabilis.

## ¶ De apertione librorum. Sectio .v.

Equit videre de apertione librorũ idest cõscientiaꝝ que fiet in iudicio. De qua apertione tenẽdũ est ꝙ in iudicio singulis aderit vis diuina: qua fiet vt omnia merita vel demerita sibijpsis ⁊ alijs innotescant. Sibijpsis autem innotescent ꝓ pria: vt in promptu habeant singuli cogitatio nes accusantes vel etiam defendentes. Re ducent etiam ad memoriam singulorũ cogi tationes: affectiones: opationes: ⁊ intentões ad ostensioné diuine iusticie ꝭm statũ illum. ⁊ ad ostensionem diuine misericordie ꝫ sta tum transanctũ vel preteritũ. Ad ostensioneꝫ diuine iusticie in retribuẽdo singulis ad me moriam reducent bona vel mala: in quibus finaliter permanserũt. q: illa sola digna sunt retributione eterna. Ad ostensionem diuine misericordie de ꝑterito rememorabunt ma la bonorũ a qbus sunt misericorditer libera ti. ⁊ bona malorũ que eis dñs misercorditer operatus est. Non solũ autem sibijpsis. ve rumetiam singulis singuloruꝫ singula inno tescent gesta: ⁊ cogitata bona ⁊ mala. ⁊ ex tunc nota erunt ⁊ aperta omnib⁹. Et hoc ad certam liberationeꝫ meritoꝝ. que scit in diuꝫ actuũ bonorũ ⁊ maloꝝ recognitione: ita vt singuli de singulis meritis aliorum valeant iudicare. Ostensio quippe maloruꝫ in bonis erit ad manifestationem diuine misericordie prius sibi facte. Ostensio bonoꝝ in eisdem erit ad manifestationem iusticie: qua digne a deo premiant. Ostensio autẽ bonorũ in ma lis erit ad manifestationem diuine misericor die in hoc seculo sibi facte. Ostẽsio vero ma lorum in eis erit ad manifestationem iusticie qua digne a dño cõdemnant. Aperietur ni hilominus alius liber qui est liber vite: ver bum. s. incarnatum. cui⁹ virtute omnia ista fi ent. qui in forma deitatis non videbitur nisi a bonis. In forma humanitatis in qua sentẽ tiam promulgabit videbitur tam a malis q̃ꝫ a bonis: licet in eadem forma appareat terri bilis reprobis. blandus iustis.

## ¶ De igne conflagrationis. Sectio .vi.

De igne ꝯflagrationis iam modo est agendũ. De hoc breuiter est tenendũ ꝙ ignis ꝓcedet faciem iudicis q̊ terre facies exuret. ita ꝙ figura huius mũdi igniũ conflagratione ꝑibit. sicut factũ est aq̃rum inundatione diluuiũ. Sicut enim prius mundus delet⁹ est per aquá que est frigida ⁊ purgatiua contra ardoré ⁊ fetorez luxurie. qua illud seculũ inficiebat̃. sic finalis mundus per igné qui calidus est ⁊ cõsumptiuus finiri debet: cõtra teporem charitatis ⁊ algorem siue frigus auaricie. que maxime regnabit in seculi senectute. Et qꝛ tũc hominis iniqtas puniet̃: necesse erit terreri corda omniũ peccatorũ. qui vniuersoꝝ dñm contempserũt. Et quia habitaculũ debet cõformari suo habitatori. tũc totus mũdus ꝑturbabitur homine perturbato. sicut stetit cũ ipso stante ⁊ quodámodo cecidit cũ labente. Quia etiam tũc iudicis seueritas ostendit̃: diuinũ zelũ accipiet oĩs creatura: vt suo conformet̃ auctori. ⁊ ideo necesse erit totius orbis cardines cõmoueri. Et qꝛ nihil est intensius: veloci⁹: ⁊ horribili⁹ in agendo ⁊ cõmouẽdo cetera elementa q̃z ignis ex omni parte concurrens. hinc est ꝙ ipsius iudicis facié precedet ignis non ex vna parte tñ: sed ex omni parte mũdi: ita ꝙ ibi erit concursus ignis elemẽtaris: terrestris: purgatorij ⁊ infernalis. ⁊ tunc per infernalem reprobi aduren̄t. per purgatorium iusti purgabunt̃. per terrestrez terrenascentia consumẽtur: vtpote vegetabilia ⁊ animalia: per elementarem omnia subtiliabuntur. ⁊ ad innouationis faciem disponentur. ⁊ etiam cum hoc non solum homines: sed etiam demones turbabunt̃: ⁊ tandez homines reprobi ⁊ spiritus mali cuz infernali igne in baratrum intrudentur.

## De cruciatib⁹ inferoꝝ. Sectio. vij.

Sequit̃ videre iam septimo de tribulatione cruciatuũ inferoꝝ. Ad cui⁹ rei noticiam est tenendũ ꝙ oẽs actualiter peccantes ⁊ in pctĩs finaliter perdurántes pena triplici apud inferos punientur. ſꝫ ꝙ multimoda deordinatio est in mortali ⁊ actuali peccato. In omni quippe mortali peccato est deordinata auersio a summa luce ⁊ bonitate. ⁊ huic debetur carentia visionis dei. Est etiam deordinata conuersio ad bonum commutabile. ⁊ huic debetur pena materialis incendij. Est etiam tertio deordinatio voluntatis libere contra dictamen recte rationis. ⁊ huic debet̃ vermis intrinsecus.

Puniet̃ etiam pena eterna ſm ꝙ deordinatio in mortali peccato est perpetua. Peccatum enim qđ quis cõmittit: ⁊ de quo nunq̃z penitet: perpetuo in aĩa ꝑdurat. ⁊ a vita perpetua. ſ. deo perpetuo separat: ⁊ a volũtate procedit que vellet in pctõ perpetuo delectari. Et licet illa delectatio transiens sit momẽtanea deordinatio: tñ tenet rationé perpetuitatis. ideo pena deordinationi respondẽs debet habere carentiaz finis: vt sicut homo in suo perpetuo non apposuit finem a peccato recedẽdo. sic de⁹ in suo perpetuo nõ desistat a puniendo. ⁊ sicut contra infinitũ peccauit. sic penam habeat infinitam. Et qꝛ infinitam penam non potest habere intensiue: saltem infinitam penã habeat duratiõe. Et sicut volũtas post mortem malo adheret sine susceptione penitentie. sic deus sp̄ affligat sine sententie mutatione. Puniet̃ nihilominus pena acerba: ſm ꝙ deordinatio in peccato fuit libidinosa. Delectatio enim libidinosa puniri debet per penam afflictiuam. Et qꝛ peccatores delectabiliter creature adheserunt: ⁊ creatorem contumaciter contempserũt: ideo precipitabunt̃ in locũ infimũ: ⁊ maxime a statu glorie longinquũ. ſ. in profundissimum infernum: vbi exponentur affligendi infime nature. ſ. fecibus corporũ mundanoruz: igne fumoso ⁊ sulphureo concremãdi. in illo igne inseparabiliter alligandi. ⁊ ab eodem ſm exigentiam meriti eternaliter cruciandi. nunq̃z tamen substantialiter consumendi. Et sic patet ꝙ in penis damnatorum erit varietas: ⁊ cum varietate eternitas: ⁊ cum eternitate acerbitas.

¶ Incipit tertia pars q̄ habet.lvij.sectiōes.

¶ De eo qđ est frui ꝛ vti. Sectio i.

dIcto de malo culpe qđ est fugiendū:ꝛ de malo pene qđ est pertimescēdum. vidēdū est de bono:ꝛ hoc dupliciter. Prio sub rōne meriti in viatorib⁹. Scđo sub rōne pmij in comprehensoribus. Ad meritū viatorum spectat cognoscere ꝛ discernere triplex bonum.sc3 bonum increatū.quod est deus.ꝑcreatū qđ ē mundus.ꝯiugatū quod est christus. De⁹ est creator.mundus creatura.christus creator ꝛ creatura. Deo est fruendū:mundo est vtendum.christi dei felicitate est fruendū.christi hominis conformitate est vtendum. Sunt ergo res quibus est fruendū vt increate.sūt quibus est vtendum vt procreate. sunt que fruuntur ꝛ vtuntur:vt angeli ꝛ homines.

Res quib⁹ est fruendū faciunt nos beatos. res quibus est vtendū ad beatitudinē adiuuant viatores. Res que fruuntur ꝛ vtūtur habent christū deū ꝛ hoiem vt ꝯtemplent delectabiliter eius diuinitatē:ꝛ imitent exēplariter eius humanitatē. Deitas christi maxime beatificat angelos ꝛ sanctos etiā cōprehensores. humanitas vero eius maxime letificat ꝛ edificat homines adhuc viatores. Est autem frui alicui rei amore inherere propt seipsam. Uti vero est id qđ in vsum venerit referre ad obtinendū illud quo fruendū ē. Item fruimur cognitis in quibus ipsis voluntas delectata conquiescit. Utimur vero eis q̄ ad illud referimus quo fruendū ē. Itē aliter accipit hec duo Aug⁹ dicens. Uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui est vti cū gaudio:non adhuc spei:sed iā rei. Uidendū est ergo per ordinem de his tribus. Et primo de deo trino ꝛ vno. Scđo de mundo ex creatura triplici cōstituto. Tertio de christo ꝛ triplici eius beneficio.s. doctrina siue scriptura sacra:gratia virtutū:et medicina sacramentali.

¶ Quid de deo trino ꝛ vno credendū est: ꝛ intelligēdū ꝛ exprimēdū. Sectio ij.

dE deo trino ꝛ vno ſm fidē rectam habemus credere:intelligere ꝛ exprimere. Credere de pluralitate ꝑsonaꝝ in vnitate nature. H est ꝙ in diuinis ē vna natura ꝛ tres ꝑsone.s.pater ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanctus.quaꝝ ꝓma a nulla est. scđa a ꝓma sola est per eternā generatōem.tertia a ꝓma ꝛ scđa est per cōmunē spiratōem.ita ꝙ personaꝝ trinitas nō preiudicat vnitati.nec essentie vnitas preiudicat trinitati. Habem⁹ quoq3 intelligere ꝙ in diuinis sunt due emanationes. Una per modū nature:q̄ generatur filius. Alia per modū volūtatis q̄ spirat ꝛ procedit spūssanctus. Tres hypostases. vna patris:vna filij:vna spūssancti. Quattuor relatōes.sc3 paternitas:filiatio:spiratio:ꝛ processio. Quinq3 notōes:scilicet quattuor predicte relatōes.ꝛ innascibilitas est quinta.ita ꝙ inascibilitas priuatiue:ꝛ paternitas positiue sunt due patris notōes. Filiatio est notio filij.spiratio actiua est cōmunis notio patris ꝛ filij.processio est notio ꝑspūssancti. Tres sunt etiam ꝓprietates personales que his vocabulis exprimunt.s.pater ꝛ filius et spūssanctus. Habemus tertio mysterium diuinitatis beate exprimere ſm duos modos predicandi.s.per modū substantie:ꝛ per modum relatōis. Omnia enim ꝑdicamenta dicta de deo transeunt in substantiā excepta relatione.que ratione subiecti in quo est transit in substantiā ne faciat cōpositōem. Rōne vero termini ad quē est manet vt faciat distinctōem ſm tres modos supponendi.scilicet ſm modū substātie:notōis ꝛ ꝑsone.de quibus datur talis regula. Q, supposita essentia nō supponit notio vel persona.ꝛ supposita notione nō supponit ꝑsona vel essentia. ꝛ supposita ꝑsona nō supponit notio vel essentia:ſm quattuor modos significandi substantiam.s.nomine essentie:substantie:hypostasis ꝛ persone. Hoꝝ quattuor exempla in creaturis sunt. humanitas que essentiam.

homo qui substantiá.aliquis hó q significat
hypostasim siue suppositum.petrus q dicit
personam:ſm quinqꝫ modos dicendi siue q́
rendi.s.per quis:qui:q́:quod ⁊ quid. Quis
ratione substantie.qui róne hypostasis. q́ ra-
tione notionis.quod róne substátie.quid ra-
tione essentie.Scóm tres modos differendi
scꝫ ſm differentem modú existendi siue ema
nandi.sicut differt persona a persona. Scóꝫ
modú differentem se habendi:sicut differt p
sona ⁊ essentia.qꝛ persona vna refert ad aliá
sed essentia non refertur.Scóm modú intel
ligendi sicut differt vna proprietas substantia
lis ab alia:vt bonitas ⁊ sapientia.

¶ Qualiter deus trinus ⁊ vnus manifestat se in effectibus creature.

Sectio iij.

D E deo trino ⁊ vno ſm fidem catho
licam est tenendum.qꝫ licet sit incó
mutabilis:insensibilis:incircumscri
ptibilis.reddit tñ se per creaturas diuersas.
idest per effectus multiplices manifestuꝫ.ita
qꝫ in creaturis oíbus dicit deus esse q̃ꝫtum
ad naturam:⁊ hoc tripliciter.s.per essentiaꝫ:
p̄sentiá:⁊ potentiá.ita qꝫ extra imensitaté di
uine essentie nihil manet. ꝓpter limpiditaté
diuine presentie nihil latet.cótra infinitatem
diuine potentie nihil valet.⁊ sic esse compe-
tit beatissime trinitati.Dicit habitare in iu-
stis quantú ad grám que est effect⁹ btissime
trinitatis:ad deú reducens:⁊ faciens nos ha
bere deú:⁊ deú haberi a nobis. ac per h̄ de
us trinitas in nobis dicit habitare. Dicitur
sedere in beatis q̃ꝫtum ad gliam.róne cuius
deus trinus in beatoꝝ mentib⁹ qetat.in q̊rú
ptátiua sedet vt equitas.in cognitiua lucet vt
veritas.in affectiua ardet vt charitas. Dici
tur apparere sensibiliter cum expressa signi-
ficatione.sicut spús sanctus in specie columbe
apparuit super christum.⁊ in linguis igneis
super aplos. Et qꝛ persone distincte sunt: di
stinctis possunt signari signis.ita qꝫ tres si-
mul persone:sicut abraam in tribus angelis
dicit apparuisse trinitas personaꝝ.possunt
etiam due apparere.⁊ quelibꝫ singillatim di
citur descendere de celis.⁊ hoc cú effect⁹ tá
spúalis q̃ꝫ sensibilis inchoatóe.qui q̃ꝫuis in
se imutabilis perseueret.tñ de absente dicit
fieri nobis presens:qñ in nobis incipit habi
tare per donum gratuitú:qð non videmus
sicut accidebat frequéter in ecclia primitiua
Dicit mittere siue mitti cum eterna ꝓducti-
one. Pater siquidem mittit filiú qñ insinuat
qꝫ procedit ab ipso p eterná generationé.pa
ter ⁊ filius mittunt spm̄sctm̄:cú insinuant qꝫ
procedit ab ambobus p cómuné spirationé.
Pater non mittit:qꝛ a nullo ꝓcedit. Spús-
sanctus non mittit personaꝫ:sed mittit.qꝛ nó
ꝓducit:sed ꝓducitur. Fili⁹ ꝟo mittitur ⁊ mit
tit:qꝛ ꝓducitur ⁊ ꝓducit. Dicitur incarnari
p cómertiú diuine nature ⁊ humane i p̄sone
vnione:que vnio facta est tantum in persona
filij.quam tamen est tota trinitas operata.

¶ De appropriatis patris. Sectio.iiij.

D E deo trino ⁊ vno ſm fidem catho
licam est tenendú.qꝫ licet oia essen-
tialia trib⁹ p̄sonis equaliter ⁊ indif
feréter cóueniant.tñ patri dicitur appropria
ri vnitas:eternitas:ró principiádi: ⁊ oipoté
tia. Hec aút quattuor dicuntur appropriari
patri:non qꝛ fiant ꝓpria:cú omnibus p̄sonis
sint cómunia.sed qꝛ ducút in cognitionem p
sone patris:que est origo personaꝝ in trinita
te:non habens principiú sed principians aq̃
etiam fluit omne posse. Est aút dei potentia
completa non posse deficere.cú nó sit de ni-
hilo:non potens succúbere:cú nó sit de ali-
quo.non potés indigere:cú nunq̃ꝫ caret ali-
quo bono. Potétia vero hois in peccando
deficit.in patiédo succúbit.in corpalib⁹ actói
bus indigentiam includit. Est igitur de⁹ om
nipotens:ita tñ qꝫ ei nó attribuútur act⁹ cul-
pabiles:vt posse mentiri ⁊ malú facere.nec
act⁹ penales:vt posse metuere ⁊ dolere.nec
actus materiales siue corpales:vt posse cur
rere ⁊ ambulare. Est etiam dei potentia or-
dinata:ita qꝫ ei non attribuuntur actus incó-
uenientes.vt posse facere maioreꝫ se.vel ali-

um deum equalem sibi.vel creaturam infinitam actu. Quia sicut dicit Anselmus.qđ libet inconueniens etiam minimum est impossibile apud deum.

¶ De appropriatis filij. Sectio.v.

f Ilio appropriatur veritas: species: ratio exemplandi.⁊ omnis scientia.

Hec aūt quattuor dicunt appropriari filio.nō q̄ fiāt ꝓpria: cū trib⁹ ꝑsonis sint cōmunia:sed q̄ ducunt in cognitionē filij ꝑsone que est a patre.vt verbum qđ est patri equale.⁊ ideo sūme pulcrū:in quo oīa ꝓuisa ⁊ disposita exemplant̄:a quo tanq̄ primo ⁊ summo exemplari fluit omne scire.Cognoscit autem dei sapiā limpide oīa bona ⁊ mala:preterita:presentia ⁊ futura:actualia ⁊ possibilia incomprehensibilia a nobis ⁊ infinita Ita tñ q̄ in se nullo modo diuersificatur.licꝫ diuersa vocabula sortiatur.Nam inquantuꝫ ipsa sapientia dei est cognoscitiua omniū possibilium dicitur sciā siue cognitio.Inquātuꝫ est cognoscitiua oīuꝫ q̄ fiūt in vniuerso dicitur visio. Inquantum est cognoscitiua oīuꝫ que bñ fiunt dr̄ approbatio.Inquantum est cognoscitiua omnium que futura sunt:dr̄ ꝑscientia siue preuisio.Inquantum est cognoscitiua eorum que ab ipso deo fienda sunt dr̄ dispositio.Inquantum eoꝝ q̄ ꝑmianda sunt dr̄ predestinatio.Inquantum eoꝝ q̄ dānanda sunt dr̄ reprobatio. Possunt autē ad tria reduci vocabula ista septem.s.ad noticiā simplicis cognitionis.qua cognoscit deus bona ⁊ mala que sunt:fuerūt:⁊ futura sunt. ⁊ que possunt esse:⁊ nunq̄ erunt.Ad noticiaꝫ visionis qua cognoscit deus oīa bona ⁊ mala que sunt:fuerunt ⁊ futura sunt.Ad noticiam approbationis qua cognoscit deus que sunt:fuerunt:⁊ futura sunt tantum bona.

¶ De appropriatis spiritussancti. Sectio vi.

s Pirituiscō appropriatur bonitas: vsus:ratio finiendi:⁊ voluntas:siue beniuolentia. Hec aūt quattuor appropriant̄ spūisancto:nō q̄ fiant ꝓpria: cum tribus personis sint cōmunia.sed q̄ ducūt in cognitionē persone spūssancti:que est a pr̄e ⁊ filio:vt amor ⁊ donum summe proficuū ⁊ cōmunicatiuū.omnis nr̄i desiderij finitiuuꝫ.ad qđ bonū tanq̄ ad finē summū tēdit omne velle rationabiliter ordinatū ⁊ inclinatuꝫ. Est aūt volūtas dei sic recta q̄ nullo mō potest obliquari.Sic efficax q̄ nullo modo potest retardari.Sic vnica q̄ tamen quinq̄ signis habet significari.que hoc versiculo cōtinentur.Imperat ⁊ prohibet:permittit consulit implet.Dicitur autem voluntas dei ratione regulata prouidētia:qua omnia que in vniuerso fiunt irreprehensibiliter gubernantur.cum nihil ꝑcipiat:prohibeat:⁊ cōsulat nisi recte.nihil agat nisi bene.nihil permittat fieri nisi iuste. Cum autem voluntas dei sit rectissima:nullus potest esse rectus nisi conformetur ei.⁊ nemo potest ei conformari nisi sibi signis aliquib⁹ innotescat: tanq̄ regula rectitudinis prosequende. Est autem duplex rectitudo.quedam necessitatis:que consistit in faciendo bonum ad quod est ꝑceptū ⁊ in declinando malum:ꝓpter quod est ꝓhibitio.Quedā est perfectionis in superogando vltra debitum.ad quod est consiliuꝫ. Est etiam volūtas dei efficacissima:ita q̄ nullus potest aliquid efficere nisi ipsa coefficiente.⁊ sic est impletio in signum voluntatis efficientis:Item nullus potest deficere vel peccare nisi ipsa iuste ⁊ merito deserente:⁊ sic est permissio vt signuꝫ voluntatis diuine iusticie deserentis.

¶ De quattuor simul creatis:⁊ de mēsuris durabilium. Sectio vij.

p Ostq̄ vidimus de bono increato qđ est deus:vidēdū est đ bono creato quod est mūdus. ¶ Circa productionem autem mūdialis machine habemus primo explicare creature summitatem. Et sic dicit Beda:q̄ quattuor fuerunt primo creata.que dicuntur esse coeua vl̄ fuisse scilicet natura angelica:celum empyreū.materia quattuor elementorum:⁊ temp⁹.Quo

rum sufficientia sic accipitur. Primo debuerunt creari aliqua prima in quolibet genere creature.s.respectu creaturarum spiritualiū ⁊ corporalium actiuarum:⁊ corporaliū passiuarum:⁊ etiam respectu mensuraruȝ. Respectu creaturarum spiritualiuȝ: primo creata est natura angelica.respectu creaturarum corporalium actiuartum est primo creatuȝ celum empyreum.de quo dicit Damasce. q̄ est continentia omnium corporalium ⁊ spiritualium creaturarū. Respectu creaturaruȝ corporaliuȝ passiuarū primo creata est materia quattuor elementorum. Respectu mēsurarum primo creatū est tempus. quod generaliter accipitur pro mensura cuiuslibet durationis habentis initium:siue fineȝ habeat siue non. Ad cui⁹ rei noticiā sciendū: q̄ tres sunt mensurabiliū siue durabilium mensure principales.s.eternitas:euiternitas: ⁊ temp⁹ proprie dictū. Eternitas est diuinaꝝ personarum duratio.que non habet principiū neqȝ finem. De qua dicit Boecius q̄ est interminabilis vite tota simul ⁊ pfecta possessio. Euiternitas est mensura eorum que habent principium sed non finē.sicut sunt angeli:anime:celestis natura: ⁊ materia quattuor elementorum. Hec mensura aliquando dicitur euum:aliqñ eternitas creata. Sed q: eternitas proprie dr̄ de diuinis:euum vero aliquādo pro tpe inuenitur.ideo ex his duob⁹ euiternitas nominatur. Tempus auteȝ proprie dictum est mensura eorum que habent principium atqȝ fineȝ.sicut sunt generabilia atqȝ corruptiblia.que ſm motum primi mobilis variantur vsqȝ ad completionem numeri quattuor elementorum. Quarta vero differentia non potest esse que careat principio habens finem.

¶ De veritate exprimenda cum exclusione erroris circa productionem mundi.

Sectio viij.

Ecundo habemus errorē extinguere:⁊ exprimere veritateȝ. Propter quod tenendū est q̄ vniuersitas machine mundialis est pducta in esse ex tēpore.in quo excludit error ponentium mundū eternum. Ex nihilo in quo excluditur error ponentium eternitatē circa materiale principium. Ab vno principio:in quo excluditur error manicheorum ponentiū pluralitatē p̄ncipiorum. Solo ⁊ summo:in quo excluditur error ponentiū deum produxisse inferiores creaturas p ministeriū intelligētiarū. In certo pondere numero ⁊ mensura:in quo ostēditur q̄ creatura est effectus trinitatis creantis sub triplici genere causalitatis.s.efficientis:rōne cuius est in creatura vnitas:modus ⁊ mensura.exemplaris:ratione cui⁹ est i creatura veritas:species ⁊ numerus.finalis:ratione cuius in creatura est bonitas : ordo:⁊ pondus. Omnis quippe creatura ꝯstituit in esse ab efficiente.formatur ad exēplar.ordinatur ad finē.ac per hoc est vna:vera ⁊ bona:modificata speciosa.⁊ ordinata.mensurata:discreta ⁊ ponderata. Alijs etiam vocabulis predictus ternari⁹ nominat ab Augustino in libro d aīa ⁊ spiritu. Dicit essentia species ⁊ vsus. A dionysio.armonia: species ⁊ cōmensuratio. Item ab eodem.substātia:virtus ⁊ operatio. Ex vna ergo pte cadunt vnitas:modus:essentia:substantia : mensura:⁊ cōmensuratio. Ex vna veritas:numerus:species:virtus:⁊ armonia. Ex vna bonitas.ordo:vsus:pondus:⁊ operatio. De primo autem ternario nota:q̄ vnum noīat ens cōmutabile cōnumerabile:⁊ hoc propter indiuisionem sui in se. veꝝ nominat ens cognoscibile:⁊ hoc habet p indiuisionē sui a ppria specie. bonuȝ nominat ens cōmunicabile.⁊ hoc habet per indiuisioneȝ sui a propria opatōe.

¶ De triplici differentia creature.

Sectio ix.

Ertio circa productioneȝ mūdi habemus attendere creature triformitatem. Produxit eni deus trinus ⁊ vnus differentiā triplicē creature. Nā pduxit creaturaȝ pure corporalē. vt est mūdialis machina.creaturam pure spūaleȝ:vt est na-

tura angelica.creaturam ex vtraqз composi tam:vt est natura hũana.Sic eni decuit deũ producere varia ⁊ diuersa: vt multiplicitas creature faceret ad perfectionez vniuersi.q̃ consistit in amplitudine ambitus:in sufficiẽ-tia ordinis:⁊ influentia bonitatis. ex quibus etiã diuina potentia:sapientia : ⁊ bonitas in notescit. Decuit nanqз deum sic res pduce-re vt essent ad manifestationẽ sue potentie. que quidem apparuit in pductione creatu-rarũ sũme distãtiũ ⁊ earũdem piunctiõe : vt patet in natura humana:in q̃ corporeũ ⁊ in corporeũ vniunt. Itẽ decuit deũ sic res pro-ducere:vt essent in manifestationez sue sapiẽ tie.que maxime ex perfectione ordinis decla ratur.q quidem ordo necessario tria reqrit. scз infimum:mediũ ⁊ supremũ,. Infimũ fuit natura corporalis.supremuз natura spũalis. mediuз natura composita ex vtraqз. Itẽ de-cuit deum sic res producere vt essent in ma-nifestationẽ sue bonitatis ⁊ beniuolẽtie. que maxime consistit in diffusiõe ⁊ cõmunicatio ne in alterum. Si ergo diuina bonitas com-municauit actum nobilissimũ:qui est viuere ⁊ intelligere:vt non tm̃ daret alij potentiam viuendi ⁊ intelligendi.sed etiam potentiam se cõmunicandi alij.quod factum est in ho-mine:in quo spiritualis vita ⁊ intellectiua p-ficit corporalem.

De productione machine mundialis.

Sectio x.

d Ex his tribus differentijs videnduз est per ordinem. Et primo de natu-ra pure corporali.cuiusmodi est ma china mundialis:que sex diebus fuit in esse producta.ita ꝙ i principio ante oẽm diẽ crea uit deus celũ ⁊ terrã. Prima vo die formata est lux.secunda factum est firmamentum in medio aquaꝝ.tertia die separate sunt aque a terra:⁊ congregate in vnum locum.quar-ta die ornatũ ẽ celũ luminaribꝰ.qnta die aer ⁊ aqua ornati sunt piscibus ⁊ auibꝰ.sexta die ornata est terra aĩalibus ⁊ hoibꝰ.septia die requieuit deus a nouarũ specierũ pductiõe. qm̃ oia fecerat.vel in simili:sicut illa que p-pagant.vel in rõne seminali:sicut illa q̃ alijs modis introducuntur in esse. Et sic colligitur ex predictis ꝙ triplex fuit operatio diuina in mundi machina producẽda.s.creatio: distin ctio:⁊ adornatio. Pria operatio appropria tur patri.secunda filio. tertia spirituisancto. Creatio fuit ex nihilo:ideo fuit in principio ante omnem diem tanqз rerum omniũ ⁊ tẽ porum fundamentũ. Distinctio vero corpo rum mundanoꝝ fuit modo triplici.iõ per tri duum fuit facta.ita ꝙ prima die fuit facta di stinctio nature luminose a perspicua ⁊ opa-ca:cum lux a tenebris est distincta. Secunda die est facta distinctio nature perspicue a per spicua:cum aque inferiores a superioribꝰ sũt diuise. Tertia die facta est distinctio nature p spicue ab opaca.cum diuise sunt aque a ter-ra. Ornatus aũt qui distinctioni corporuз cor respondet est etiam in triduo consũmatus. Ita ꝙ ornatus nature luminose est factꝰ.q̃r-ta die:in formatione stellarum ⁊ solis ⁊ lune Ornatus nature pspicue factus est.qnta die in qua facti sunt pisces ⁊ aues in aque ⁊ ae-ris ornamentum. Sexta die est factus orna-tus nature opace quãdo facte sunt bestie de terra.facta sunt reptilia.facta est humana na tura ad consũmationem omniũ predictoruз.

De consistentia machine corporalis.

Sectio xi

c Onsistit autez tota natura corporea maxime in duobus.s. in natura ele-mentari ⁊ celesti. Celestis distingui tur in tres celos principales.s. empyreum: crystallinum ⁊ firmamentum. In firmamẽ-to autem qd est celum continentur septez or bes septem planetarum.qui sunt : saturnus: iuppiter:mars sol:venus:mercurius:⁊ luna Natura vero elementaris distinguit in q̃t-tuor spheras.s.ignis:aeris:aque ⁊ terre. Et sic procedẽdo a summo celi cardine vsqз ad centrum terre occurrunt nobis decez orbes celestes:⁊ q̃ttuor sphere elemẽtares. ex qbꝰ tota mundi sensibilis machina integrat .ita

q̄ celestia influunt in terrestria ⁊ elementaria quantum ad distinctiuā significationem temporū:dierū:mensiū:⁊ annorum: dicente scriptura. Sint in signa ⁊ tempora dies ⁊ annos. Influunt etiam quantū ad effectiuā ꝓductionem rerū generabiliū ⁊ corruptibilium ⁊ corporum humanoꝝ. Sic tamē sunt in signa temporū:rerū ⁊ operationum:per lucem:calorem:motū ⁊ virtutē.vt non sint certa signa contingentiū futurorum.nec influant super liberū arbitriū per vim constellationū quā dixerūt aliqui fatum esse. Et sic colligitur ex predictis q̄ deus ordinate res condidit quantū ad tempus.ordinate disposuit quantum ad situm : ordinate gubernat quantum ad influentiam. In scriptura sacra ordinate narrat quantum ad doctrine sacre sufficientiam:que in principio sui insinuat naturam luminosam nomine celi:naturam opacam nomine terre:naturam perspicuū nomine aque. Insinuat ⁊ beatissimam trinitatem:patrem in nomine dei creantis.filiū in nomine principij.spiritūsanctum in nomine spiritus dei. Insinuat etiam nobis appropriata trium personarum.scilicet omnipotētiam patris in producendo : omniscientiam filij in distinguendo:beniuolentiam spūssancti in influendo.

¶ De sufficientia celorum.

Sectio xij.

d E natura celesti spēaliter est videndum. Celum quidē ſm cōmunem acceptōem nominat naturam perspicuam contentiuam. Scōm vero ꝓpriam acceptōnem nominat naturam ꝑspicuā contentiuā nulli contrarietati subiectam. Secundum primam acceptōem:septem celi a Rabano distinguūtur.scilicꝫ celum aereū:ethereum.olimpū:igneū:sydereū:aqueum:empyreum. Quoꝝ sufficientia sic sumitur. Celi enim natura perspicua ⁊ contentiua:aut est datiua luminis:aut receptiua. Si est datiua:aut est vniformis non mota.⁊ sic est celum empyreuꝫ.aut est multiformis ⁊ mota. ⁊ sic est sydereum.aut est vniformis ⁊ mota: ⁊ sic est crystallinum.quarta differentia non habetur:scilicꝫ multiformis ⁊ non mota. Si autem natura perspicua est luminis receptiua:aut est receptiua separabiliter:aut inseparabiliter. Si inseparabiliter:aut ſm supioris superficiei circulum:⁊ sic est olympum: quod monti appropinquat olympo. Si vero separabiliter:aut ſm superiorē partem.⁊ sic est ethereum.aut ſm inferiorem:⁊ sic est aereū. Si aūt dicaꝛ celum natura perspicua contentiua nulli contraria. sic a quibusdam octo orbes distinguūtur.s.septem planetarū cum octaua sphera. A quibusdam amplius eruditis nouē. Ab alijs vero vlterius illustratis decē. Horū aūt sufficientia sic potest accipi. Distinctio enim celorū:aut est ꝑ primam diuersitatem formarū.aut est per dispositiones motuū ⁊ luminariū contentoꝝ. Si per diuersitatē formarū.sic distinguūtur tres celi. Aut enim in celo viget natura perfecte luminositatꝭ.⁊ sic est habile ad statum glorie ⁊ quietum:sic est empyreū.aut viget in eo natura perfecte perspicuitatis ⁊ effectiue frigiditatis.⁊ sic est aqueū siue crystallinum.qḋ facit ad ꝯseruationē reꝝ corruptibiliū:ideo est habile ad motū.aut viget in eo natura ꝑfecte perspicuitatis simul ⁊ luminositatis et effectiue caliditatis.⁊ sic est sydereū:qḋ facit ad transmutationē inferioꝝ.ideo est multiforme habile ad motū. Si vero celi penes contenta luminaria distinguuntur.sic est orbiū distinctio attendēda. Aut enim orbis cōtinet syderum multitudinē:⁊ sic est celum sydereum siue stellatū. Aut continet vnitatē. ⁊ sic septem planete septē orbibus sunt disticti.quibus regitur vniuersitas temporꝝ dierum septenario dispensata.

¶ De quattuor attributis angelis cum conditione sui. Sectio xiij.

d E natura pure spūali cuiusmodi est angelica:sex per ordinē sunt videnda.scꝫ conditio angeloꝝ omniū.preuaricatio malignoꝝ demonum confirmatio

beatorum spirituū.diffinitio aliquorū nominū cōmuniū:nō oīum.diuisio hierarchiarū diuersorū statuū.custoditio cōmissorū hominum. ¶ De conditōe supnorū spirituū est tenendū:q angelis a primordio sue conditōis sunt quattuor attributa.scz simplicitas essentie.distinctio personalis propter rationē naturaliter insitam.memoria:intelligētia ꝛ voluntas.ꝛ libertas arbitrij ad eligendum bonum:ꝛ respuendum malū.Hec autem quattuor principalia attributa alia quattuor comitantur.scilicet virtuositas in operando:officiositas in ministrando.perspicacitas in cognoscendo:ꝛ inmutabilitas in eligendo.immutabilitas inquā post electionem siue i bono siue in malo.Substantia quippe spiritualis ꝛ incorporea simplex ꝛ omni carens diuisione quantitatis:cuiusmodi est natura angelica:hocipso q est simplex est virtuosa i operando.hocipō q est virtuosa ꝛ personaliter discreta competit ei distinctio officij in ministrando.hocipō q est simplex ꝛ virtuosa cōpetit ei perspicacitas in discernendo.hocipō q est perspicax ꝛ simplex ꝛ habens intellectum deiformē habet post electionem stabilitatem in electo siue bonum fuerit siue malum. ¶ Sufficientia horum quattuor sic accipitur.Angelus potest considerari quadrupliciter.scz in se:ꝛ sic est essentie simplicitas.ad alterum angelum:ꝛ sic est distinctio psonalis.ad deum:ꝛ sic est memoria intelligentia ꝛ voluntas:in quibus consistit ratio imaginis ad ea que eius regimini sunt subiecta.ꝛ sic est libertas liberi arbitrij.

¶ De pūaricatōe spirituū malignorū.

Sectio xiiij.

De preuaricatione damnatorū spirituū est tenendum:q lucifer primus inter angelos:psumens de bono ṗuato:appetijt priuatā excellentiā:volēs alijs superferri.ideo cū oībus adherentibus sibi pdidit locū summū.s.celū empyreum:descēdens in locū imū.s.caliginosum aerē vel infernū.Cecidit autē in culpā per liberū arbitriū.lapsus ē o in penā p diuinū iudicium. Cadēs aūt factus est imutabilis post ruinā. Ideo statim fuit obstinatus in malo:excecatus a vero:deordinatus in operatione:infirmatus in virtute.Voluntas diaboli obstinata habz deformitatē in qua est priuatio.nature variatio.decisio siue minoratio ratione prime macule:a cuius adhesione nullatenus sepatur.Habet pnitatē in qua est continuatio qātum ad actū peccādi.tñ interuenit variatio quantū ad genus peccati.Ratio vero in diabolo est excecata.Predicit aliqñ futura:qđ dicit Aug⁹ fieri quattuor modis.scilicet sensus vel ingenij acrimonia:longa tēporum experientia.dolosa cautela:q proponit aliqñ facere que predicit.aliena doctrina cū ab angelis aliquid didicit iusto dei iudicio pmittente.Mysterialis diaboli operatio est hominibus interdicta.tum ppter pctm̄ infidelitatis ne attribuatur diabolo qđ est dei.tū ppter peccatū idolatrie. quia desiderat diabolus aliquid sibi imolari.tū propter peccatum inobedientie.quia voluntariū cōmertiū cum diabolo preciso tam a deo qz ab ecclesia phibetur.Virtus diaboli peccati merito coartata.quādo permittitur vertitur ad miracula facienda ppter transmutatiōes repentinas circa corpeas creaturas.Possunt discerni diaboli miracula a miraculis dei vel ris quattuor modis.scilicet ex parte principalis agentis.Nam in miraculis dei operatur virtus potentie infinite.in miraculis diaboli virtus creature. Ex parte ministri:q miracula dei fiunt per publicā iusticiam.scilicet p fidem iustificantem que publice predicatur. vel signa publice iusticie:vt in peccatoribus qui per fidem aliqñ sunt miracula operati. Miracula diaboli fiunt per priuatos cōtractus ꝛ arcana quedam.q sic inuentores artis magice cum demonibus pepigerunt. Ex parte finis:quia miracula dei fiunt ad hominum vtilitatem ꝛ dei gloriam.Miracula demonū ꝛ magorū ad deceptionem ꝛ fraudē. Ex parte facti.quia miracula dei sunt excel-

lentia.vt suscitare mortuos:illuminare cecos ⁊ similia. Miracula diaboli sunt vilia: vt facere muscas:bufones ⁊ serpentes.

¶ De ꝯfirmatione spirituū bonoꝝ.

Sectio xv.

s Equitur videre de ꝯfirmatione spirituū beatoꝝ.de quibus tenendum est ꝙ alijs apostatātibus:ipsi imobiliter dn̄o adheserunt.ita ꝙ alijs per maliciam irreuocabiliter obstinatis:ipsi sunt per gratiā ⁊ gloriam in voluntate perfecte confirmati. Simul enim tēpore nō natura gratiam ⁊ gloriam ꝯuersionis ⁊ adhesionis ad deum merito perceperūt.ratione cuius fuerunt quantū ad voluntatē stabiles ⁊ felices. In ratione sunt pfecte illuminati ſm cognitionem matutinam ⁊ vespertinam. Lux qppe diuina angelū illuminans ad cognitionez dei angelum facit lucē. Cognitio autem dei in se dicitur dies.quia pure est lux tanq̄ꝫ cognitio ⁊ ratio cognoscendi. Lux autem angelica diuinitus illustrata habet cognoscere creaturam.que respectu dei tenebra reputatur. ideo eius cognitio dicitur vespertina. prout cognoscitur in seipa.dicitur matutina,put ex illa cognitione ꝯsurgit mens angelica in laudem dei.cognitionem illam referens ad cognitionem quam habet in verbo ⁊ virtute. In virtute sunt perfecte fortificati.siue i operando:siue in exequendo.⁊ hoc siue assumpto corpore:siue etiam nō assumpto corpore. In operatione sunt perfecte ordinati siue ꝯtemplatiua siue administratiua. Duplex ē enim vis angelica.contemplatiua qua contemplanṫ deum:⁊ negociatiua siue administratiua:qua negocianṫ circa salutem hominū. Nō possunt aūt deordinari ascendendo ad contemplationē dei.nec descendendo in administrando homini.q: quocūq₃ mittunṫ semp currūt ⁊ militāt intra deū.

¶ De diffinitionib⁹ angeli:ordinis:⁊ hierarchie. Sectio xvi.

s Equṫ videre de diffinitiōibus triū vocabuloꝝ que faciunt ad noticiaꝫ angelorum:que sunt angelus:ordo:hierarchia. Ex multis nempe angelis ordo consurgit. Ex pluribus ordinibus saltem tribus cōstituitur angelica hierarchia. Angelus diffinitur a Damasceno sic. Angelus est substantia intellectualis semper mobilis. arbitrio libera:incorporea:deo ministrans:ſm gratiā non naturam:imortalitatem suscipiens. Ordo sic diffinitur a Gregorio. Est multitudo celestium spirituū qui inter se in aliquo munere gratie similantur.sicut ⁊ in naturalium datorum munere conueniunt. Triplex autē inuenitur diffinitio hierarchie:ſ₃ ꝙ triplex est differentia hierarchie. scilicet diuina:angelica ⁊ ecclesiastica. Diuina sic diffinitur a Dionysio. Hierarchia est diuina pulcritudo vt simpla:vt optima:vt ꝯsūmatiua. Angelica sic diffinitur ab eodem. Hierarchia ē ordo diuinus:scientia ⁊ actio:deiforme quātum possibile est similans.⁊ ad inditas ei diuinitus illuminationes: proportionaliter in dei similitudinem ascendens. Ecclesiastica magistraliter sic diffinitur. Hierarchia est rerum sacrarum ⁊ rationabilium ordinata potestas:debitum in subditis obtinens principatum. Hec autem diffinitio potest etiam conuenire angelice hierarchie. A damas.diffinitur angelus quantū ad substātiā:cū dicit Angelus est substātia incorpea. Quātū ad virtutē:cū dicit intellectualis:semp mobilis. arbitrio libera. Ubi tangiṫ triplex virtus angelica.s.cognitiua:cū dicit intellectualis.operatiua:cū dicit semp mobilis.q: infatigabiliter operaṫ:imperatiua:cū dicit arbitrio libera. Opatio tangiṫ cū dr̄.deo ſuiens. Duratio cū diciṫ:gratia nō natura imortalitatez suscipiens. Ordo notificaṫ quantū ad fundamentū:cum diciṫ.ordo est celestium spūum multitudo.⁊ quantum ad complementū:cuꝫ diciṫ.qui inter se in aliquo munere gr̄e similanṫ.⁊ quantū ad dispositōem:que inter hec mediū tenet locum.cum diciṫ. sicut in naturalium donoꝝ participatione ꝯueniūt. Diffinitio angelice hierarchie notificat ipsam

egredientem a deo per modũ imaginis: cuȝ dicit.hierarchia est ordo diuin⁹ scia ⁊ actio. vt ordo idest ordinata potestas respondeat patri.scientia filio actio spũisancto: ſm memoriã: intelligẽtiam: ⁊ voluntatẽ. Secundo describit: vt egrediens per modũ similitudinis.cũ dicit: deiforme quantũ possibile est ſimilans: quantũ ad habitũ.⁊ ad inditas ei diuinitus illuminatões: ꝑportionabilit in dei similitudinẽ ascendẽs quantũ ad actum. In diffinitione hierarchie increate ostendit eẽ vnitas in trinitate: cũ dicit: diuina pulchritudo. Pulchritudo enim ex pluralitate ⁊ eqlitate constat. Ut aũt ostendat ꝙ pluralitas ñ preiudicat vnitati: dicit vt simpla. ꝙ vnitas pluralitati: dicit vt optima. ꝙ vnitas spectat ad perfectionẽ pluralitatis ⁊ econuerso: subiungitur vt cõsummatiua.

¶ De triplici diuisione hierarchie.

Sectio xvij.

Sequitur videre ẽ de tribus diuisiõibus hierarchie. Prima hec ẽ. Hierarchiaꝝ: alia supcelestis .i. diuina. alia celestis.i.angelica.alia subcelestis.i.ecclesiastica vel humana. Omissa ecclesiastica et diuina: subdiuidit diuisione secũda angelica hierarchia: i supremã: mediã: ⁊ infimã. siue per alia vocabula: in epiphaniã: hyperphaniam: ⁊ hypophaniã. Epiphania est in calescentis actõis incendio altioris intellectus fastigio iudicijqȝ libera resultatio distributa. Hyperphania ẽ diuina illuminatio sui participes interscalari reuerentia insigniẽs: vsuȝ edocens dñandi: arcensqȝ contrarium. Hypophania est diuinũ participiũ legibus nature occurrens: arcana reserans pro capacitate discreta. Tertia diuisio est hec. In suprema hierarchia que dicitur epiphania sunt seraphin.cherubi: ⁊ throni. In media siue hyperphania sunt dñationes virtutes: ⁊ potestates. In infima siue hypophania sunt principatus: angeli ⁊ archangeli. ¶ Agũtur qdem ⁊ agunt angeli ſm ordinẽ hierarchicuȝ in eis initiatũ ꝑ naturã: consummatũ ꝑ gloriam. que in eis stabiliuit liberi arbitrij versibilitatẽ. illustrauit perspicacitatẽ. roborauit virtuositatẽ. ⁊ ordinauit officiositatẽ. Perspicacitas rationis in contẽplando: aut respicit bonitatẽ desiderãdam. sic sunt seraphin. aut veritatem intelligendã: sic sunt cherubĩ. aut maiestatem venerandã: sic sunt throni. Ad thronos spectat reuerentia. ad cherubin sapientia. ad seraphin beniuolentia. Ad perfectam virtuositatem spectat virtus impatiua que est in dñationibus. virtus executiua: que est in virtutibus. virtus expeditiua: que est in potestatibus: quaꝝ est arcere ꝯtrarias potestates. Ad perfectam officiositatem spectat regere: quod faciunt principatus. dirigere: qđ faciunt archangeli. reuelare qđ faciũt angeli.

¶ De custodia hominum per angelos.

Sectio xviij.

Iam sexto ⁊ vltimo circa naturam angelicam: de custodia hoĩum suo regimini cõmissoꝝ est videndum. Ad cuius noticiam est notãdũ: ꝙ angeli habent ab hominibus defectũ quadruplicem reuelare. scilicet pronitatem ad malum: difficultatem ad bonũ. longinquitatem a domino ⁊ tepiditatẽ a mente. Ad que quattuor designanda. quattuor nomina angeloꝝ ⁊ nõ plura sunt in scriptura hominibus reuelata. scilicet Raphael: qui interpretatur medicina dei siue sanans dominus. hic est missus curare thobiam a cecitate oculoꝝ. ⁊ sarã ab improperio de occisiõe viroꝝ. Et hoc contra duo que ex originali contraximus: que sunt ignorantia rerum agendarum. ⁊ cõcupiscentia noxiarum. per que duo reddimur ad malum labiles. Item Grabriel: qui interpretatur fortitudo dei. qua fortificamur ⁊ confortamur ad obseruantiam preceptoꝝ dei: ⁊ ad impletionem consilioꝝ. In signũ primi: missus est annunciare ortum precursoris de coniugatis. In signuȝ secundi: missus est annunciare ortum saluatoris de virgine. Per iohannis exemplum reddimur fortes

ad expugnandu3 malū. per christi beneficiū et exemplum reddimur dispositi et faciles ad bonum. Item michael qui interpretatur qs vt deus: qui dicitur aias in celo dño pñtare. pter quas de manu diaboli eruendas cōmisit plium cū dracone. Huius duas solénitates soléniter celebramus. s. apparitionis et dedicationis. In signum q ipse pro nobis ē dum viuimus in hoc seculo: et dū educimur de exilio. Item Uriel qui interpretat lucens deo siue apparens deo: vel ignis dei aut incendium dei. que duplex interpretatio inuit q per eius ministeriū illustramur in veritate: et inflammamur in charitate. Mittuntur enim angeli ad illuminandum nostrū intellectum et inflāmandū nostr affectū. etsi nō effectiue: saltē dispositiue. De hoc noie vriel legitur in tertio Esdre. q: missus est iste angelus ad consolatōem populi dei qui ab alienigenis pmebat. Habent etiā angeli circa hoiem actū triplicem frequentare. s. purgare: illuminare: pficere: Primus actus ordinatur ad amotōem impedimētor. scōs act9 ad cognitōem veror. tertius ad dilectione3 bonor. ¶ Habent tertio in hoibus effectū duplicē pereare. Unū sc3 respectu boni: vel pseruandi: vel acquirendi: vel augmentādi. Aliū respectu mali: vel deserendi: vel vitandi: vel minuendi. ¶ Habent nihilominus omnes pter misteriū humani generis militare. Quidā enim mittunt ad nos missiōe exteriori. quidam mittunt ad angelos propter nos missione interiori. sicut illa superna agmina que peminent. que vsum exterioris officij nunq̄3 habent. tamen ad nos vel propter nos mittuntur. sm q dicit apostolus q omnes sunt administratorij spūs in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. ¶ Habēt quoq3 angeli ad custodiā hoium deputati ab infusione aie vsq3 ad egressionem de corpe conatū diaboli cōtra hoiem refrenare. Unde dicit btūs Hieronyr. Magna est dignitas animar: vt vnaqueq3 habeat ab ortu natiuitatis sue in custodiam angelum delegatū. Et beatus Gregorius dicit q vnusquisq3 habet vnū bonū angelū sibi ad custodiam: et vnū malū ad exercitium deputatum.

¶ De diffinitōib9 aie. Sectio xix.

r Estat videre de tertia differentia creature: que composita est ex spirituali et corpali. cuiusmodi ē humana. Ei primo quantū ad aiam. scōo quantu3 ad corpus. tertio quantū ad coniunctū. De anima humana duo sunt principaliter videnda scilicet diffinitio: et potētiar diuisio. Anima septem diffinitionibus diffinit. Prima ē in libro de motu cordis. Aia est substātia incorporea intellectualis illuminationū que sunt a prima et vltima relatione pceptiua. Secūda est Remigij. Anima est substantia incorporea regens corpus. Tertia est Aristotelis in libro de anima. Aia est actus primus corporis organici physici potentia vitā habentis. Quarta est Augustini. Aia est similitudo omniū. Quinta est similiter August. Aia est substantia quedā rōnis particeps regendo corpi accōmodata. Sexta sumit ex Genesi. Anima est deiforme spiraculū vite. Septima est Senece. Aia est spūs intellectualis i se et in corpore ad beatitudinem ordinatus. ¶ Per primā diffinitionē notificat aia rationalis: put est spūs. p scōam et tertiā put est anima. Copulat enim aia et vnit corpori vt motor mobili. et sic est scōa. et vt pfectio pfectibili. et sic est tertia. Per alias x̄o quatuor que sequunt diffinit vt anima et spūs. itaq quarta est per compatōem ad creaturas generaliter. quinta p compatōem ad corpus qd perficit. sexta p compatōem ad deu3 tanq̄3 ad suā causam efficientē. septima per cōparationem ad deū vt finē vltimū. citra quē nō potest rōnalis quietari.

¶ De diuisiōne potentiarū aie sm mgros in quinq3 mēbra. Sectio xx.

s Equitur videre diuisionē potētiarū anime. Ad quar noticiā habendam quadruplex est diuisio percur

renda. Una diuiſio ƀm magiſtros ē in qnqȝ mēbra. ſ. in ſenſualitatē: ſenſum: imaginatio- nem: rōnem: ⁊ intellectū. Senſualitas ƀȝ magiſtros eſt illa potentia que ſenſificat corpus: ⁊ mouet ⁊ appetit ea que ſunt delectabilia corpori: ⁊ refugit nociua. Senſus eſt illa vis anime qua hō cognoſcit res corporales preſentes. Imaginatio eſt illa vis anime que ituetur res corpales abſentes. Ratio eſt illa vis anime qua aīa inter bonū ⁊ malū. inter verꝝ ⁊ falſum diſcernit infra ſe. Intellectus ē illa vis anime qua aīa apprehendit res immateriales ⁊ itelligibiles: vt aīam angelū ⁊ deū. ¶ Iſtorum quinqȝ mēbroꝝ ſufficientia ſic poteſt ſumi. Anima eſt quaſi duo ſicut dicit Aug⁹. Eſt anima ⁊ ſpūs. Anima: inquātuȝ corpus perficit ⁊ viuificat. ſpūs inquantum ſine corpore conſideratur: ⁊ ſepata pdurat. Scdm vero ꝙ eſt aīa comparaṫ ad corpus ⁊ corpus ad aīam. ⁊ ſic congruit aīa corpori ⁊ aptaṫ ei vt influat ei vitā ⁊ ſenſum. Et hec potentia anime dicitur ſenſualitas. Cōgruit etiā corpus anime ⁊ aptaṫ ei vt p corpus pficiaṫ quantū ad vitā inferiorē. Et hec potentia diciṫ ſenſus. Senſus aūt eſt duplex. ſciliȝ interior qui diciṫ imaginatio: ⁊ exterior qui cōmuniter diciṫ ſenſus: vt viſus qui fit p oculum. ⁊ auditus per aurem: ⁊ ſic de alijs. Ipſa vero aīa inquantū ſpūs: dicitur duplicem hr̄e aſpectū. Unū reſpectu inferiorū: ⁊ vnū reſpectu ſupioꝝ. ƀȝ ꝙ dicit Aug. ꝙ aīa duas habet partes. ſ. vnam ad ſupiora reſpicientē ⁊ aliam ad inferiora. Inferiorē magiſtri appellant rōnem. ſuperiorē vero intellectū.

¶ De diuiſione potentiaꝝ ƀm naturales i tria mēbra. Sectio xxi.

s Ecunda vero diuiſio ƀm naturales eſt in tria mēbra. Scdm eniȝ ꝙ aīa cōparatur ad actus: tres ſunt anime potentie ad actū triplicē ordinate. Tres quidem ſunt actus aīe primi. ſ. vegetare: ſentire: ⁊ ratiocinari. Et ƀm hoc diſtingniṫ triplex anime potētia. ſ. vegetabilis: ſenſibilis: ⁊ rationalis. Nota tū̄ ꝙ vegetabilis eſt anima i plantis. Senſibilis eſt aīa in brutis. Rōnalꝭ eſt anima in hoīb⁹. In hoīe aūt nō ſunt tres aīe: ſed tres potētie ſunt dicende in vna aīa. Vegetabilis appetit eſſe. ſenſibilis bene eē: rōnalis optime eſſe. Vegetabilis ſubdiuidiṫ in generatiuā ⁊ nutritiuā. Generatiua eſt ad conſeruationem eſſe vniuerſalis. ſcilicet ſpeciei. Nutritiua eſt ad ꝯſeruationem eſſe ſingularis. ſ. indiuidui. Nutritiue duplex ē act⁹ ſcilicet nutrire: ⁊ iſte actus ſemp eſt neceſſarius. augmentare: ⁊ iſte ſolū eſt neceſſarius vſqȝ ad rei cōplectōem. Unde nutriunṫ ſemper aīalia nō aūt ſemp augmētanṫ. Uis ſenſibilis diuiditur in apprehēſiuā ⁊ motiuam. Apprehēſiua diuidiṫ in ſenſum particulareȝ ⁊ ſenſum cōmunē. ſiue in ſenſum exteriorem ⁊ interiorem. Senſus particularis ſiue exterior diuitur in quinqȝ ſenſus. ſcȝ viſum auditum: guſtum: odoratum ⁊ tactum. ¶ Circa iſtos quinqȝ ſenſus tria neceſſario requiruntur. ſ. bonitas organi: diſpoſitio medij: ⁊ preſentia obiecti. Organum viſus ſunt pupille oculorum organū odoratus ſunt nares. organum auditus ſunt aures. organum guſtus lingua ⁊ palatum: organū tactus ſunt nerui totius corporis. Iſta organa deſcendunt ab anteriori parte cerebri. In qua quidē eſt neru⁹ qui diciṫ obticus. ⁊ deſcendit ad pupillas: et ramificatur in duas partes. Alius deſcendit ad nares: alius ad aures. quidā alius ad linguam ⁊ palatū: quidam multipliciter ramificatus eſt organū tactus in toto corpore. Obiecta vero ſenſuū ſunt hec. Obiectū viſus eſt color ⁊ eius differētie. Obiectū odoratus eſt odor ⁊ eius differentie. Obiectum guſtus eſt. ſapor ⁊ eius differentie. Obiectuȝ auditus eſt ſonus ⁊ eius differētie. Obiectū tactus ſunt elemētales qualitates: vt calidū: humidū: frigidum: ſiccuȝ. rarꝫ ⁊ denſum. leue ⁊ graue: aſperum ⁊ lene. Media ſenſuū ſunt hec. aer ⁊ aqua. ⁊ q̄dlibet corp⁹ diaphanum ⁊ tranſparens illuminatū eſt medium i viſu. Aer exterior ⁊ interior eſt medium in auditu. Auris enim concaua in concauita-

te habet aerem intrinſecum ſibi ɔnaturalez.
Vapoꝛ per aerē delatus eſt mediū in odoꝛa
tu. Res enim odoꝛifera quaſi fumū ſenſibi
lem euapoꝛat.ex quo immutat̄ aer deferens
odoꝛatui odoꝛatū. Humoꝛ ſaliualis eſt medi
um in guſtu. Caro eſt mediuz in tactu. ¶ In
terioꝛ ſenſus diuiditur in tres partes.ſz tres
partes cerebꝛi.que ſunt:anterioꝛ in qua eſt
imaginatio.media in qua eſt eſtimatiua:po-
ſtrema in qua eſt memoꝛia. Imaginatio ali-
quando dicit̄ ſenſus ɔmunis:aliqn̄ imagina
tio.aliquando phantaſia. Senſus cōmunis
dicit̄ inquantū ſibi concurrūt ſenſus particu
lares quinqꝫ tanq̄ꝫ linee ad centꝝ.ibiqꝫ ligā
tur. Imaginatio dicitur inquantū repꝛeſen-
tat foꝛmas pꝛius receptas a particularibus
ſenſibus:q̄ꝫuis abſentes. Phantaſia inquā
tum pōt ɔponere foꝛmas nouas ſm ſil'itudi
nes coꝝ que pcepit ꝑ ſenſus pticulares. Eſti
matiua eſt illa vis ſm quā dicimus ſagacita
tem vel pꝛudentiā in bꝛutis.vt in vulpe ſiue
in alijs:in appetēdis delectatiōibus ⁊ refugi
endis nociuis. Memoꝛia eſt vis illa que cō
ſeruat ſiue retinet foꝛmas ſenſibiliū ſpērum.
¶ Vis ſenſibilis motiua eſt motiuū ſm mo
tum mouēs vniuerſaliter mēbꝛa coꝛpoꝛis.vt
caput bꝛachia ⁊ armos. Motiua pedum di
citur greſſibilis:qꝛ ſm eam mouetur animal
motu ꝓgreſſiuo. ¶ Vis rōnalis diuiditur i
intellectum ſpeculatiuū:qui exercet̄ in ɔtem
platōe veri.⁊ pꝛacticū qui in operatōe boni.
Scđm hāc duplicē radicē intellectuū dicun
tur vita actiua ⁊ ɔtēplatiua.

¶ De diuiſiōe potentiaꝝ ſm theologos et naturales. Sectio xxij.

t Ertia diuiſio ſm theologos ⁊ natu
rales eſt hec. Potentiaꝝ coꝛpoꝛa-
lis.i.coꝛpoꝛis regitiua.alia ſpiritua-
lis. Coꝛpoꝛis regitiua diſtinguitur i animalē
vitalē ⁊ naturalē. Scđm has vires aīa regit
coꝛpus. Vis animalis ſm medicos eſt in ce
rebꝛo.vitalis in coꝛde:naturalis in epate.
Vis animalis diuidit̄ in cognitiuā ⁊ moti-
uam. De cognitiua dictū eſt ſupꝛa. Motiua
diuiditur in iraſcibilē ⁊ ɔcupiſcibilē. Mot⁹
eniꝫ animalis aut ē a malo nociuo:⁊ dicitur
motus ſuge qui eſt ab iraſcibili. Aut eſt ad
bonū delectabile:⁊ talis motus eſt a ɔcupi-
ſcibili. ¶ Vis vitalis eſt vis motiua aeris i
coꝛpe animalis ꝑ arterias vnde eſt pulſus.
Tanti enim caloꝛis eſt coꝛ:ꝙ niſi refrigera-
retur aere a tracto per inſpirationē ⁊ emiſ-
ſo ꝑ reſpiratōem animal moꝛeret̄. Hec ea-
dē vis eſt motiua ad vocē foꝛmandā:eo mō
quo foꝛmat̄ vox irrationalis:vt vox auiuꝫ ⁊
aīaliū. ¶ Vis naturalis ɔpꝛehēdit nutriti-
uā ⁊ generatiuā. Sed nutritiua eſt ad ɔſerua
tionē nature ſingularis.generatiua eſt ad cō
ſeruatōem nature vniuerſalis. Nutritiue ꝓ
tuti alie quattuoꝛ deſeruiūt.ſ.appetitiua q̄ ap
petit nutrimentū.digeſtiua que ſepat conue-
niens ⁊ nō ɔueniens in alimēto.retentiua q̄
tranſmittit ad ſingulas partes coꝛpis.qđ cō
ueniens eſt in nutrimento:vt facta deperdi-
tio reſtauret̄.expulſiua que expellit qđ i nu-
trimento fuit inconueniēs ⁊ nociuū. ¶ Spi
ritualis aūt.i.ſpūs regitiua:diuiditur aliquā
do ſm naturā intellectiuā ⁊ affectiuam. Ali
quando ſm officia:vt cū diuidit̄ rō in ſupio
rem ⁊ inferioꝛē. Aliqn̄ ſm ſtatus:vt cū diui
dit̄ in intellectum:ſpeculatiuū ⁊ pꝛacticum.
Speculatiuus intellectus extēſiōe fit pꝛacti-
cus dū coniūgit̄ volūtati ⁊ operi. Aliqn̄ ſm
aſpectus:vt cū diuidit̄ cognitiua in rōnem q̄
aſpicit ad inferius.⁊ intellectū qui aſpicit ad
par.⁊ intelligentiā que aſpicit ad ſuperius.
Aliqn̄ ſm actus:vt cū fit diuiſio i inuentiuaꝫ
⁊ dijudicatiuam. Inuenire enim ⁊ iudicare
ſunt actus potentie cognitiue adinuicem oꝛdi
nati. Aliqn̄ ſm differētias:vt cū diuidit̄. in-
tellectus in agentem ⁊ poſſibilē. Nā pꝛima
differētia intellectus vtit̄ aīa ad abſtrahen-
dū.ſcđa vero ad recipiendū. Aliqn̄ ſm di-
uerſos modos mouēdi:⁊ ſic eſt diuiſio vo-
luntatis ſiue appetitus in naturalē ⁊ delibe-
ratiuā. Pꝛima eſt diuiſio pꝛincipalis in itel
lectum ⁊ affectū.ſiue cognitiuā ⁊ affectiuam
ſiue in rōnem ⁊ voluntatē. Voluntas dicit̄

[Voluntas quid]

[Voluntas s(ecundu)m Aug:]

potentia: ꝛ sic diffinit ab Ansel. Volūtas est instrumentū per seipsum mouens. Dr̄ actus siue mot⁹ potentie. ꝛ sic diffinit ab Augu. in lib. lxxxiij. questionum. Voluntas est animi mot⁹ cogente nullo ad aliqd admittendum vel non admittēdū: vel nō adipiscendum vl' adipiscendū. Dr̄ etiam volitū. vt cum dicit aliqs. hec est mea voluntas. Sex sunt actus ad voluntatē liberā pertinētes sʒ Damas. scʒ consiliū. iudiciū. sententia: electio: operatio: ꝛ vsus. Liberū arbitriū vult: ecce voluntas. Inquirit ꝛ scrutat: ecce consiliū. iudicat: ecce iudicium. disponit: ecce sententia. eligit: ecce electio. que est duobus placentib⁹ alterum p̄optare. impetū facit: ecce opatio. agit: ecce vsus. ¶ Ratio aūt habet qnqʒ actus. duos p̄ quos dirigit in finē veri: quoꝝ vn⁹ p̄cedit cognoscere: ꝛ dicitur ratiociatio: q̄ sic ab Augustino diffinitur. Ratiocinatio ē rationis inqsitio. Huic ratiocinatōi est insitum ingeniū: qđ diffinit ab August. Ingeniuʒ est illa vis aīe siue intentio: qua se extendit aīa ꝛ exercet ad incognitorum cognitionem. Ali⁹ actus est ipsum cognoscere: qđ est aspect⁹ veri. Et ſm hoc diffinit ratio ab August. Rō est animi aspect⁹ quo p̄ seipsuʒ veꝝ intuetur. Habet etiā ratio tres act⁹ p̄ quos dirigit in finē boni. Prim⁹ est boni ꝛ mali discretio: siue boni ꝛ melioris. Scđs est discretione facta boni siue melioris electio. Tertius est dilectio. De his tribus dicit Augu. Ratio est anime aspectus: quo bonum ꝛ malum discernit. virtutes eligit: deum diligit.

[Ratiocinatio quid]

[Ingenium quid]

[Ratio quid]

¶ De diuisione potentiarum ſm Augustinum. Sectio xxiij.

q Uarta diuisio potentiarum ponit ab Augustino in li. đ spū ꝛ aīa. que facit ad maiorem euidentiā p̄dictorum. Distinguit autem vires aīe in rōnalem cōcupiscibilem ꝛ irascibilē. Per rōnaleʒ est aīa habilis ad cognoscendum aliqd infra se: supra se: in se: ꝛ iuxta se. Cognoscit siquidem deum supra se: in se: ꝛ iuxta se. Cognoscit itidem deum supra se: se in se: angelum iuxta se: ꝛ quicqd celi cōtinet ambitu infra se. De rōnalitate oīs sensus anime nascitur. de concupiscibilitate oīs affectus. Affectus q̄dripṫit⁹ esse dinoscit: dum de eo quod amam⁹ iā gaudemus: vel gaudendū speram⁹. vel cum de eo qđ odimus iam dolemus: vel dolēdū metuimus. Unde de concupiscibilitate gaudiū ꝛ spes: de irascibilitate dolor ꝛ metus oriuntur. Qui quidem q̄ttuor affectus aīe omniū sunt viciorū atqʒ virtutū q̄si quedam principia ꝛ cōmunis materia. Affectus qdē omni operi nomē imponit. ¶ Notandū v̄o q̄ sensus aīe virtutes app̄hensiue vocant siue cognitiue q̄ a rationabilitate oriunt. Quinqʒ aūt sunt progressus ad sapientiā. sensus: imaginatio: ratio: intellectus: intelligentia. Sensus est ea vis aīe que rerū corporearū corporeas recipit formas: sed p̄ntes. Imaginatio est ea vis aīe que rerum corporeaꝝ corporeas recipit formas sed absentes. Sēsus nanqʒ formas accipit in materia: imaginatio extra materiam. Et ea vis exterius formata sensus dr̄: ꝛ eadem vsqʒ ad intimum traducta vocatur imaginatio que de sensu oritur. Rō ē ea vis anime que rerū corporeaꝝ formas: naturas: differentias: p̄pria ꝛ accidentia oīa p̄cipit incorporea sed nō extra corpea nisi ratiōe existentia. Abstrahit enī in corpib⁹ q̄ fundantur a corporalib⁹ non actiōe sed ꝯsideratiōe. Intellectus est ea vis aīe que inuisibilia percipit: vt angelos: demones: aīas. ꝛ omnem spiritū creatuʒ. Intelligentia est ea vis anime que īmediate supponit deo. Cernit quidem ipsum sūmū veꝝ ꝛ v̄e īmutabile. Sic ergo aīa sensu p̄cipit corpea. imaginatōe corporū silitudines. rōne corporum naturas. intellectu spiritū creatum. intelligentia spm̄ increatum. Ad imaginationē que dr̄ sensus communis ꝛ etiam phātasia p̄tinēt ea q̄ vidēt in somnis dormientes. de quibus dicit Augu. q̄ omniū que sibi videntur videre dormientes quinqʒ sunt genera. s. oraculū: visio: somnium: insomniū. phantasma. Oraculū est cuʒ in somnis parens vel aliqua grauis p̄sona:

seu sacerdos. vel etiam deus aliquid euenturum aperte vel non euenturū: faciendū vel vitandū denunciat. Uisio est cū id quis videt qđ eodem modo quo apparuerat eueniet. Somniū est figuris tectū. ⁊ sine interꝑtatione intelligi nō pōt. Insomniū est qñ id qđ vigilantem fatigauerat se ingerit dormienti. sicut est cibi cura vel potus: vel aliqua studia vel artes: vel infirmitates. Juxta infirmitates enim diuersi diuersa accipiunt somnia. Alia enim vident sanguinei. Alia cholerici. Alia melancolici. Alia flegmatici. Isti enim vident rubra ⁊ varia. illi nigra ⁊ alba. Phātasma est qñ vix dormire ceperit qs ⁊ vigilare se existimat. ⁊ videtur aspicere irruētes in se vel passim vagantes formas discrepantes ⁊ varias. letas ⁊ turbulentas. In hoc genere est ephialtes: quem opinantur vulgares inuadere dormientes ⁊ opprimere quiescentes. qđ non est nisi fumositas conscēdēs ad cerebruꝫ a stomacho vel a corde: vim cō primens animalem.

¶ De quo est anima. Sectio xxiiij.

p Otest colligi ex ꝓdictꝭ ꝙ aīa est ens viuens: intelligēs: ac libertate vtēs Forma quidem est ens non a seipsa nec de diuina natura. sed a deo per creationem de nihilo in esse deducta. Forma auteꝫ viuens est non ex natura extrinseca: sed ex se ipsa. non vita mortali ꝫ ꝑpetua. Forma vero intelligens. non tm̄ creata: sed etiā creatricem essentiaꝫ: ad cuius imaginē ⁊ silitudinē facta est. Imago aūt nominat cōformitatem in quantitate. similitudo vero conuenientiaꝫ in qualitate. Imago nanqꝫ dicit quādaꝫ configurationem. ⁊ illa importat figurā. que est quantitas in qualitate. ⁊ qualitas in quantitate. Silitudo vero dr̄ rerum differentium eadem qualitas. Ex hac primaria differentia triplex modus distinguendi inter imaginē ⁊ silitudinem assignatur ꝫm Hugo. Imago respicit figuram: silitudo naturam. Alius est modus distinguendi: ꝙ imago est in natura libꝰ. silitudo in gratuitꝭ. Tertiꝰ modus ꝫm Aug. est ꝙ imago est in potentia cognoscendi. silitudo in potētia diligendi. Hec vltima est ꝑ appropriationē ꝓ eo ꝙ in imagine que est ꝑ creationē due sunt potentie ex parte cognitiue. s. memoria ⁊ itelligētia. ⁊ vna ex pte affectiue. s. volūtas. E cōtrario autē in similitudine que est ꝑ recreationē siue iustificationem: due sunt virtutes ex parte affectiue. s. spes ⁊ charitas. ⁊ vna ex parte cognitiue. s. fides. Et ꝓpterea ponit̄ imago in potētia cognitiua. silitudo in potētia affectiua. Diffinitur aūt imago ab hylario ī libro de synodis sic. Imago est eiꝰ rei ad quam imaginamur species in differentijs. Est etiā anima forma libertate vtens: qꝛ sꝑ est libera a coactione. Hec autem libertas a coactione nihil aliud est qꝫ facultas ratōis ⁊ volūtatis que sūt potētie anime ꝑ̄ncipales. Hec aūt libertas cō surgit ex deliberatiōe ꝑ̄ambula ⁊ voluntatē adiūcta. ⁊ cōiter liberū arbitriū appellatur. De quo libero arbitrio videndum est quātū ad diuersam diffinitionē. ⁊ qꝫtū ad variā denominationē. Liberū arbitriuꝫ a pħo sic diffinit̄. Liberū arbitriū est a volūtate iudicium. A bernardo sic in libro de libero arbitrio. Liberū arbitriū est ꝯsensus ob volūtatis inamissibilem libertatē: ⁊ rōnis indeclinabile iudiciū. Ab augustino sic. Libeꝝ arbitrium est facultas rōnis ⁊ volūtatis: qua bonū eligit̄ gratia assistente. vel malū eadē desistēte. Ab anselmo in libro de libero arbitrio sic Liberum arbitrium est potestas seruādi rectitudinem ꝓpter seipsam. Potest enī libeꝝ arbitriū considerari quantū ad actum: ⁊ sic diffinit̄ a Bernardo. Quantū ad actū ⁊ obiectū. ⁊ sic ab anselmo. Quantum ad actum ⁊ obiectum ⁊ finē vltimū: ⁊ sic ab Augustino. Denominat̄ autē ista potētia a mgr̄o sententiaꝝ libertas a coactione siue necessitate a culpa ⁊ a miseria. A bernardo ỽo libertas arbitrij consilij ⁊ cōplaciti. A mgr̄o sententiaꝝ priuatiue. a Bern̄. positiue. Considerari enim potest libertas ista quātū ad eē: ⁊ sic dicitur a magistro libertas a coactione

priuatiue:a Bernar.libertas arbitrij posi-tiue. Item quantuz ad bene esse.ad quod requiritur duplex bonum.s.bonum rectificás siue ordinans.⁊ bonum delectans siue quietans. Et excluditur duplex malum.s.malum deformans:⁊ malū affligens. Respectu mali deformantis dicitur a magistro libertas a culpa:priuatiue. Respectu boni rectificantis dicitur a Bernardo libertas consilij: positiue. Respectu mali affligentis dicitur a magistro libertas a miseria:priuatiue. Respectu boni quietantis dicitur a Bernardo libertas complaciti positiue.

¶ De conditione humani corporis.

Sectio xxv.

Sequitur videre de natura composita hoc est humana natura quantuz ad corpus. Fuit enim corpus primi hominis de limo terre conditum ⁊ formatum. anime subiectum:⁊ proporcionabile suo mō Proporcionabile inquā fuit quátuz ad equalem complexioné:⁊ quantū ad pulcerrimaz ⁊ multiformé organizationem:⁊ quátum ad stature rectitudinem. Quáuis enī corpus ⁊ anima multum distent.tñ infimuz spiritus ⁊ supremum corpis sunt vnibilia miro modo. Spiritus enim animalis siue rōnalis habet potentiam viuificandi:potentiam vegetádi. ⁊ potentiam sentiendi. Corpus vero habet complexionis equalitatem.organorū multiformitatem.⁊ spirituū subtilitaté.ſm triplicé differentiam. Habet nanq3 spiritum vitalé. spiritum naturalem:⁊ spiritum animalem. Comparando igit complexionis equalitaté ad potentiam viuificatiuam per mediū siue vinculū spirit9 vitalis optim9 est nexus. Similiter compando nō solum cōplexioné eq̄lem.verumetiā organizationis perfectionez ad potentiam vegetatiuā ⁊ sensitiuaz mediá te spū naturali ⁊ aiali.optima est proporcio ⁊ mirabilis nexus. Unde sicut terra ⁊ ignis q̄uis multum distent.duplici tñ medio connectūtur.vno qđ magis cōmunicat cū igne alio quod magis cōmunicat cuz terra.sic est in proposito intelligenduz. Rursus quoniaz anima tanq̄3 ad beatitudinez ordinata ⁊ habilis tendit sursum:corpus habet stature rectitudinem ⁊ caput sursum erectum.vt sic rectitudini spiritus attestet. Fuit etiam corpus anime subijcibile ⁊ subiectum.ita q esset obtemperans sine rebellióe:vegetabile sine defectione.propagabile sine libidine. Unde datus est sibi paradisi terrestris locus in tranquillam habitationem.datum est ei lignum vite ad continuam vegetationem. formata é ei mulier de latere viri in consortium ⁊ adiutorium ad immaculatam propagationez. Et quia homo ex homine:sicut est in ceteris: seminaliter propagat.de ratione seminali é aliquid adiungendum. Ad qđ notanduz est q causa ⁊ causalis ratio cōmunis est ad principium extrinsecum ⁊ intrinsecuz quantū é de vi nominis. Semen vero ⁊ ratio seminalis respicit principium intrinsecuz. Possunt tñ distingui:vt causa ⁊ ratio causalis accipiatur quantum ad principium increatum.semen ⁊ ratio seminalis quantum ad principium creatum. Differunt tamen causa ⁊ ratio causal quia causa dicit principium productiuum.ratio vero causalis dicit regulam dirigentem illud principium in operatione sua. Similit etiam differūt semen ⁊ rō seminalis. Regula autem agentis increati est forma exemplaris vel idealis. Regula agentis creati est forma naturalis. Et ita rationes causales sūt forme ideales vel exemplares. Rationes vero seminales sunt forme naturales. Et ſm hoc patet q ratióes causales ⁊ primordiales sūt idé re:differentes soluz ratióe. Primordiales dicunt per priuationem prioris. causales p positionem posterioris. Et primordiales respiciunt deum:⁊ primum principium.causales respiciunt deū ⁊ vltimum finé q est causa causarum. Similiter naturales rónes ⁊ seminales idem sunt re:sed differūt róe.quia semen dicit vt ex quo:natura vt a quo. Rō seminalis attendit inquantū dicit potentiaz nature vt ex aliquo aliquid fiat. Uel seminalis ratio

respicit inclinationem τ virtutē intrinsecam: que mouet τ operatur ad effectus productionem. Naturalis vero ratio concernit producentis ad productum assimilationē. τ modi agendi assuetudinem.

¶ De toto homine ex corpore τ anima constituto. Sectio xxvi.

i Am tertio est videndū de toto homine ex aia τ corpore ꝯstituto. De quo doctrinaliter est tenendū ꝙ homini datus est duplex sensus.s. interior siue mentis. τ exterior siue carnis. Datus est ei duplex motus.s. imperans in voluntate. τ exequens in corpore. Datum est ei duplex bonum. vnum visibile. alterum inuisibile. Datum est ei duplex preceptū.s. nature τ discipline. Preceptum nature. Crescite τ multiplicamini. Preceptum discipline. De ligno scientie boni τ mali ne cōmedas. Datum est ei quadruplex adiutoriū.s. scientie τ conscientie: synderesis τ gratie. Et sic potest colligi ex predictis ꝙ creatura mundi est quasi quidaꝫ liber in quo relucet: representatur τ legitur trinitas fabricatrix sm̄ triplicem modum expressionis.s. per modum vestigij: per modū imaginis: τ per modum similitudinis. Ita ꝙ ratio vestigij inuenitur in creaturis omnibꝰ. ratio imaginis in solis intellectualibꝰ siue rationalibus. ratio similitudinis in solis deiformibus. Omnis enim creatura deum habēs vt principium configurat ei per vnitatē: veritatem τ bonitatē. τ hoc est vestigium hñs deū vt obiectū. ipsum capit per memoriā: intelligentiam: τ voluntatē. hec est imago habens deū vt donū infusum. configurat ei p fidem spem τ charitatem. siue p visionē: tentionem τ perfectā dilectionem. in hoc est similitudo. Et quia imago ē expssa silitudo: τ hec in creatura rationali sm̄ gradum triplicē inuenit. ampliato nomine potest distingui triplex imago in creatura rationali qua repsentatur expresse trinitas fabricatrix. Est enim imago creatiōis que consistit in tribus potentijs τ in vnitate substantie. ita ꝙ memoria representat patrem. intelligentia filium. τ voluntas spiritumsanctū. Substantia vero anime cum sit vna: representat diuine essentie vnitatem. Est etiam imago recreationis. que consistit in tribus virtutibus theologicis: τ vnitate gratie gratum facientis. ita ꝙ fides representat filium: spes patrem. τ charitas spiritūsanctum. Unitas vero gratie gratum facientis representat essentie vnitatē. Est τ imago glorificatōis. que consistit in tribus dotibus gloriosis τ vnitate glorie. ita ꝙ aperta visio representat filium. secura tentio representat patrem. perfecta dilectio spiritumsanctū. Unitas vero glorie representat vnitatē essentie. Prima imago est animaꝝ a deo exeuntium per creationē. secūda est ad deū redeuntium per iustificationē. tertia est ad deū puenietiū per glorificationem. Prima dr̄ proprie imago nature: τ est angelorum omniū. τ omniū rationabiliū animarum. Secunda dr̄ similitudo gratie. τ est angelorum conuersorum τ animarum iustarum. non autem demonum nec hominum peccatorum. Tertia dr̄ deiformitas glorie: τ est angelorum sanctorū τ beatarum animarum. Hec autem tria operatur tribus vicibus per singulos hominum beatorum benignitas saluatoris.

¶ De vnione naturarum in christo. Sectio xxvii.

p Ostq̃ vidimus de bono increato quod est deus. τ de bono creato qd̄ est mundus. videndū est aliquid de bono ex vtroqꝫ coniugato. quod est christus De quo breuiter tria sunt videnda.s. naturarum sociatio. gratiarum exuberatio: τ penarum toleratio. Quantum ad naturaꝝ vnionem in christo tenere debemus: ꝙ in fine seculorum quādo venit plenitudo tpis post legem nature τ scripture: post patriarchas τ prophetas: quibus τ per quos fuit incarnatio repromissa. dignatus est filius dei incarnari propter homines redimendos: τ tūc angelo nunciāte virgini marie incarnationis mysterium pficiendū in ipsa. virgo credidit

apetijt ⁊ conſenſit:⁊ deſcendit ſpūſſanctus.
ſuper eā ad ſanctificandū ⁊ fecundanduꝫ.cu
ius virtute virgo concepit dei filiū.qué vir-
go peperit:⁊ poſt partū virgo permanſit.
Concepit non ſolū carné:verūetiā carnem
animatā ⁊ v̄bo vnitā:⁊ nulli peccato obno-
xiam.ſed omnino ſctām ⁊ immaculatā.rōne
cuius dicit mater dei:⁊ virgo maria.Hanc
autem incarnationem fuit tota trinitas ope-
rata.Per quā quidem incarnationem facta
eſt aſſumptō carnis a diuinitate:⁊ vnio diui
nitatis cum carne viuifica ſpiritu rationali
ꝫm potentiā vegetandi:ſentiendi:⁊ intelligé
di.In hac aūt incarnatione nō eſt facta vnio
in vnitate nature:ſed perſone.nō humane ſꝫ
diuine.nō aſſumpte ſed aſſumentis.nō perſo
ne cuiuſlibet:ſed pſone ſolius verbi.Hec ve
ro vnio tanta fuit vt faceret deum hominez
⁊ hominé deū.Ita ꝙ quicquid dicit de filio
dei per naturā:dicit de filio hoīs per gr̄am.
⁊ econtra:exceptis his in quibus exp̄mitur
vnio ⁊ includit negatio.Non enim pōt dici
ꝙ humana natura diuinā naturā aſſumpſe-
rit vel ſibi vnierit.ſed ꝙ aſſumpta fuerit et
vnita.Similiter nō poteſt dici ꝙ filius dei i
ceperit eſſe.Hoc enim negatur de aſſumēte
ſed vere dicitur de aſſumpto.

¶ De perfectione gratiarū in chriſto.
Sectio xxviij.

Sequitur videre de perfectione gra
tiaꝝ que fuerūt in dn̄o ieſu chriſto.
de quibus tenendū eſt.ꝙ in chriſto
a ſui conceptione fuit plenitudo oīs gratie.⁊
quantū ad gr̄am ſingularis pſone:⁊ quantū
ad gratiā capitis.⁊ quantū ad gr̄am vniōis.
ita ꝙ per gr̄am ſingularis perſone habuit
omnis peccati im̄unitaté.⁊ quantū ad actū:
⁊ quantū ad poſſe.qꝛ nec peccauit:nec pec-
care potuit.Quantum ad gr̄am vnionis di
gnus eſt non ſolum felicitate glorie:verūetiā
adoratione latrie.que eſt cultus reuerétie ſo
li deo debitus.Per gr̄aꝫ vero capitꝭ influit
motū ⁊ ſenſum in vniuerſos qui ad eum ac-
cedunt per fidem rectam vel per fidei ſacra
menta.ſiue aduentū eius precesſerint ſiue ſu
erint ſubſecuti.Chriſto enim conſiderato in
ſe inquantū eſt ſingulare ſiue indiuiduū:cō-
petit gratia ipſum ſanctificans ⁊ confirmās.
quā vocamus gratiam ſingularis perſone.
In comparatione ad verbū vnitū compe-
tit ei gratia vnionis.ratione cuius habuit ſu
perioré naturā ⁊ inferioré:diuinam ⁊ huma
nam:adorabilé ⁊ adoranté.In comparatōe
vero ad corpus myſticū competit ei gratia
capitis:hac ratione:quia ſicut caput habet i
ſe ſenſuum plenitudiné:⁊ ceteris mébris eſt
ꝯforme:ceteris mébris preſidet.ceteris pre-
ſtat beneficiū influentie:que ipſi capiti con-
nectuntur.Sic chriſtus habens in ſe gratie
ſuperhabundantiā nobis conſimilis in natu
ra.preceteris ſanctis ⁊ ſanctus ⁊ iuſtus:cete
ris qui ad ipſum accedūt preſtat beneficium
gratie ⁊ ſpiritus.per qué fit ſenſus ⁊ motus
in ſpiritualibus.ſenſus inq̄ꝫ cognitōis ⁊ ve-
ritatis.motus dilectionis ⁊ charitatis.

¶ De plenitudine ſapientie in chriſto.
Sectio xxix.

Vidimus de plenitudine gr̄e quam
habuit chriſtus in affectu.videamꝰ
ſubſequenter de plenitudine ſapié-
tie quam habuit in intellectu.Et ſic tenen-
dum eſt ꝙ in verbo incarnato fuit omnis ſa
pientie plenitudo:nō ſolū ad cognita.verū-
etiā quantū ad modos ⁊ differentias cogno
ſcendi.Fuit nanqꝫ in chriſto cognitio ſempi
ternalis ex parte diuinitatis.cognitio ſenſi-
bilis ex parte ſenſualitatis ⁊ carnis.cognitio
ſcientialis ex parte métis ⁊ ſpūs.Et hec fuit
triplex:quedam per naturā.quedam p̄ gra-
tiam.quedam p̄ gloriā.Unde ſapientiā ha-
buit vt deus ⁊ hō:vt comprehéſor ⁊ viator:
vt perfecte illuminatus per gr̄am:⁊ vt recte
formatus per naturā.Et ita in vniuerſo fue
runt in chriſto quinqꝫ modi ſciendi ſiue co-
gnoſcendi.Primus ꝫm diuinā naturā.⁊ ꝫꝫ
hoc cognouit omnia actualia ⁊ poſſibilia:fi
nita ⁊ infinita.cognitione actuali ⁊ compre-
henſiua.Secundus per gloriam:⁊ hoc mō

cognouit oia actualia et finita cognitõe actuali.infinita vero cognitione habituali. Tertius per gratiam: et hoc modo cognouit omnia spectantia ad humani generis redemptionem longe excellentius et melius quam aliquis prophetarum et angelorum. Quartus scḋm naturam integram.cuiusmodi fuit in adam. et hoc modo cognouit que spectant ad mundanam machinam cõstruendã: excellentius et melius quam ipse adam. Quintus scḋm sensibilẽ experientiam. et hoc modo cognouit oia que veniũt ad organa sensuũ.scḋm quẽ modũ dr̃ quod didicit ex his que passus est obedientiam. Debuit quidem in christo esse quintuplex iste modus. Nam res habent esse in eterna arte: in humana mẽte. et in proprio genere. In arte cognouit res per naturã diuinitatis: et per gloriam cõprehẽsiõis. In mente per habitũ naturalẽ siue innatũ: sicut cognouerũt angeli. per habitum gratuitũ et infusum: sicut cognouerunt sancti dei per spiritũsctm̃ illuminati. In proprio genere cognouit via sensus memorie et experientie. que in nobis facit rem icognitam cognosci. in christo autem rem cognitam scḋm vnum modum fecit per modum alium esse notam.

¶ De plenitudine meriti christi.

Sectio xxx.

[S]Equitur videre de plenitudine meriti: quam christus habuit in opere et effectu. Et sic est tenendum quod i christo dño fuit omnis meriti perfectio et plenitudo. Primo quantũ ad eũ qui merebatur. quia non tm̃ erat hõ: verũetiam deus. Scḋo quantũ ad temp⁹ in quo merebatur. quia ab istanti cõceptõis vsqz ad horã mortis. Tertio quantum ad id quo merebatur: propter perfectissimum habitum charitatis: et perfectissimũ exercitium virtutis: in agendo: orãdo et patiendo. Quarto quantum ad eũ cui merebatur. quia non tm̃ sibi sed etiã nobis: imo oib⁹ iustis. Quinto quantũ ad id quod merebatur nobis. quia nõ tm̃ gloriam. verũetiã gratiam et veniã. Nõ tm̃ gloriam spũs: verũetiam stolã carnis: et aptionem ianue celestis. Sexto quantũ ad id quod merebatur sibi: quia licet nõ mereretur glorificationem mẽtis quã iam habebat. merebatur tm̃ accelerationem resurrectiõis: et glorificationem sui nois. et dignitatem iudiciarie ptãtis. Septimo quantũ ad modũ quo merebatur. Cũ enim dicatur tripliciter quis mereri. s. vel de indebito facere debitum. vel de debito facere magis debitũ. vel de debito vno modo facere debitũ alio mõ. Oibus his modis meruit nobis. Tertio tm̃modo meruit sibi faciente ad hoc plenitudine spũssancti. per quam christus simul erat beatus et in statu merendi: ita quod supra eius meritum: omnia nostra merita habent fundari. Cum in christo siquidem fuerit plenitudo gratie in affectu. et plenitudo sapientie in intellectu. necesse fuit quod in ipso eẽt plenitudo et perfectio meriti scḋm omnem modum plenitudinis.

¶ De tolerantia passionis domini nostri iesu christi.

Sectio xxxi.

[S]Equitur videre de tolerantia passionis circa dñm saluatorẽ. Sciendũ est quod christus assumpsit non tm̃ naturã humanã. sed etiã defect⁹ circa naturã humanã. Assumpsit enim penalitates corporales. vt famẽ: sitim: et lassitudinẽ. Assumpsit et spũales. vt tristiciã: gemitum: timorẽ et dolorem. Nec tm̃ oẽs corporales assumpsit. sic sunt defectus egritudinũ multiformiũ. Nec oẽs spirituales: sicut sunt ignorantia: et rebellio carnis ad spm̃: et econtra. Nec eas qualitercũque assumpsit. quia sic necessitatẽ patiẽdi assumpsit vt nihil pati posset inuite: nec scḋm diuinitatis volũtatẽ: nec scḋm volũtatẽ rõnis. licet passio fuerit contra voluntatẽ sensualitatis et carnis. ¶ In natura passibili sic assumpta passus est passiõe generalissima quantũ ad naturam humanã. quia nõ solũ scḋm oia membra corporis principalia. verũetiã scḋm oẽm aie potentiam. licet nihil pati posset scḋm naturam diuinam. ¶ Passus est passione acerbissima. tum propter cõplexionis equalitatẽ. tũ propter sensuum viuacitatem. tũ propter suspẽdij cõtinuitatem. tum quia doluit propter vulnera vt patiens. tum

q: voluit propter nr̄a delicta vt compatiens. ¶ Passus est passione ignominiosissima: ꝑpter patibulum crucis: qđ erat suppliciū latronū ꝛ pessimorū. ꝛ propter ꝯsortiū iniquoruꝫ latronū.s.cū qb⁹ reputat⁹ ē. ¶ Passus est tandē passiōe iteremptoria ꝑ sepatōeꝫ aīe a corpe.salua tn̄ vniōe vtriusqꝫ cū diuinitate Anathema eni est qui dicit filiū dei naturaꝫ quā semel assūpsit:reliqisse. Peracto autem mysterio passiōis:descendit aīa christi ad liberatōeꝫ coꝝ qui iter mēbra sua decesserāt ꝑ fideꝫ rectā:vel ꝑ fidei sacramēta.tertia die rediens ab inferis.corpus qđ prius viuificauerat⁹ factuꝫ imortale ꝛ impassibile reassumpsit:post quadraginta dies celos ascendit.ꝛ interiectis decem diebus spiritūsctm̄ misit.

¶ De sacra scriptura quantum ad duo testamenta. Sectio xxxij.

Sequitur videre de triplici beneficio christi. Et primo de doctrina sacra. ratione cuius dicit̄ plenus veritatis ad homines descendisse. Doctrinam ergo sacram siue scripturam diuinam habemus considerare quantum ad diuersitatem testamentorum. quantum ad generalitatem contentorum: ꝛ quantuꝫ ad specialitatē ꝓceptorum. Et sic scriptura sacra in duo diuiditur testamenta. vetus.s.ꝛ nouum. Uetus habet multitudinem librorū. Habet eni libros legales quinqꝫ.s. Genesim. Exodū. Leuiticuꝫ Numeri. Deuteronomium. Habet historiales decem: qui sunt. Josue. Judicum. Libri. Regum q̄ttuor. libri Paralipomenon duo libri. Esdre tres, libri Thobie. Judith. Hester. Job. ꝛ libri Machabeorum duo. Sapientiales sunt quinqꝫ. Parabole. Ecclesiastes. Cantica. liber Sapientie: ꝛ Ecclesiasticus. Prophetales sunt sex.s. Jsaias. Hieremias. Ezechiel. Daniel. liber Psalmorum. ꝛ libri.xij. prophetarum: qui sunt. Osee. Johel. Amos. Abdias. Jonas. Micheas. Naum. Abacuch. Sophonias. Agge⁹. zachari as. Malachias. ¶ Nouum testamentum habet etiam libros multos.s.euangelia quattuor. primum ſm Mattheum. secundum ſꝫ Marcum. tertium ſm Lucam. quartum ſꝫ Johannem. Habet actus apostolorum. Habet ep̄las pauli quattuordecim. ad Romanos vnam. ad Chorinthios duas. ad Galathas vnam. ad Epheseos vnam. ad Philippenses vnam. ad Colossenses vnā. ad Tessalonicenses duas. ad Titum vnā. ad Philemonem vnaꝫ. ad Thimotheū duas. ad Hebreos vnam. Et septem canonicas.s. vnam Jacobi. duas Petri. tres Johannis. vnam Jude. Habet etiam librū Apocalipsis. Nouum testamentū: ꝛ maxime quattuor euangelia quattuor qualitatibus ſm Hieronimum contexunt̄. que sunt ꝓcepta: mādata: testimonia: ꝛ exēpla. Precepta sunt ad declinandū a malis. mandata ad faciendū bona. testimonia ad credendum. vera exēpla ad imitāduꝫ ꝛ explendum honesta. Timor incutit̄ preceptis. fides roboratur testimonijs. spes erigitur exemplis. charitas cōsummat̄ mandatis ¶ Assignat̄ autem differētia inter legē moysaycam ꝛ euangelicā in hūc modū. q: lex moysi dr̄ lex figure. lex pene lex litteralis. lex occidens: lex timoris. lex seruitutis. lex oneris. Lex autem euangelica dicitur lex veritatis. Lex gratie. lex spiritualis. lex viuificans. lex amoris. lex libertatis. lex facilitatis. Jn lege quippe euangelica quattuor conditiones nobilissime sunt adiecte.s. documenta instruentia: promissa incitantia. sacramenta adiuuantia. ꝛ consilia perficientia. que sunt consilium paupertatis altissime: castitatis mundissime: ꝛ obedientie siue humilitatis subiectissime. ¶ Agitur enim de septem in vniuerso in sacra scriptura tam noui q̄ꝫ veteris testamenti.s. de trinitate dei de creatura mundi. de corruptela peccati. de incarnatiōe verbi. de gratia spiritussancti. de medicina sacramentali. de statu finalis iudicij. ¶ Sunt specialiter in scriptura quattuor genera preceptorum.s.q̄dam cerimonialia. vt non arabis in boue ꝛ asino. quedam sacramētalia: vt de vitula rufa ꝛ alijs sacrificijs ꝛ de circuncisiōe. quedā

iudicialia: vt oculū ꝓ oculo: dentē ꝓ dente. quedam moralia. vt decem precepta decalogi.

## De preceptis decalogi.

### Sectio xxxiij.

Precepta decalogi sūt specialiter declaranda. que dicuntur moralia. qꝛ cum fide sunt ad salutem hoīuꝫ necessaria. In fide enī ⁊ morib⁹ est salus hoīuꝫ constituta. Fuerunt autem conscripta digito dei in duabus tabulis lapideis: in signum gemine charitatis. diuine. s. ⁊ humane. De quibus breuiter duo sunt videnda. s. ordinatio. ⁊ numeri siue sufficientie assignatio. Ordinantur aūt a iosepho historiographo ſm ordinē rei geste quinqꝫ in prima tabula. ⁊ quinqꝫ in scd̄a. Scd̄m eundem ordinē ab Augustino tria in prima tabula: ⁊ septem in scd̄a. Origenes considerans materiam eoꝝ que ordinātur: distinguit primuꝫ in duo. s. Nō habebis deos alienos ꝑter me: ⁊ Nō facies tibi sculptile. In quoꝝ primo ꝓhibetur adoratio statue nihil hn̄tis sile in naturis. scd̄o ꝓhibetur adoratio statue hn̄tis silitudinē cū aliq̄ creatura. Duo vero vltima scd̄e tabule nō distinguit. reputans ea esse vnū. s. Nō ꝯcupisces vxoreꝫ ꝓximi tui: ⁊ Nō desiderabis rē ei⁹. Aug. vero ꝯsiderans finē ad quē ꝑcepta decalogi ordinantur. primū nō distiguit. qꝛ vtrobiqꝫ hꝫ intentionē idolatria ꝓhibetur. Et sic ponit tantū tria in prima tabula. Preceptū vero de ꝯcupiscentia vxoris ⁊ possessiōis aliene distinguit in duo. qꝛ alio fine cōcupiscitur vxor ad vsum voluptatꝫ. alio fine concupiscitur possessio ad vsum cupiditatis: ⁊ sic septem ponit in scd̄a. Augustinū ergo seq̄ntes: q tria ponit ī p̄ria tabula ⁊ septē in scd̄a: sufficiētiā numeri assignem⁹. In prima tabula tria fuerunt precepta ordinantia ad deū. quoꝝ sufficiētia pōt summi penes subiectū. quod est triplex in nobis. s. potentia irascibilis: que ordinatur per preceptum de protestatiōe veritatis. potentia concupiscibilis que ordinatur per ꝑceptuꝫ de sabbatizatione mentis. potētia rationalis que ordinatur per preceptū de ordinatiōe maiestatis. Potest etiam summi penes obiectū quod est triplex in diuinis. s. summa maiestas reuerenda. respectu cui⁹ est primū. summa veritas profitenda: respectu cui⁹ est secūdum. summa bonitas diligenda. respectu cuius est tertium. Potest summi nihilominus penes actum intermediū. qui est triplex scꝫ actus operis qui exercetur in primo mandato per actualē adorationem. actus oris q exercetur in secundo per sermocinalem prolationem. actus cordis qui exercetur in tertio per affectualem dilectioneꝫ. Non pōt bn̄ sabbatum. i. quietem mentis celebrare: qui per quietem continuā nō studet omne peccatū mortale declinare. In secunda tabula septem fuerunt ꝑcepta ad ꝓximū ordinantia. Quorum sufficientia sic accipitur. Ad ꝓximum habemus dupliciter ordinari. s. per beneficentiam. ⁊ sic est primum. s. Honora patrē ⁊ matrem tuā. per innocentiaꝫ: ⁊ sic possumus nocere proximo tripliciter. actu opis. actu oris. ⁊ actu cordis. Actu operis tribus modis. s. in propria persona. ⁊ sic dicitur. Non occides. In persona coniūcta. ⁊ sic dicitur. Nō mechaberis. In possessione sua: ⁊ sic dicitur. Nō furaberis. In actu oris possumus nocere proximo falsum testificando. ⁊ sic dicitur. Non loqueris falsum testimoniuꝫ ꝯ̄ proximū tuum In actu cordis possumus nocere ei dupliciter. s. affectu carnalitatis. ⁊ sic dicitur. Non concupisces vxorem proximi tui. ⁊ affectu cupiditatis. ⁊ sic dr̄. Non desiderabis rem ei⁹ Decem ꝑcepta per ordinē his versibus cōtinentur. Sperne deos: fugito piuria: sabbata ſua. Sit tibi pr̄is honor sit tibi matris amor. Nō sis occisor: mechus: fur: testis iniquus. Viciniqꝫ thorum: resqꝫ caueto suas.

## De preceptorum summa.

### Sectio xxxiiij.

Ad maiorē noticiam ꝑceptorū est attendendum q est ꝑceptū nature: discipline: ⁊ scripture. Preceptuꝫ nature est duplex. innatum ⁊ datuꝫ. Innatum est duplex. quoddam respectu dei. quoddam

respectu proximi. Respectu dei est illud Deuteron.vi.videlicet. Diliges dñz deũ tuũ ex toto corde tuo: et ex tota aĩa tua: et ex tota fortitudine tua: Respectu proximi est duplex. vnũ per beneficentiam. Matth.vij. Quecunqz vultis vt faciant vobis homines: et vos eadem facite illis. Aliud est de inocentia. Thobie.iiij. Quod ab alio oderis tibi fieri vide ne alteri aliquando tu facias. Datum est duplex preceptum. Unum ad conseruationem indiuidui. Gene.ij. Ex omni ligno paradisi comede. Aliud est ad conseruationem speciei. Geñ.i. Crescite et mltiplicami. ¶ Preceptum discipline est duplex. Quoddaz ad probationem obedientie. Gene.ij. De ligno scientie boni et mali ne cõmedas. Quoddaz ad probationem fidei. Gene.xxij. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quem diligis ysaac. et offeres eum mihi. ¶ Precepta scripture sunt in qt tuor generibus comprehensa sicut supradictũ est. Quedam sunt cerimonialia. quedaz sacramentalia. quedam iudicialia et moralia Hec quattuor genera preceptorũ fuerũt in veteri testamento tanto multiplicato numero: vt quasi non essent plures dies in anno nec ossa in homine qz precepta data dei populo. Lex autem euangelica superueniẽs tã qz abbreuians et cõsummans: cerimonialia et sacramentalia euacuauit adimplendo. iudicialia temperauit auferendo. moralia cõsummauit consilia salutifera adijciẽdo. ¶ Possunt aũt omnia precepta que legimus in scriptura reduci ad tres differentias siue membra. vt dicamus: qp preceptum aliud executionis: sicut est illd qd implere tenemur ex domini volũtate. Aliud probationis. sicut fuit preceptũ abrahe: vt imolaret filiũ. in quo requirebat deus non opus: sed promptitudinẽ voluntatis. Aliud instructiõis. sicut qñqz curabat dñs aliquos: et mandabat curatis ne eũ in populo diuulgarẽt. Nõ enim obligabat dñs curatos vt tacerẽt: sed instruebat vt de magnis operibus laudes non captem⁹. ¶ De gratia in se considerata quo ad diffinitionem: diuisionem: et operationem.

Sectio xxxv.

Sequitur videre de secundo beneficio iesu christi: qd est gratia. ratione cui⁹ plenus gratia dicit aduenisse. Est autem considerare gratiam in se: et in cõparatione ad habitus virtuales. In se habz considerari gratia quantum ad diuersitatem diffinitionis: diuisionis: nominationis et operationis. Diffinit aũt gratia multipliciter: ꝫm qp multipliciter comparat. Comparat autem ad suũ principium. et sic diffinitur ab Isidoro. Gratia est diuine misericordie donum. per qd bone volũtatis est exitus. Ad suũ subiectũ: et sic est illa super ps. vt exhilaret faciem in oleo. Gratia est quidam nitor anime ad conciliandũ sanctũ amorez. Ad suum oppositũ: et sic est que dat in glo. sup ps. Gratia est iustificatio et recisio peccatorum. Ad suũ effectũ. et sic est illa Chryso. Gratia est sanitas mẽtis dilectio cordis. Potest qnto comparari ad suũ premium. et sic est illa. Gratia est similitudo glorie. Scdm has omnes comparationis assignat diffinitio magistralis. que talis est. Gratia est forma a deo data: gratis sine meritis gratũ faciens habentem: et opus eius bonũ reddens. Inuenitur et alia notificatio que competit gratie gratis date. Gratia est manifestatio spiritus ad vtilitatem spũs. sumpta ex.i. Chorin.xij. ¶ Diuiditur etiam gratia multipliciter ꝫz qp multipliciter comparatur. Comparata enim ad suũ principiũ a quo est: diuidit in gratiaz predestinationis: vocationis: iustificatiõis: et magnificationis. Primo eni deus gratiam preparat. secundo affert. tertio confert. Quarto complet. Comparata ad suũ subiectum in quo est: diuidit in gratiam cognitionis: volũtatis et perfectionis: ꝫm triplicem potentiaz scz intellectiuam. affectiuam et operatiuaz. Et sumitur a Berñ. in libro de libero arbitrio. Comparata ad oppositum contra qd est: diuiditur in gratiam protectionis: liberationis et saluatiõis. contra quadruplex malũ. s. pu-

gne siue tentationis: miserie siue persecutionis. culpe siue infectionis. ⁊ sequele siue dānationis. A primo protegit. a scdo liberat. a tertio extrahit. a quarto saluat. Et sumit̄ de ysaia. xxxi. Proteget dominus exercituum hierusalē protegens ⁊ liberans: transiens et saluans. Cōparata ad effectū ad quem ē. diuiditur in grām preuenientē ⁊ subsequentē: siue operantē ⁊ coopantez. que sunt due differentie grē ſm effectus quos habet in voluntate. Dicit̄ enim gratia preueniēs: q: nō est a libero arbitrio: sed infundit̄ ab ipo do. subsequens vero dicit̄ vel coopans inq̄ztuz adiuuat liberū arbitrium respectu boni opis eliciendi. ¶ Exprimit̄ aūt grā diuersis vocabulis ſm diuersas intentōes noiantium. Dicitur enim gratia gratis data: ⁊ gratia gratū faciens. dicit̄ grā operans ⁊ cooperans. siue grā preueniēs: ⁊ gratia subsequēs. Accipit̄ enim grā largissime: ⁊ sic ↄprehendit dona naturalia ⁊ dona gratuita. Accipit̄ min⁹ cōmuniter: ⁊ sic comprehēdit grām gratis datam: ⁊ grām gratū facientē. Et sic dicit beatus Bern. q᷑ quedā gratia semiat cogitatū. ⁊ hec est gratia p̄ueniens. Quedā pficit bonum: ⁊ hec est grā subsequens. Dicit enim ī libro de libero arbitrio. q᷑ deus opatur ī nobis cogitare: velle: ⁊ pficere. Primum sine nobis. scōm nobiscū. tertiū per nos. Et nota q᷑ gratia gratis data cōmuniter a theologis dicitur gratia que bonis ⁊ malis potest esse cōmunis. ⁊ plurificat̄ in homine ſm munificentiam largitoris. Gratia vero gratum faciens solis iustis cōuenit qui sunt p̄dicti charitate. Et ē in vno homine vna sola. tū rōne vnius principij effectiui cui assimilat. tum ratione vnius subiecti perceptiui quod viuificat. tum ratione vnius finis vltimi completiui: ad quem gradatim ordinat. Nam totuz ordinem acceptū deo reddit. opus a libero arbitrio egrediens meritoriū facit ad vnum summū bonū perducit. Accipitur tertio gratia stricte: ⁊ sic comprehendit gratiā gratum facientem ⁊ gloriam. ⁊ tunc gratia preueniēs est ipsa gratia. gratia subsequens est gloria. Et ſm hoc dicit Augustinus in libro de gratia ⁊ natura. Gratia preuenit vt pie viuam⁹. subsequitur vt cū illa viuamus. Accipit̄ etiā magis stricte: ⁊ sic nominat tantū gratiā gratum facientem: ⁊ tūc preueniens dicit effectū contra malū. subsebuens ad bonum vel ad bonum tantū. Ita q᷑ preueniens dicit̄ ſm q᷑ informat. subsequens ſm q᷑ mouet vel monet. Est duplex effectus gratie. vnus ī ingressu. alius in profectu. Et sic exponit Augustinus in libro de natura ⁊ gratia. Hec autem gratia cū sit vna: tamen multa in anima operatur. Ipsa enim animā efficit sponsam christi. filiam patris eterni: ⁊ templū spiritussancti. Ipsam animā purgat: illuminat perficit: viuificat: reformat: ⁊ stabilit: eleuat: assimilat. deo coniungit: ac per hoc acceptabilem deo facit. propter quod tale donū gratia gratum faciēs non immerito debuit appellari.

¶ De gratia in cōparatōe ad habitus gratuitos: vt sunt virtutes in generali.

Sectio xxxvi.

Sequit̄ videre de gratia in comparatione ad habitus virtuales in q̄s ramificat̄. qui sunt in triplici differentia. Sunt enim habitus virtutū donorū ⁊ beatitudinū. Primi sunt ad primos mot⁹ anime. secūdi ad medios. tertij ad perfectos. Sunt enim quedā opera moralia primitiua sicut credere. quedam media. sicut credita ītelligere. quedam postrema sicut intellecta videre. Item primi sunt respectu incipientiū secundi respectu proficientiū. tertij respectu perfectorū. Item primi sunt ad potentias anime rectificans. secundi ad expediendas. tertij ad perficiendas. Primo de virtutib⁹ aliquid videamus breuiter. De quibus in generali tria sunt simpliciter referenda. s. diffinitio: distinctio ⁊ connexio. ¶ Multiplex v̄tutis diffinitio inuenitur. Nam virtus accipitur cōmuniter: proprie: ⁊ magis proprie. Cōmuniter accepta virtus comprehendit v̄tutem moralem ⁊ naturalem. Et ſm hoc cō

parata ad actum diffinitur a pho de celo et mundo sic. Uirtus est vltimum potentie de re. Comparata ad actum ⁊ finem vltimum diffinitur ab eodem in septimo ethicoꝝ sic. Uirtus est dispositio pfecti ad optimū. Accepta vero proprie comprehēdit moralem tm̄. ad politicā ⁊ gratuitā se extendens. ⁊ ſm hoc comparata ad actum diffinit a pho in ethicis sic. Uirtus ē habitus qui perficit habentem: ⁊ opus eius bonū reddit. Comparata ad principiū directiuū diffinit ab eodē ibidem sic. Uirtus est habitus voluntarius in mente consistens: recta ratione determinatus: put sapiens determinauit. Scōm h̄ diffinitur a tullio. Uirtus est habitus mētis bn̄ composite. Item ab Augustino in li. de q̄nti tate anime. Uirtus est qualitas anime seu vite rōni vndiqz ↄsentiens. Accepta magis ꝓprie comprehēdit virtutē gratuitā. Et ſm h̄ compata ad finem diffinitur ab Augustino in soliloquijs. Uirtus est habitus rōne recta ad suū finem perueniēs. Compata ad suum subiectū qđ informat diffinit ab eodē in libro de ciui. dei. Uirtus est bona voluntas. Ad actū ꝓprium siue complementū diffinit in libro de moribus ecclesie. Uirtus est ordo amoris siue amor ordinatus. Cōparata ad suū principiū effectiuū diffinit ab Augustino sic. Uirtus est bona qualitas ment꜅ qua recte viuit. qua nemo male vtit. quā deus i nobis sine nobis operatur. ¶ Sunt autem septem virtutes quibus vita regitur christiana. tres theologice. s. fides: spes: ⁊ charitas. quattuor cardinales. s. prudentia: iusticia: tēperantia ⁊ fortitudo. Quaꝝ sufficientia sic accipitur. Duplex est facies anime. s. supior. que est respectu finis: ⁊ inferior que ē respectu eoꝝ que sunt ad finem. Superior habet rectificari per theologicas: ⁊ quantū ad triplex obiectū qđ est in diuinis. ⁊ quantū ad triplex subiectū qđ est in nobis. In diuinis est summa veritas in quā nos dirigit fides i credendo ⁊ assentiendo. sūma maiestas siue largitas in quā erigit spes in laudando ⁊ expectando. sūma bonitas cū qua vnit charitas in cōplectendo ⁊ diligendo. Triplex etiā subiectū in nobis est. s. potentia rōnalis que ordinatur siue rectificat per fidem. irascibil que per spem. ↄcupiscibilis que p charitatē. Inferior vo facies anime habet rectificari per quattuor cardinales. Nam prudētia rectificat rōnalem. fortitudo irascibilem. tpantia ↄcupiscibilē. iusticia rectificat oēs vires siue virtutes in compatione ad alterū. In cōparatione inq̄z ad ꝓximū rectificans oēs vires dicitur iusticia cardinalis. In compatōe vero ad ꝓximū ad ipm ⁊ ad deū: nō solum cardinalis dicit sed generalis. generalis iusticia totius aīe rectitudinē comprehēdens. Potest ⁊ aliter sufficientia cardinaliū assignari p subiecta. Nā rōnalis rectificari habet respectu sui. ⁊ sic indiget prudētia. respectu ꝓximi. ⁊ sic idiget iusticia. Irascibilis hʒ rectificari ↄ aduersa. ⁊ sic indiget fortitudie: concupiscibilis ↄtra ꝓspera. ⁊ sic indiget tēperantia. ¶ Habēt aūt virtutes esse gratuitum a gratia tanq̄z ab origine ⁊ radice. ⁊ eē meritoriū a charitate tanq̄z a motore: forma ⁊ fine. Et ideo omnes virtutes quo ad habitus sunt cōnexe. quo ad habitus meritorios sunt equales.

¶ De fide. Sectio xxxvij.

Equitur videre de singulis virtutibus in speciali. ⁊ primo de fide. Et primo quantū ad eius essentiam. secundo quantum ad symboli continentiam. In se possumus considerare fidem quantū ad diffinitionē: equiuocatōem: actus diuersificationem: ⁊ effectus impetrationem. Diffinit aūt fides multipliciter. Quantū ad genus ꝓpriū diffinit ab Augu. Fides est virtus qua creduntur ea que nō videntur. Quantum ad finem vltimū ab Apostolo. Fdes est substantia rerum sperandaꝝ argumento nō apparentiū. A Damasceno. Fides est eoꝝ que sperant hypostasis. reꝝ que nō vident redarguitio. Quantū ad obiectū ⁊ primum motiuū ab August. Fides est illuminatio mē

tis ad sūmam veritaté. Quantū ad actū pro-
priū a Damasceno. Fides est nō inquisit⁹
consensus. In ordine ad subiectū a Diony-
sio. Fides est vnicū credentiū fundamentuꝫ
eos collocans veritati. In comparatione ad
alios habitus ⁊ modū asserendi ab Hugo-
ne sic. Fides est voluntaria quedā certitudo
de rebus absentibus supra opinioné ⁊ infra
scientiā constituta. ¶ Accipiť aūt nomen fi-
dei decé modis. Aliqn̄ enim accipiť ꝓ spon-
sione.i.ad Thi.v. Primā fidé irritā fecerť.
Aliqn̄ ꝓ fidelitate. Hiere.vij. Perijt fides
⁊ sanct⁹ de terra. Aliqn̄ ꝓ sciétia. Ro.xiiij.
Omne qđ nō est ex fide peccatū est. Aliqn̄
ꝓ sacraméto fidei. Vn̄ dicit Aug⁹. Paruu-
los habere fidé nō est aliud q̄ꝫ fidei habere
sacramentū. Aliqn̄ ꝓ acceptōe conclusionis
per rōnem ꝓbate. Et sic dicit Boetius. Ar-
gumétū est ratio rei dubie faciens fidé. Ali-
qn̄ ꝓ cognitōe comprehēsionis. Ro.i. Iusti-
cia dei reuelabiť ex fide in fidem.glo.in fidé
speciei: que fides diciť.q: fidentissima ⁊ cer-
tissima est. Aliqn̄ pro habitu fidei informis.
Iaco.ij. Fides sine operibus mortua est.
Aliqn̄ pro habitu fidei formate. Ro.i. Iu-
stus ex fide viuit. Aliqn̄ ꝓ actu fidei. Et sic
dicit Aug⁹. Fides est credere qđ non vides.
Aliqn̄ pro obiecto fidei. Vnde dicitur i sym-
bolo. Hec est fides catholica. ¶ Diuersifi-
catur autem actus fidei qui est credere: per
credere deū: credere deo: credere in deum.
Credere deū ⁊ credere deo possunt eē act⁹
informis fidei ⁊ formate. Possunt autem ad
eundé actū ſm ordiné pertinere. Nā crede-
re deū respicit diuinā veritaté vt obiectum.
credere deo vt motiuū: credere in deum vt
finem vltimū. Istū vltimū actum multiplicat
vel exponit Ansel. sic. Credere in deum est
credendo eū amare: credendo in eū ire: cre-
dédo ei adherere: ⁊ credendo ei⁹ mébris in-
corporari. Ad hoc enim q̄ fides pfecte ten-
dat in deū: reqriť adiunctio charitatis: q̄ or-
dinat ad amoré dei: ⁊ sic est prima differétia
ad opatōem boni: ⁊ sic est secunda. ad perpes-
sionem mali: ⁊ sic est tertia. ad dilectionem
proximi. ⁊ sic est quarta. ¶ Fidei attribuitur
opatio miraculoꝝ. Ipsa est enim prima vt⁹
que supra se eleuat intellectū: captiuās eū in
obsequiū dn̄i nr̄i iesu xp̄i. ⁊ iō mereť de con-
gruo apud deū opus arduū impetrare. ad
qđ se nō extédit possibilitas admirātis. Et h
est quod tangiť in diffinitione miraculi. Mi-
raculū est opus arduū ⁊ insolitū supra spem
⁊ facultatem admirātis ꝯsistens.

## ¶ De ꝯtinétia symboli quantū ad articlos. Sectio xxxviij.

Sequiť de ꝯtinentia symboli. circa
quod tria sunt breuiter attendenda.
scꝫ differétia symboloꝝ: sufficientia
credendoꝝ. ⁊ essentia articuloꝝ. Tria sunt
symbola fidei christiane.s. symbolū apostolo-
rum. symbolū nyceni concilij. qđ. cccxviij.
ep̄i condiderunt. ⁊ symbolū athanasij. Cau-
sa principalis ꝯditōnis primi fuit certa fidei
traditio. Causa scđi fuit veritatis tradite cer-
ta probatio vel propalatio. Causa tertij fuit
errorū pullulantiū exterminatio. Primū di-
citur maius: non numerositate contentoꝝ. sꝫ
maioritate conditoꝝ vel auctoꝝ. Et dicitur
submissa voce: q: fuit conditū tp̄e veritatis
nondū ꝓpalate vel ꝓlate: vel q: est ad ꝓprie
ꝯscientie securitaté. Diciť etiā in diei princi-
pio ⁊ fine.s. in prima ⁊ i ꝯpletorio: ꝓpter du-
plicé ꝯfessioné fidei necessariā.s. in principio
ecclesie ⁊ in fine. vel in principio regeneratō-
nis baptismalis: ⁊ vltimo defunctionis cor-
palis. In testimoniū ꝯuersatōis triūphalis.
Vel i prosperis ⁊ aduersis: vel in agendo ⁊
patiendo. vel q̄ fides est scutū ꝯ tentationes
diurnas: ⁊ contra tentationes nocturnas.
Scđm q: editū est ꝓpter veritaté traditaꝫ p-
palandam: in diebus dn̄icis ⁊ festis solénib⁹
ꝓpter maioré ꝯuentū populi alta voce can-
tatur. ⁊ hoc post euāgeliū: q: est eius breuis
collectio. ⁊ ante cōmunioné. q: est ad ipaꝫ di-
gna p̄paratio. Tertiū diciť nocte finita p̄ma
diei hora. q: fuit editū tp̄e veritatis ꝯcusse p
hereticos preualentis finaliter contra eos.

¶ Sufficiẽtia articuloꝝ in symbolo apostolico contẽtoꝝ potest dupliciter assignari.scilicet ex parte cause efficientis.s.apostoloꝝ:q ad condendũ symbolũ singuli singulas pticulas posuerũt.Petrus dicit.Credo i deuz patrem omnipotentẽ creatorem celi ⁊ terre. Andreas subiunxit.Et in iesum christum filium eius vnicũ dñm nostrũ.Deinde iohes Qui conceptus est de spũsancto: natus ex maria virgine.Deinde Jacobus maior.passus sub pontio pilato:crucifixus mortuuus ⁊ sepultus.Deinde Thomas.Descendit ad inferna.tertia die resurrexit a mortuis.Deinde Jacobus minor.Ascendit ad celos:sedet ad dextram dei patris omnipotentis.Deinde Philippus.Jnde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Deinde Bartholomeꝰ. Credo in spm̃sanctum. Deinde Mattheꝰ. sanctam ecclesiam catholicam.Et est sensus. Credo in spm̃sanctum sanctificantem vniuersalem ecclesiam.Deinde Symon chananeus.sanctoꝝ cõmunionem.remissionẽ peccatoꝝ.Et est sensus q̃ remissio peccatoꝝ fit in cõmunione viuoꝝ vel sacramentoꝝ.Deinde Judas thadeus.carnis resurrectionem. Et est sensus.credo q̃ deus resuscitabit carnem.Deinde Matthias.vitã eternã amẽ.

¶ Potest etiã sufficientia assignari ex parte cause materialis.s.ipsoꝝ articuloꝝ.Om̃s articuli sunt de deo:vel sm̃ naturã in qua cõsistit.vel sm̃ naturã quã assumpsit.Et sic quidam articuli spectant ad diuinitatem. qdam ad humanitatem.Qui ad diuinitatem : aut respiciunt diuinã naturam in se:⁊ sic est primus de singularitate:cũ dicit.Credo in deũ ⁊ nõ in deos.Aut respiciunt diuine essentie tres personas.⁊ sic respectu patris est.credo in patrem omnipotentẽ.Respectu filij ẽ.credo in iesum christũ filiũ eius vnicũ dominuz nostrũ.Respectu spũssancti est.Credo i spiritũsanctũ.Aut respiciũt diuine essentie operationes.quaꝝ in vna est in collatione nature.⁊ hec est creatio habẽs suũ articulũ. Credo in creatorem celi.⁊ terre.Alia est in collatione gratie:⁊ hec est sanctificatio habẽs suũ articulũ.Sanctã ecclesiã catholicã:sanctoruz cõmunionem.remissionẽ peccatoꝝ.Et ẽ sensus.Credo q̃ remissio pctõꝝ fiat in ecclesia chatolica.vbi est cõmunio sanctoꝝ masculine.vel sanctoꝝ neutraliter.i.sacramentoruz. Alia est in collatione glorie:⁊ hec est gloriosa resuscitatio habens suũ articulum.Carnis resurrectionem:⁊ vitam eternã amẽ.Septẽ sunt ergo articuli respectu diuinitatꝭ accepti. Accipiuntur etiam septem respectu humanitatis christi.iuxta septem actus principales. quos ad reparationẽ nostrã dominus deus ordinauit.Primus fuit incarnari.habẽs suũ articulũ.qui conceptus est de spũsancto. Secundus fuit nasci.habẽs suũ articulũ. Natꝰ ex maria virgine.Tertius fuit preciũ ꝓ nobis soluere:habens suũ articulum.Passus sub põtio pilato crucifixꝰ mortuꝰ ⁊ sepultus. Quartus fuit inferos visitare:habens suũ articulũ.Descendit ad inferna.Quintꝰ fuit infernũ spoliare:habens suũ articulũ. tertia die resurrexit a mortuis.Sextus fuit celestia transcendere:habens suũ articulũ.Ascendit ad celos:sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.Septimus erit venire ad iudiciũ: habens suũ articulũ.Jnde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos.Et sic sunt septem articuli respectu humanitatis christi. Diffinitur aũt a Richardo articulus sic.Articulus est indiuisibilis veritas de deo artans nos ad credendũ.Ab Jsido.vero sic.Articulus est perceptio veritatis diuine tendens in ipam.Prima diffinitio non tm̃ conuenit articulo formato:sed etiã informi.

¶ De spe. Sectio xxxix.

s Equit videre de spe.Circa quam possumꝰ considerare quattuor. scilicet diffinitiõem.equocationem. actꝰ excellentiã:⁊ cũ fide differẽtiã.Spes inq̃ñtũ est nomẽ affectõis diffinitur a philosodho. Spes est suspitio futuri boni. Jnquantũ est nomen virtutis tribus diffinitionibꝰ notificat.Prima est hec.Spes est virtꝰ qua spi-

ritualia et eterna bona sperant. i. cum fiducia expectant. Ista spiritualia bona possunt intelligi: venia peccatorum. gratia meritorum. et gloria premiorum. vt dicatur quedam spes venie: quedam gratie. quedam glorie. Secunda hec est. Spes est certa expectatio future beatitudinis: veniens ex dei gratia et meritis precedentibus. Tertia est Augustini hec. Spes est virtus qua quis se ad illud quod credit peruenturum presumit. ¶ Accipitur autem multiformiter nomen spei. Aliquando. n. nominat affectionem: secundum quod dicit Boetius. Gaudia pelle: pelle timorem. spemque fugato Nec dolor assit. Aliquando nominat habitum virtutis: et tunc spes non habet ortum ex meritis. sed ex ea merita oriuntur. Aliquando nominat virtutis actum: et tunc spes oritur ex intuitu meritorum. Nemo enim recte se sperat ad beatitudinem peruenturum nisi qui deo seruit vel seruire proponit. Aliquando nominat virtutis statum. et tunc spes ex meritis concomitantibus habet ortum. iuxta illud Ro. v. Probatio operatur spem. i. certitudinem: secundum glosam. ad quam certitudinem per bona opera. et maxime per aduersorum tolerantiam peruenitur. Aliquando nominat virtutis terminum siue obiectum. i. rem speratam. s. beatitudinem sempiternam. Et tunc spes ex gratia et meritis precedentibus habet ortum. Et sic spes virtus secundum primam acceptionem sui precedit merita sed vltimam sequitur. secundum duas intermedias sequitur et precedit. ¶ Habet autem spes excellentiam in actu suo. Nam habens potentiam irascibilem pro subiecto: virtutum habitus presupponit. quibus supereminet vt regina. Habet enim irascibilis detestari mala culpe: tolerare mala pene. aggredi terribilia. erigi ad ardua. Ad detestationem culpe aliene requirit iram per zelum. Ad detestationem culpe proprie requirit penitentiam. Ad perpessionem malorum pene requirit patientiam. Ad aggressionem terribilium habet fortitudinem: et tunc ad expectationem eterne beatitudinis per spem erigitur a deo liberaliter repromisse. ¶ Assignatur autem inter fidem et spem differentia per hunc modum. Nam fides est bonarum rerum et malarum. Spes est tantum bonarum. Est etiam fides rerum preteritarum: presentium et futurarum. Spes tantum futurarum. Item fides est rerum propriarum et alienarum. Spes est solummodo propriarum.

¶ De charitate. Sectio xl.

Sequitur videre de charitate. Circa quam debeo considerare diffinitionem: distinctionem: perfectionem: diligibilium sufficientiam: et ordinis exigentiam. ¶ Charitas tripliciter diffinitur. Nam comparata ad obiectum diffinitur in sententijs a magistro. Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se: et proximus propter deum. Comparata ad actum proprium qui est viuere et adherere: diffinitur ab augustino sic. Charitas est rectissima animi affectio coniungens nos deo. Vel. Charitas est virtus qua deum videmus eo quod frui desideramus. Vel. Charitas est vita copulans amantem cum amato. Comparata ad habitum sibi iniunctum diffinitur ab apostolo. i. Thimo. i. Charitas est finis precepti: de corde puro et conscientia bona: et fide non ficta. ¶ Distinguitur enim inter amorem: dilectionem et charitatem. Nam amor competit rationalibus et irrationalibus creaturis. Dilectio vero et charitas tantum rationalibus dicitur conuenire. Item inter dilectionem et charitatem differentia inuenitur. Nam dilectio quasi de diuersis electio: rationabilibus conuenit siue iustis siue iniustis. Charitas vero solum est iustorum. ¶ Est autem in charitate pre ceteris virtutibus perfectio et dignitas specialis. Nam cum sit forma virtutum non potest esse informis: triplici ratione. Una ex parte obiecti. Idem enim habet pro obiecto et pro fine. Inseparabilis enim est a fine: ratione cuius est perfectio: quantum ad meritum in virtute. Alia ex parte subiecti. Ipsa enim est regula rectificans voluntatem. qua rectificata tota anima recte viuit. Tertia est ex parte cause. habet enim similitudinem cum spiritusancto: a quo est. qui etiam charitas dicitur siue amor: a quo inseparabilis est et ideo esse informis omnino non potest. ¶ Quattuor autem sunt ex charitate diligenda secundum August. Unum quod est supra nos. s. deus

Alterū qđ nos sumus. Tertiū qđ iuxta nos
scʒ ꝓximus. Quartū qđ infra nos est.s.hu-
manū corpus. Horꝝ quattuor sufficientia sic
accipit. Ex charitate diligere est summū bo
num optare dilecto. Qui ergo ex charitate
diligit: aut optat summū bonū ipsi deo: ⁊ sic
est primū mēbꝝ. aut sibiipsi. ⁊ sic est secūdū
membꝝ. aut sibi simili: ⁊ sic est tertiū. aut si-
bi inherenti: ⁊ sic est quartū. Est aūt deus di
ligendus primo sup omnia ꝓpter se. nos se-
cundo ꝓ deo ⁊ sub deo: ꝓximus noster ter-
tio sicut nos ⁊ ex quo nos. q: affectu ⁊ effe-
ctu. ad qđ nos. q: ad grām in presenti ⁊ ad
gloriā in futuro: in quo nos: q: in bono: pro-
pter qđ nos: q: ꝓpter deū. Quarto corpus
nostrū infra nos ⁊ ꝓximū tanq̄ʒ bonū minꝰ
precipuū. Ad hec aūt exequenda dat nobis
vnius charitatꝭ habitꝰ. ⁊ duplex mādatū: in
quo pēdet vniuersitas noui ⁊ veteris testa-
mēti. Assignat aūt Ambrosiꝰ ꝑter supdictū
aliū ordinē diligēdi. vt primo deū. scđo nos-
metipos. tertio parētes. deinde filios ⁊ frēs:
postea domesticos. demū inimicos diligamꝰ.

¶ De prudentia. Sectio xli.

s Equitur videre de virtutibus cardi-
nalibus: ⁊ primo de prudentia. Cir-
ca quā tria sunt breuiter vidēda. scʒ
diffinitio. specierꝝ collectio: ⁊ actuū variatio.
¶ Prudentia diffinit siue describit ab Au
gustino in libro de moribus ecclesie. Prudē
tia est amor ea quibꝰ adiuuat in deū ab his
quibus impedit sagaciter discernēs. A gre
gorio sic. Prudētia est cognitio vitandaruʒ
rerū ⁊ appetendarꝝ. A Tullio in rhetoricis
sic. Prudentia est rerū bonarum ⁊ malaruʒ
⁊ vtrarūqʒ scientia. Ab eodem de officijs.
Prudentia est cognitio imitandarꝝ fugien-
darūqʒ scientia rerū. Ab eodem in libro de
requie mentis sic. Prudētia est rerū bona-
rū ⁊ malarꝝ cum alterarꝝ dilectōe ⁊ reliqua-
rum detestatōe scientia. ¶ Partes siue spe
cies prudentie ſm Tulliū in rhetoricis sunt
tres. s. memoria: intelligentia: ⁊ prouidentia.
Memoria est ꝑ quā animus aspicit ea q̄ fu
erūt. Intelligentia est ꝑ quā perspicit ea que
sunt. Prouidentia est per quā futurū aliqd
videt anteq̄ʒ factū sit. Seneca videtur ꝯcor
dare tullio in his tribus dicēs. Si prudens
es animus tuus tribus tpibus dispensetur.
Prudentia ordina: futura ꝓuide: ⁊ preterita
recordare. Scđm dogma philosophorꝝ: pru
dentia diuidit in quattuor species. s. ꝓuiden
tiā. circūspectōem: cautionē: ⁊ docilitatem.
Prouidentia est presens notio futurorꝝ per
tractans euentū. Circūspectio est ꝯtrarioruʒ
viciorꝝ cautela. Cautio est discernere a v̊tu-
tibus vicia: virtutū speciē preferentia. Doci
litas est prudētia erudiendi iperitos. ¶ Se
cundū Augustinū in libro de spū ⁊ aīa. habʒ
prudentia plēs actus. Nā prudentia scit qd
debeat facere. prudentia est scire qd possit.
prudentia est in eligendis. prudētia est nihil
penitendū appetere: ⁊ nihil preter iustū vel-
le facere. Scđm Macrobiū. prudentia est
mundū istum ⁊ oīa que in mūdo sunt diui-
norꝝ ꝯtemplatōe despicere. ⁊ oēm animi co
gitatōem in sola diuina dirigere. Prudentia
est ad rōnis normam que cogitat queqʒ agit
vniuersa dirigere: ⁊ nihil preter rectuʒ velle
facere: humanisqʒ actibus tanq̄ʒ rōnis arbi
trio ꝓuidere. Prudētie insunt rō: intellectꝰ:
circūspectio: prouidentia: docilitas: agnitio.
Item prudentia in homine iam purgato est
diuina nō quasi in electione ꝑferre: sed sola
nosse. Officiū etiā prudentie est ex preteritꝭ
⁊ presentibus futura per pendere. Vn̄ dicit
Boetius in libro de ꝯsolatōe phie. Nō qđ
ante oculos est situ sufficit intueri. rerꝝ exitus
prudentia metit. Circūspectōis officium est
per diligentē ꝯsideratōem inter cōtraria vi
cia mediū tenere.

¶ De tempantia. Sectio xlij.

s Equitur videre de tempantia q̄ʒtum
ad tria. s. quantū ad diffinitionem.
spērꝝ assignatōem. ⁊ actuū variatio
nem. Tempantia describitur a Tullio in pri
ma rhetorica. Tpantia est rōnis in libidineʒ
atqʒ in alios nō rectos impetus animi firma

⁊ moderata dominatio. Item ab eodem in libro de officijs. Tyrannia est dominiũ rõnis in libidinem: ⁊ in motus alios importunos. Ab Augustino in libro de moribus ecclesie Temperantia est amor deo sese integrum in corruptũq3 conseruans. A Macrobio. Tẽperantia est nihil appetere penitendum: in nullo legem moderationis excedere sub iugo rationis cupiditatem domare. Ab August. in libro de libero arbitrio. Temperantia est affectio coercens ⁊ cohibens appetitũ ab his rebus que turpiter appetuntur. ¶ Partes temperantie ẜm Tulliũ in prima rhetorica sunt tres: sc3 continentia. clemẽtia: ⁊ modestia. Continentia est per quã cupiditas consilij gubernatione regitur. Clementia est virtus per quã anim⁹ in odium alicuius temere concitatus benignitate remittitur. Hec ẜm Tulliũ. Scd̃m Senecã vero. Clementia est temperãtia animi in potestate vlciscendi. vel superioris lenitas aduersus inferiorẽ in penis constituendis. Modestia ẜm Tulliũ est per quã pudor honestatis puram ⁊ stabilem cõparat auctoritatẽ. Auctoritas i hac descriptione stabilis appellatur grauitas perseuerans. Scd̃m dogma philosophorũ: partes temperantie sunt que sedis motibus dñantur. que sunt: modestia: verecundia: abstinentia: castitas: honestas: moderantia: parcitas: sobrietas: pudicicia. Modestia ẽ que facit cultum ⁊ motum ⁊ omnẽ nostram occupationem vltra defectum ⁊ citra excessũ3 sistere. Verecundia est in gestu ⁊ verbo honestatem seruare. Abstinentia ⁊ honestas: moderantia ⁊ parcitas ⁊ sobrietas edulij cohibent nutrimenta. Abstinentia est statutum terminũ prandendi non preuenire. Honestas est nec lautiores cibos q̃rere: nec in apparatu operam dare. Moderantia est nimium ciborum appetitũ rationis imperio reuocare. Parcitas est mensurã refectionis non excedere. Sobrietas est excessum in potu cohibere. Huius officium est arcere mala ebrietatis. Castitas est abstinentia ab omni coitu illicito. que est triplex. scilicet coniugalis: vidualis: virginalis. Virginitas est ẜm Augustinum in carne corruptibili perpetue incorruptionis meditatio. Pudicicia est moderamine rationis petulantiã domare. ¶ Actus temperantie ẜm Augustinũ sunt contra prospera nõ presumere qd̃ nõ possit exerceri in vtendis. terrenas cupiditates non tñ reprimere: sed penitus obliuisci. Scd̃m Macrobium: temperantia est oĩa relinquere inq̃ztũ natura patitur que corporis vsus requirit.

¶ De fortitudine. Sectio xliij.

Sequitur videre de fortitudine quantum ad diffinitiõem: specierũ assignatiõem: ⁊ actuũ variationem. Fortitudo sic describitur a Tullio in prima rhetorica. Fortitudo est ꝯsiderata periculorũ susceptio: ⁊ laborum ꝑpessio. Item ab eodem in scd̃a rhetorica. Fortitudo est magnarũ rerũ appetitio ⁊ humilium contemptio: ⁊ cum ratione vtilitatis laborũ ꝑpessio. Item ab eodẽ Fortitudo est rõnalis aggressio terribilium cũ constanti eorũ ꝑpessione. Scd̃m Aristotelem. Fortitudo est virtus difficilimorum: in passionibus operatiua gratia boni. Aug⁹ d̃ moribus ecclesie. Fortitudo est amor facile omnia tolerans ꝑpter id quod amatur. Fortitudo etiam aliter describitur. Fortitudo est firmitas animi contra molestias seculi. Et sumitur de Matth. xv. Erant quattuor milia ⁊c. ¶ Partes fortitudinis siue species ẜm Tullium sunt quattuor. scilicet magnificentia: fidentia: patĩtia: ⁊ perseuerantia. Macrobius septẽ ponit partes fortitudinis. s. magnanimitatem: fiduciã: securitatem: magnificentiam: ꝯstantiã: patiẽtiã: firmitatẽ. Scd̃m dogma aliquorũ. Fortitudo est virtus restringẽs ĩpetus aduersitatũ. Hui⁹ ꝑtes sunt q̃cũq3 hec efficiunt: q̃ sunt: magnanimitas: fiducia: securitas. magnificẽtia: ꝯstantia: patiẽtia. fidẽtia: ⁊ ꝑseuerãtia. Magnanimitas ẽ difficiliũ spõtanea ⁊ rõnalis aggressio. Fiducia est certa spes animi ꝑducendi ad finẽ rẽ inchoatam. Securitas est habitus ẜm quẽ immi-

nentes incōmoditates: ꝛ rei inchoate affines non formidantur. Magnificentia ſm tullium eſt rerum magnarū ꝛ excelſaꝝ cum animi ampla quadā ꝛ ſplendidiſſima ꝑpoſitione cogitatio atqꝫ adminiſtratio. Scōm macrobiū. magnificentia eſt difficilium ꝛ ꝑclarorum cōſummatio. Conſtātia eſt ſtabilitas animi firma: ꝛ in propoſito perſeuerās. Patientia eſt virtus contumeliaꝝ ꝛ oīs aduerſitatis equanimiter mala portans. Item aliter Patientia eſt equanimis malorum illatorū tolerantia. Grego. Vera patientia eſt aliena mala equanimiter perpeti. ꝛ contra euꝫ qui mala irrogat nullo animi dolore moueri. Itē aliter diffinitur. Patientia eſt omnium paſſionum moleſtarum aliunde illatarū victoriosa perpeſſio. Fidentia eſt virtus p quā magnis ꝛ honeſtis in rebus multū ipſe animus ſe in fiducia collocauit. Perſeuerantia ſm Tullium eſt ratione bene cōſiderata ſtabilis ꝛ perpetua permāſio. Magiſtraliter ſic deſcribiꝶ. Perſeuerantia eſt permanētia in bono diuturna ſiue finalis. Nota ꝙ conſtantia eſt permanentia in propoſito. Perſeuerantia eſt permanentia in bono: ſiue continuatio boni. Conſtantia cauet leuem tranſitū a propoſito in propoſitū. Perſeuerantia vero diſcontinuationem vel imperfectionem reſpectu debiti finis. ¶ Scōm Auguſtinū: actus fortitudinis eſt contra aduerſa facere quod poſſit: cōſtans in tolerandis nihil niſi turpia timere: ꝛ quicquid agimus vel cogitamꝰ ad rationis normam dirigere.

¶ De iuſticia. Sectio xliiij.

Sequitur videre de iuſticia quantuꝫ ad diffinitionem: ſpecierum aſſignationem: ꝛ actionuꝫ progreſſionem. ¶ Iuſticia diffiniꝶ ſic a Tullio in.i. rhetorica. Iuſticia eſt habitus animi cōmuni vtilitate ſeruata: ſuam vnicuiqꝫ tribuens dignitatem. Macrobius. Iuſticia eſt vnicuiqꝫ ſeruare quod ſuū eſt Aug. in libro de libero arbitrio. Iuſticiam quid dicam eſſe: niſi virtutem. qua ſua cuiqꝫ tribuunꝶ. Sup Matth. v. Beati qui eſuriunt ꝛ ſitiūt iuſticiā. Iuſticia eſt ſua cuiqꝫ tribuere ſibi proximo ꝛ deo Seneca. Quid eſt iuſticia niſi nature tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta. Idem. Iuſticia diuina lex eſt ꝛ vinculum ſocietatis humāe. Iſido. Iuſticia eſt ordo ꝛ equitas qua homo cum vnaquaqꝫ re bene ordinaꝶ. Anſelmus. Iuſticia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata. ꝑpter ſe rectitudinē ſcꝫ. Item aliter diffiniꝶ ſic. Iuſticia eſt virtus conſeruatrix humane ſocietatis: ꝛ vite communitatis. Aug. de moribus eccleſie. Iuſticia eſt amor ſoli amato ſeruiens: ꝛ propterea recte dominans ceteris que homini ſubiecta ſunt. A magiſtris ſic. Iuſticia eſt cōſtās ꝛ perpetua voluntas: ius ſuum vnicuiqꝫ tribuens. ¶ Iuſticia ſm quoſdam diuidiꝶ in ſeueritatem ꝛ liberalitatē. Seueritas eſt vtꝰ debito ſupplicio coercens iniuriam. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix. que pro affectu benignitas: pro effectu beneficentia nominatur. Et conſiſtit hec virtus tota in tribuendo. Benignitatem vero diuidūt in ſeptem partes. ſ. religionem: pietatem: innocētiam: amicitiam: reuerentiam: cōcordiā: miſericordiam. Alij diuidunt in inocentiā: amicitiā: concordiam: pietatem: religionē: affectuꝫ: ꝛ humanitatem. Scōm Tulliū in.i. rhetorica. Ad iuſticiam pertinet religio: pietas: gratia: vindicabo: obſeruantia: ꝛ veritas: addo pronunc diſciplinam ꝛ obedientiaꝫ. Religio eſt virtus que ſuperioris cuiuſdā nature quā diuinam vocant curaꝫ cerimoniamqꝫ affert. Hec grece dicitur latria: que ſic deſcribitur Latria eſt cultus deo debitus ꝛ exhibitus. Vel. Latria eſt voluntas impendendi deo cultum debitū. Impendiꝶ autem cultꝰ debitus deo. corde p fidem: ſpem ꝛ charitatē. ore per adorationē: laudationem: benedictioneꝫ: ꝛ gratiarū actionē. ope p oblationē: thurificationem: ꝛ geniculationē. Huiꝰ primū officium eſt perpetrati ſceleris penitere. Scōm eſt: temporaliū mutabilitatē paruipendere. Tertium: vitā noſtrā ex toto deo cōmittere.

Quartum veritatē seruare. Nota tñ q̄ du lia aliq̄n idem est q̄d latria. Stricte tamen ⁊ proprie accipit̃ pro reuerētia sanctis siue ꝑsonis sublimib⁹ exhibenda. que sic describit̃ Dulia est seruitus vel cultus creature debitus ⁊ exhibitus. Et videt̃ idē esse cū reuerētia posita in prima diuisione iusticie. que sic describit̃. Reuerentia est virt⁹ ꝑsonis grauibus vel aliqua prelatione sublimatis debite honorificationis cultū exhibens. Deo autē debet̃ latria. sanctis dulia. beate virgini marie hyperdulia. Pietas est virt⁹ per quā sanguine coniunctis: patrieq̄ beniuolis officiū ⁊ diligens tribuit̃ cultus. Gratia est virtus ī qua amicitiarum ⁊ beneficiorum alteri⁹ memoria ⁊ remunerandi voluntas continetur. Uindicatio est virtus per quam vis aut iniuria. ⁊ omnino omne q̄d obfuturū est defendendo aut vlciscendo propulsatur. Obseruātia est virtus per quam homines in aliq̄ dignitate cultu quodam ⁊ honore dignantur. Ueritas est virtus per quā immutata ea q̄ sunt: aut que ante fuerunt: aut futura sunt dicuntur. Innocentia est puritas animi iniurie omnem illationem abhorrens. Hac virtute dij placantur. Amicitia est voluntas bona erga aliquem causa illi⁹ qui diligitur: cū ei⁹ pari intentione a quo diligitur. Huius primū officiū est idem velle ⁊ idem nolle: alterum secreto admonē ⁊ palam laudare. Concordia est virtus conciues ⁊ cōpatriotas in eodem iure ⁊ cohabitatione spōtanee metiēs. Misericordia est virtus per quam animus super calamitate afflictorum mouetur. Hec virtus nihil humanū a se alienū putat. aliorū damna vel cōmoda sua estimat. Disciplina ꝫm Ciprianum est morum ordinata correctio: ⁊ maiorum precedentiū patrū regularis obseruatio. Scd̄m Hugonem de sctō victore. Disciplina est conuersatio bona ⁊ honesta. cui parum est nō malū facere: sed studet in his que bene agit̃ per cuncta irreprehensibilis apparere. Idem. Disciplina est omniū membrorū motus ordinat⁹: ⁊ dispositio decens in omni habitu ⁊ actione. Bernar. Disciplina ceruicem submittit: deponit supercilia. vultum componit. ligat oculos. cachinos cohibet. moderatur linguam. gulam frenat. iram sedat. format incessum. Obedientia sic describitur. Obedientia est voluntas faciendi preceptum vel mandatum superiorū. Itē sic. Obedientia est obtēperatio ꝫm regulam sacre scripture maioribus quibuscunq̄ debita. Uel sic. Obedientia est spontaneū ⁊ rationabile proprie voluntatꝭ sacrificiū. Uel sic. Obedientia est pio studio proprie volūtatis abnegatio. Augustin⁹. Citius exaudit̃ vna obedientis oratio: q̄z decem milia cōtemptoris. Equitas est amor equalitatis in his in q̄bus debet esse equalitas. ¶ De iusticia dicitur Prosper. Iusticia est quedā animi nobilitas suam cuiq̄ tribuens dignitatem: superioribus reuerentiam: paribus concordiā: inferioribus disciplinā: deo obedientiā. sibi ipsi sanctimoniam: inimico patientiā: ⁊ misero compassionem. ¶ Scd̄m Augustinum Actus iusticie est scire quid debeat reddere: non velle plusq̄z possit distribuere. omnem animi cogitationem ad solum deū dirigere ⁊ erigere. eūq̄ tanq̄z nihil aliud sit sola mētis acie intueri. Secundū alios autem est etiam actus iusticie ad vnam consentire viam vniuscuiusq̄ virtutis obsequiū seruare. vnicuiq̄ quod suum est reddere. Item cum superna ⁊ diuina mente sociari. vt seruet cum ea perpetuum fedus imitando.

¶ De septem donis spiritussancti.

Sectio xlv.

Septem sunt dona spūssancti. q̄ enumerat Isaias. xi. s. donum sapientie ⁊ intellectus: donum ꝯsilij ⁊ fortitudinis. donum scientie ⁊ pietatis: ⁊ donum timoris dñi. Habemus autem videre de donis diuinis que spirituissancto attribuuntur tria. s. specialem sufficientiam: singularē consistentiā: ⁊ generalem differentiam. ¶ Specialis sufficientia habituū predictorū sic accipitur. Dona spūssancti specialiter sūt vl ꝑn

cipaliter ad expiendas potentias anime in agendo. Habemus autem expediri q̄ztū ad declinationem mali. ⁊ sic est donum timoris. Item quantū ad operationē boni. ⁊ hoc dupliciter. Nam aut est bonum necessitatis ad quod expedimur per donum pietatis. cuius regimen directiuū est donum sciētie. Aut est bonum supererogatōis. ad quod expedimur per donū fortitudinis. cuius regimen est donum consilij. ℭ Ad maiorem hoꝝ donoꝝ euidentiam attendenda est cōsistentia actuū singulorum. Nota ergo primo ꝙ sapientia cōmuniter accepta dicit cognitionem generalem rerum diuinaꝝ ⁊ humanarū ꝫm Augustinum ⁊ phm: qui dicit ꝙ sapiens est qui omnia nouit. Minus communiter dicit cognitionem reruꝫ eternarū. i. Chorin. xij. Alij datur sermo sapientie. idest cognitio eternorum. Proprie dicit cognitionem qua colitur deus fide: spe: ⁊ charitate. Job. xv. Pietas ipsa est sapientia. Magis proprie nominat cognitionem dei experimentalē: ⁊ sic ē vnuꝫ de septem donis spūssancti. cuius actus consistit in degustando suauitatem dei. Qui quidem actus partim est cognitiu⁹. partim affectiuus. ita ꝙ in cognitione incohaē: ⁊ in affectione consummaē. Item habem⁹ quiescere in optimo per intelligentiā virtutis: ⁊ sic est donum intellectus. ⁊ per affectionem bonitatis. ⁊ sic est donum sapientie. ℭ Scientia etiam dicitur tribus modis. Quedā enī est scientia consistēs in intellectu pure speculatiuo: fundata super principia ratiōis. vt est scientia acquisita siue humana philosophia. Quedam est consistens in intellectu inclinato ab affectu: fundata super principia iuris naturalis: ordinans ad rectam ⁊ honestaꝫ vitam: vt est scientia prudentie virtutis. Quedam est consistens in intellectu inclinato a fide. ⁊ inclinante ad operationem bonā. fundata super principia fidei: habens ortum a donis spiritualis gratie: vt est donum scientie. cuius actus precipu⁹ est dirigere in agendis: ꝫm exigentiam regule fidei ⁊ imitationē christi. ℭ De dono intellectus tenē ꝙ eius actus consistit in contemplatione non solum creatricis essentie. verūetiam in contemplatione spiritualis creature. Habeē quidem cognitio de deo sub ratione veri tripliciter. s. p simplicem assensum. ⁊ sic est fides faciēs assentire. per rationis adminiculū: ⁊ sic est intellectus donum: cui⁹ est credita per rationē intelligere. per simplicē contuitū: ⁊ sic ē mūdicia cordis: cuius est videre deum. Etenim ad intelligendum credita nō adiuuaē homo per rationes sumptas a conditōibus. ℭ De dono consilij tenē: ꝙ consiliū aliqñ dicit actum consiliandi. aliqñ dicit illud ad q̄d terminaē ille actus. aliquādo dicit habitū qui expedit ⁊ dirigit animā ad eligendum prosequenda: ⁊ vitandū fugienda. Habitus autem dirigēs si sit respectu eligibilium que sunt necessitatis est prudentie: que dirigit ad talia: licet minus excellenter q̄ꝫ scientia que est donum. Si autem eligibilia sint arduitatis ⁊ difficultatis: est donum consilij. Potest quippe hō dirigi in electione. vel ꝫm regulam iuris naturalis: ⁊ sic est prudentia. vel ꝫm regulā iuris diuini: ⁊ sic est donum consilij. cui⁹ est dirigere in electionem prosequendoꝝ ⁊ fugaꝫ vitandorū. ℭ De dono fortitudinis est tenēdum ꝙ eius actus consistit in sustinētia passionum: ⁊ aggressione arduorū. Aggredi autem ardua siue ppeti passiones potest homo dupliciter. vel propter iusticie ⁊ honestatis conseruationem. ⁊ sic respicit virtutē fortitudinis. vel propter christi perfectam imitationem. ⁊ sic respicit donum fortitudinis. Primum est de dictamine iuris naturalis. Secūdum de dictamine iuris diuini. Actus ergo doni fortitudinis attendiē penes promptam ⁊ expeditam tolerātiam passionū. ℭ De dono pietatis tenē ꝙ pietas attenditur erga deum: ⁊ est idem q̄d latria. erga parentes: ⁊ est pars iusticie ꝫm regulam iuris naturalis: ⁊ ꝫm obligationem necessitatis. Attenditur etiam erga proximum dei imagine insignitū: ⁊ sic est spiritussancti donum. Sed nota ꝙ mi-

sericordie virt⁹ attendit in ꝓximo ꝯformitatem in natura: ⁊ necessitaté in miseria: preuio dictamine iuris naturalis ſm regulam prudentie. Pietas vero attendit in proximo diuinam imaginé preuio dictamine iuris diuini ſm regulam doni scientie. Ex dono ergo pietatis est homo beniuolus cuilibet creature: dei imagine insignite. Talis autem beniuolentia pro loco ⁊ tempore exit aliquando in compassionis affectum: aliquando in operis beneficium. Actus ergo pietatis precipuus est facere hominem beniuolum respectu cuiuslibet proximi inquátum gerit imaginẽ creatoris. ℂ De dono timoris tene ꝙ eius actus generalis est resilire ab arduo. Et potest diffiniri cómuniter omnis timor sic. Timor est resilitio ab aliquo arduo vel excellẽte: Si autem illud arduum est in genere boni: tunc est resilitio cum reuerentia. Si autẽ in genere mali tunc est resilitio cum fuga. Damascenus dicit timorem esse expectatoré futuri mali. Augustinus diffiniens timorem dicit. Timor est fuga animi ne amittat id qđ habet. Timoris donum tria intuetur.s.pené vt eam fugiat: ⁊ sic est timor seruilis. Offensam vt eam caueat: ⁊ sic est timor initialis qui vnum habet oculum ad penam: ⁊ vnum ad offensam. Maiestatem summam: vt ei reuerenter subiaceat: ⁊ sic est timor filialis. cui duplex respectus est vnus in refugiendo offensam ne separetur a deo. Alius est principalior in reuerendo deum: ⁊ iste ꝑmanet i beatis. ℂ Distinguunt autem sex timoris differentie ſm ꝙ a triplici principio habet ortum. Habet enim ortum a natura. ⁊ sic est timor naturalis. a libidine siue concupiscentia. ⁊ hoc vel ex nimio amore sui. ⁊ sic est timor humanus. vel ex nimio amore suorum. ⁊ sic est timor mundanus. A gratia: ⁊ hoc vel a gratia gratis data. ⁊ sic é timor seruilis. vel a gratia gratum faciente ſm incohata. ⁊ sic est timor initialis. aut a gratia perfecta: ⁊ sic est timor filialis. ⁊ iste dicitur amicabilis vl' amicalis: quia timet voluntatum dissensionem.

Castus: quia timet sponsi complexus separationem. Filialis: q: timet patris indignationé. Sanctus: q: timet in omnibus inquinationé. ℂ De spiritussancti donis nota differentiá generalem. Nam quoddam donum est a spiritusancto: ⁊ nunꝗ̃ cum spiritusancto: sic est timor seruilis: in quo viget voluntas peccandi si impunitas speraretur. Quoddam a spiritusancto: ⁊ nunꝗ̃ sine spiritusancto: ⁊ sic é donum charitatis: ⁊ gratie gratum facientis. Quoddam est a spiritusancto: ⁊ potest esse cum spiritusancto. ⁊ sine spiritusancto: vt est donum scientie ⁊ donum prophetie. ⁊ cetere gratie gratis date.

ℂ De beatitudinibus: ⁊ vita actiua: cũ operibus misericordie: ⁊ de vita contemplatiua cum oratione: ⁊ de duodecim fructib⁹ ⁊ qnq; sensibus. Sectio xlvi.

Septem sunt beatitudines quas enumerat saluator in sermone in monte. s. paupertas spiritus. mititas. luctus. esuries iusticie. affect⁹ misericordie. mũdicia cordis: ⁊ pax. Circa beatitudines habemus videre numerum: sufficientiam: vite duplicis excellentiam: vsus duplicis consequẽtiam. ℂ Sunt autem beatitudines numero septem. quarum ratio ⁊ sufficientia sic accipitur. Beatitudines sunt ad potentias anime perficiendas. Ad itegrá aũt perfectioné tria precipua requiruntur. s. perfectus recessus a malo. perfectus profect⁹ in bono. ⁊ perfect⁹ status in optimo. Malum aũt procedit aut a tumore superbie: a quo elongamur p paupertatem spiritus: aut ex rancore malicie a quo elongamur per mititatẽ. aut ex languore cõcupiscẽtie. a quo elongamur per luctũ. Perfectus aũt profectus vel ꝓcessus in bono est ſm imitationem diuinam. Uniuerse autem vie dñi sunt misericordia ⁊ veritas: que pro iusticia ponit. Deum iustũ per esuriẽ iusticie imitamur. deo misericordi per affectum misericordie conformamur. Perfectus stat⁹ in optimo est per limpidam cognitioné i vero: ⁊ sic est mundicia cordis ad videndum

deum.⁊ per tranquillã affectionẽ in bono:⁊ sic est pax mentis ad fruendũ deo. ¶ Habitus virtutum disponunt ad exercitium vite actiue. Habitus donorũ ad ocium vite contemplatiue. Habitus beatitudinũ ad perfectionem faciunt vtriusqz. De his duab⁹ vitis signatis per Lyã ⁊ Rachel.per Petrũ ⁊ Johannẽ.per Martham ⁊ Mariã dicit Beda. Actiua panẽ corporalẽ esuriẽti vl' panem doctrine ignoranti porrigit.errantez corrigit superbum ad humiliantem reuocat. que singulis expediunt dispensat. Contemplatiua charitatem dei ⁊ proximi retinet.sed ab exteriori operatione quiescit.soli conditoris desiderio inheret.⁊ calcatis omnibus curis ad videndum faciez creatoris inardescit. ⁊ desiderat misceri supernis ciuibus de eterna domini in corruptione gaudentibus. Est autem triplex proprietas in vtraqz:ꝺm quas mutuo se excedunt. Prima proprietas actiue est diligentia vtilitatis ⁊ necessitatis publice respectu rõnalis. Secunda est charitas erga proximum cũ compassione respectu concupiscibilis. Tertia est fecunditas bonorum operum in agendo cũ perfectione patientie respectu irascibilis. In his contemplatiua excedit ab actiua. Prima proprietas contẽplatiue est contuitus pulcritudinis sũme maiestatis cum delectatione respectu rational'. Secunda est quies cum securitate respectu irascibilis. Tertia est mundicia cordis cum bonitate respectu concupiscibilis. In his cõtemplatiua excedit actiuam. Ad actiuam ptinent opera misericordie.tam corporalia q̃z ⁊ spiritualia. Corporalia sunt septem hoc vsiculo comprehensa. Unde versus. Uisito:poto:cibo:redimo:tego:colligo:cõdo. Quorum sufficientia sic accipit. Homo est substantia animata.per hoc tangitur vegetabilis:que indiget restauratione calidi ⁊ sicci.et hoc per cibum.⁊ frigidi ⁊ humidi:⁊ hoc p potum.sensibilis ⁊ huic est necessarium duplex operimentũ propter exteriora nociua. remotum:⁊ hoc est hospitium:propinquuz:⁊ hoc est vestimentũ.rationalis:⁊ sic est substantia libera nata habere libertatem a carcere vel ab infirmitate.⁊ sic est contra intrusionem in carcere vel in lecto visitatio. ⁊ a seruitute:⁊ contra hanc est redemptio.mortalis:⁊ sic inest ei mors:ꝓpter quã siue post quam indiget sepultura. Spiritualia quoqz sunt septem hoc versiculo comprehensa. Instrue:consule:castiga:solare:remitte:fer:ora. Quorꝫ sufficientia sic accipitur. Defect⁹ spiritualis in proximo si non potest releuari nisi per deum:tunc adhibenda est oratio. Si potest releuari per hominem:⁊ est cognitiue: vt ignorantia cognoscendorũ:tunc est instructio. Si est ignorantia agendorũ:tunc est consilium. Si vero est affectiue:aut est culpa cõmissa in te:⁊ sic est remissio.aut in alios:⁊ sic est correctio. Si est pena:aut est releuandus verbo:⁊ sic est consolatio.aut facto:⁊ sic est supportatio. Ad contemplatiuam pertinet oratio. Unde de contemplatiua videndum est quantum ad diffinitionem.gradunm distinctionem:⁊ contentam sub ea orationem. Contemplatio sic diffinitur. Contemplatio est verus certusqz intuitus de quacunqz re. A Richardo sic. Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientie spectacula cũ admiratione suspensa. Uel sic. Contemplatio est perspicax ⁊ liber animi intuitus in res perspiciendas vsquequaqz diffusus.

Bernardus ponit sex gradus contemplationis:qui sunt vacatio: intuitio: admiratio: dilectio:delectatio: anhelatio. Augustinus de quantitate anime ponit septem gradus siue actus. Primus dicitur animatio:secundus sensus.tertius ars.quartus virtus. quintus tranquillitas. sextus ingressio.septimus contemplatio. De oratione videndum est quantum ad diffinitionẽ in generali.⁊ quantum ad assignationem petitionum orationis dominice in speciali. Oratio sic describit' ab Augustino. Oratio est pius mentis affect⁹: in deũ directus. A Johanne damasceno sic. Oratio est ascensus intellectus in deũ. Idem

Oratio est expressio desiderij directi in deuz propter bonū adipiscendum vel malum remouendū: formata per verbuz interius ⁊ exterius. Et magistraliter sic. Oratio est ostensio voluntatis nostre ei a quo impetrare speramus id qd desideramus. Grego. Veraciter orare est in compunctione amaros gemitus ⁊ non composita verba resonare. Jam descendendum est ad orationem quā dominus composuit. in qua sub septenario petitionum comprehendit vniuersitas petendorū ⁊ quantum ad ea que spectant ad premium patrie: ⁊ quantum ad ea que spectant ad meritum vie. Que spectant ad premium patrie sunt intelligentia veritatis siue aperta visio veri. que petit ibi. sanctificetur nomen tuum idest noticia tui nois personis sanctis ⁊ mūdis donet. Reuerentia maiestatis siue secura tentio summi ardui que reges facit ⁊ per quam habetur regnuz: que petit ibi. adueniat regnum tuū. Concordia volūtatis siue pfecta fruitio summi boni: que petitur ibi. fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Que spectant ad meritū siue transitum vie: aut respiciunt collationem boni: aut amotionem mali. Collatio boni petit in pane quottidiano siue superstantiali: in quo petit quicquid necessarium est ad conseruationem vite pñtis: taz bm spiritum qz bm corpus. Amotio mali petitur in tribus sequentib[9]. Est autem malum triplex. Quoddam tenet rationē pteriti. qddam presentis: ⁊ quoddam futuri. Siue qddam est malum culpe siue transgressiōis. qddam est malum pugne siue tentationis. qddam est malum pene siue tribulationis. Primum petit amoueri in dimissione debitorū. secundū in victoria tentationum. tertium in liberatione ab oppressione aduersorū. Per fectionem beatitudinū ꝯsequit duplex vsus scz quinqz sensuū spiritualium: ⁊ duodecim fructus spiritus. Sensus spiritales sunt visus: auditus: gustus: odoratus: ⁊ tactus. Visu videtur sponsi christi summa pulcritudo sub ratione splendoris. Auditu auditur christi summa armonia sub ratione verbi. Gustu gustatur christi summa dulcedo sub ratione sapientie comprehendentis verbū ⁊ splēdorem. Odoratu odorat christi summa fragrantia sub ratione verbi inspirati in corde. Tactu astringitur ⁊ palpatur christi summa suauitas sub ratione verbi incarnati inter homines habitantis. Fructus vero spirit[9] sunt charitas: gaudiū: pax: patientia. longanimitas: bonitas: benignitas: fides: mansuetudo: modestia: continentia: castitas. Non sunt autem sensus neqz fructus per se habitus: sed fructus dicūt affectuales delectationes circa bonitatem sponsi degustandā. Sensus autez dicūt intellectuales perceptiones circa veritatem sponsi ꝯtemplandā. Que contēplatio fuit in prophetis per reuelationē quantū ad triplicem visionem. s. corporalē: imaginariaz siue spiritualem. ⁊ intellectualē. Jn alijs vero iustis reperitur per speculationem. q incipit a sensu ⁊ peruenit ad imaginationem. de imaginatione ad rationem. de ratione ad intellectum. de intellectu ad intelligentiam. de intelligentia ad sapientiam siue noticiam excessiuam. ⁊ sic assistit vero salomoni.

## ¶ De sacramentis in generali.

### Sectio xlvij.

i Am videnduz est de tertio bñficio iesu christi qd est sacramentalis medicina. De sacramentis ergo pmo videamus in generali. postea de singulis in speciali. Jn generali habemus videre de sacramentorū institutione: diffinitione: ordinatione: iteratōe: sufficientia: ⁊ pcellētia. ¶ Jnstitutio sacramentorum deum decuit ⁊ nobis expediens fuit. Decuit quidem diuinā misericordiā nobis prouidere remedia: non solū que faciunt ad remissionem culpe: sed etiam pene. Decuit diuinā insticiam que a nobis exigit aliquā humiliationē quam exhibem[9] per signorū sensibiliū obseruationez. Decuit diuinam sapientiā: que in sensibilibus decreuit remedia inuenire. ex quibus cōtingit naturam hominis interire. Nobis expediens

fuit. Quoniam enī eramus ceci quo ad ra-
tionalē: ideo data sunt sacramenta sensibilia
ad eruditionez. quoniā eramus elati quo ad
irascibilem: ideo data sunt sacramenta corpa
lia ad humiliationem. quoniā eramus pni
ad malum quo ad concupiscibilez: ideo data
sunt sacramenta plura ad exercitationem.
Sacramentum sic diffinit in sententijs. Sa
cramentum est inuisibilis gratie visibilis for
ma. cuius similitudinem gerit ⁊ causa existit.
Hugno de sancto victo. sic diffinit. Sacra-
mentum est materiale elementum subiectuz
oculis: similitudine representans: institutione
significans: significatione gratiam cōferens.
¶ Ordinant autem sacramenta sic. Baptis
mus: confirmatio: eucharistia: penitentia: ex
trema vnctio: ordo: ⁊ matrimonium. Quin
qz prima respiciunt personā. Ordo ⁊ matri-
moniū ecclesiā. Ordo patet sic. Naz baptis-
mus est ad vulnerum curationem. Cōfirma
tio ad curationis habite conseruationē. Eu-
charistia ad habite ⁊ conseruate pmotionē.
Penitentia ad curatōis perdite repationez.
Extrema vnctio ad venialiū expiationē quo
ad culpā ⁊ pene debite partem remittēdam.
Ordo est respectu personaꝝ generātiū spiri
taliter. Matrimoniū est generantiū corpa-
liter. Et vtraqz generatio est ecclesie necessa
ria ne deficiat in grā ⁊ natura. ¶ Quattuor
autem sunt sacramēta que possunt iterari vl'
potius frequentari. s. eucharistia: penitentia.
extrema vnctio ⁊ matrimoniū. Baptismus
aūt ⁊ cōfirmatio ⁊ ordo non iterant qꝛ in eis
tres characteres indelibiles imprimunt: q-
bus ꝑm diuersos status fidei hoies ab ho-
minib⁹ distinguunt. Nā ꝑm statuz fidei ge-
nite est character baptismalis ꝑm qꝫ fideles
ab infidelib⁹ distinguunt. Scdm statū fidei
roborate est character cōfirmatōis distincti-
uus fortiū ab infirmis. Scdm statū fidei iam
multiplicate est chararcter ordinis: quo cleri
ci a laicis distinguunt. ¶ Sufficientia sacra
mentoꝝ sic accipit. Sacramenta sunt medi-
camenta ꝯ morbū. Morb⁹ aūt est duplex. s.

morbus culpe ⁊ morbus pene. Morb⁹ cul
pe est duplex. s. originalis culpe. contra quaz
est baptismus. ⁊ actualis culpe: que etiaz ge-
minat. Nam quedaz est culpa actualis mor-
talis: contra quam est penitētia. quedā actua
lis venialis: contra quam est extrema vnctio
Morbus pene est quadruplex. s. ignorantia
contra quam est ordo. malicia: contra quam
est eucharistia. infirmitas: contra quaz est cō
firmatio: concupiscentia: contra quaz est ma
trimonium. Sacramenta sunt etiam adiuua
menta. quia sunt in adiutorium septem virtu
tum. In adiutorium fidei est baptismus. In
adiutorium spei est extrema vnctio. In adiu
torium charitatis eucharistia. In auxiliū pru
dentie ordo. In auxilium temperantie ma-
trimonium. In auxilium fortitudinis confir
matio. In auxilium iusticie penitentia. Sūt
quoqz sacramenta armamenta ecclesie mili
tantis: que Cantici. iiij. dicitur terribilis vt ca
strorum acies ordinata. Est quidem terribi-
lis: qꝛ fortis ⁊ munita per sacramentum con-
firmationis. acies qꝛ coniuncta ⁊ vnita per
sacramentum eucharistie. ordinata per ordi-
nem. Ex hac acie quidam subtrahuntur per
mortem. ad hos restaurandos est matrimo-
nium. quidā prosternunt per culpaz. ad hos
releuandos est penitentia. Hanc aciē quidaz
ingrediunt vt prelient: ⁊ hoc per baptismū.
quidā egrediunt vt coronentur: ⁊ hoc p ex-
tremam vnctionē. ¶ Dicit autē vnuz sacra
mentū aliud precellere quinqz modis. s. pro-
pter significationem. sic matrimoniū precel-
lit: quia significat vnionē naturarum in chri
sto. propter continentiā: ⁊ sic excedit eucha-
ristia. propter efficaciam: ⁊ sic excedit baptis
mus. propter dignitatē dispensatiuam: ⁊ sic
confirmatio: que a solis pontificib⁹ dispen-
satur. propter maiorē: digniorem ⁊ nobiliorē
gradum in quo ponit. ⁊ sic dicit ordo maior
Unde versus. Maior in effectu baptism⁹:
corpus in esse Coniugiuz signo. maiori chris
ma ministro Nobiliore gradu precellere di
citur ordo.

¶ De baptiſmo. Sectio xlviij.

n Unc de ſacramentis ſingulis eſt vi
dendum. Et primo de baptiſmo q̄z
tum ad diffinitionem.ſignificationē
forme expreſſionem:effectus collationez: no
minis diſtinctionem. ⁊ operis completionē.
¶ Baptiſmus ſm q̄ eſt nomen elementi ſi
gnificantis ⁊ ſanctificantis virtute verbi:dif
finit ab Hugone ſic. Baptiſmus eſt aqua
diluendis criminibus ſanctificata.Scd̄m ve
ro qd̄ eſt actus vel vſus elementi : diffinitur
a magiſtro in ſententijs. Baptiſmus eſt in-
tinctio corporis exterior ſacta ſub forma ver
borum preſcripta.Secundum autem, q̄ ac-
cipitur pro ſacramento ⁊ re ſacramenti: que
eſt character:diffinitur a Damaſceno. Ba
ptiſmus eſt vite ſpiritualis principium. ſigil-
lum ⁊ cuſtodia ⁊ illuminatio mentis. Et tan
gitur hic quadruplex conditio chararcteris
quia enim preparat ad gratiam dei: dicit vi
te ſpiritualis principiū.quia diſtinguit gregē
domini:dicit ſigillum.⁊ quia indebiliter p-
ſeuerat:dicitur cuſtodia.q: ſpiritualiter di-
ſponit ad fidem:dicit illuminatio mētis.Se
cundū q̄ accipitur pro ſacramento diffinit a
Dionyſio. Baptiſmus eſt regenerationis
ſacramentum:ſm q̄ prius ſubſiſtit in anima:
animales ſpūaliter formans motus:ad opa-
tionem diuinorum eloquiorū ⁊ actionum:⁊
celeſtis quietis anagogē iter faciens.In hac
diffinitione tangitur res ſacramenti que eſt
gratia viuificans animam cum dicit ſm q̄
prius ſubſiſtit in anima . Tangitur habilita-
tio potentiarum per virtutem:primo quan-
tum ad actiuā:cum dicit.formās aīales mo
tus.Secundo quo ad contemplatiuaz cum
dicit:⁊ celeſtis quietis anagogem. ¶ Quā
tum ad ſignificationem nota:q̄ in baptiſmo
ſicut in ceteris ſacramentis eſt aliquid qd̄ eſt
tātum ſacramentum:ſiue ſignū ſignificans:
vt elementum viſibile:aliquid eſt res tātū ſi
gnificata:vt gratia curans. Aliud quod eſt
ſacramentum ⁊ res ſignata : vt character.
¶ Forma quādo puer immergit exprimen
da eſt hec. Ego baptizo te in nomine prīs ⁊
filij ⁊ ſpiritusſancti amen. Hec forma debet
exprimi ſine omiſſione vocali.ſine intermiſ-
ſione vocabuli.ſine prepoſteratione ordinis
ſupradicti.⁊ ſine cōmutatione nominis pre-
nominati. ¶ Effect⁹ autem qui recipit in ba
ptiſmo ab homine humiliter accedente : eſt
characteris impreſſio:gratie infuſio: ⁊ ino-
centie reſtitutio.celi apertio.Gratio inq̄z in-
fundit regenerans:rectificans: ⁊ purificans
ab omni culpa originali ⁊ actuali:tam morta
li atq3 veniali.abſoluēs nihilominus a pena
eternali:⁊ ab omni pena ſatiſfactoria tpali.
Diſtinguit aūt triplex baptiſm⁹.ſ. flaminis:
fluminis ⁊ ſanguis.In baptiſino flamīs qui
eſt per penitentiā ⁊ ſpiritusſancti gratiā pu-
rificamur a culpa in baptiſmo fluminis pu-
rificamur a culpa:⁊ a ſatiſfactoria pena. In
baptiſmo ſanguinis purificamur ab omni
miſeria. Non ſunt autem baptiſmus flami-
nis ⁊ ſanguinis ſacramenta.cum in eis defi-
ciant que conueniunt ſacramento.ſ.repreſen
tatio ex ſimilitudine.ſignificatio ex inſtitutio
ne:⁊ ſanctificatio ex verbi prolatōe. ¶ Quā
tum ad integritatem ſacramenti ſufficiūt ver
bum ⁊ elementum. Quantum ad ſolemnita
tem premittuntur tanq̄z preparatoria cathe
ciſmus ⁊ exorciſmus in paruulis ⁊ adultis.
ita tamen q̄ in adultis requiritur fides pro-
pria:in paruulis ſufficit aliena. Quantuz ad
vtilitatem requiritur baptizantis recta inten
tio.⁊ quantum ad vtilitatem baptizati fictio-
nis depoſitio.

¶ De ɔfirmatione. Sectio xlix.

ſ Equit videre de ɔfirmatōe quan-
tum ad formā.quantū ad materiā.
quantū ad diſpenſationem. quantū
ad gratie collationem:⁊ quantum ad ſignifi
cationem. ¶ Forma in confirmatōe ſeruan
da eſt hec.Signo te ſigno crucis : ⁊ confir-
mo te criſmate ſalutis. ¶ In noīe patris et
filij ⁊ ſpiritusſancti amen. In hac forma exp̄
mitur duplex actus.quia in hoc ſacramen-
to datur gratia ad robur fidei: quantum ad

confirmationem in corde.⁊ quantum ad libe
ram confeſſionem in ore. Unus actus reſpi-
cit liberā crucifixi confeſſionem quaſi ſemꝑ
ferendā in fronte.alter reſpicit firmā ſtabili
tatem in corde. ¶ Materia in hoc ſacramē
to eſt chriſma confectum ex oleo oliuarum ⁊
balſamo. Oleum propter nitorem ſignificat
fidem interiorem ex bona conſcientia.balſa-
mum propter odorem ſignificat dignā ⁊ lau
dabilem confeſſionē in euidentia.⁊ hoc ſm
correſpondentiā ad duplicem actum in for-
ma expreſſum. ¶ Iſtud autem ſacramentū
a ſolis epiſcopis diſpenſatᷣ:qꝛ ſi alij ꝓſumūt
nihil faciunt. Quia eni tam in ꝯfirmatiōe q̄
in ordie datur gratie plenitudo :propter hoc
hec duo ſacramēta per eos ſolūmodo diſpē
ſantur qui gerunt auctoritatis plenitudinem.
¶ Gratia que confertur in confirmatiōe eſt
gratia gratum faciens. Gratia autē gratū fa
ciens dr̄ dupliciter.aut gratum faciēs de nō
grato.⁊ talis eſt gratia baptiſmalis ⁊ penitē
tialis:aut eſt magis gratum faciens de iā gra
to.⁊ talis gratia datᷣ in confirmatione.q̄ gra
tiam prius receptam ampliat ⁊ confirmat.
¶ In iſto ſacramento aliud eſt quod eſt tm̄
ſignum:vt eſt forma audibilis ⁊ materia vi-
ſibilis.aliud eſt quod eſt tantum res:vt ē gra
tia corroborans ⁊ confirmās.aliud eſt quod
eſt res ⁊ ſignum.vt eſt character.

¶ De eucharistia. Sectio.I.

ſ Equitur videre de eucharistia. ⁊ h̄
quantum ad integritatem: ſignifica
tionem:repreſentationem: mandu-
cationem:⁊ operationem. ¶ De integrita-
te ⁊ neceſſitate huius ſacramenti ſunt quattu
or.ſ.ordo ſacerdotalis.intentio conſecrandi:
materia debita:⁊ forma verborū preſcripta.
Materia huius ſacramenti eſt panis d̄ fru
mento:⁊ vinum de vite. Ille enim cibus in-
ter omnes cibos ⁊ inter omnes potus eſt cō
uenientior:cōmunior:efficacior:⁊ ſanior. Jō
dn̄s ſe comparauit grano frumenti : ⁊ ligno
vitis. Et ideo in his duabus ſpeciebus con-
ſicē ⁊ ꝯficiēdū ꝯſtituit.ad inuēdū qꝛ corpꝰ ſuū
ſub h̄ ſacramento contentū vt cibus:nō eſt ci
bus qualiſcūqꝫ:ſed cibus conueniens.cibus
cōmunis:cibus efficax:cibꝰ ſanus. Uino mi
ſcetur aqua:que ſignificat populū.⁊ per con
iunctionem ſui cum vino ſignificat membro
rum cū capite vnitatē. Per vinū autem ſi-
gnificatᷣ vnio membrorū adinuicem. Forma
ſuper panem eſt hec. Hoc eſt enim corpꝰ me
um. Super vinū vero eſt hec. Hic eſt calix
ſanguinis mei. Huius autem forme propoſi
tio eſt ſingularis. Eſt eni verbū operatiuum
non operatione ſucceſſiua:ſed inſtantanea:⁊
operatiuū nō alicuiꝰ rei noue:vel non exiſtē
tis:ſed terminus eius eſt quod ens actu com
pletū ⁊ non mutatū.⁊ ad id terminatū vt eſt
alterius ſignum:ideſt corporis chriſti myſti-
ci:⁊ hoc totū fit virtute verbi increati.adiun
cto miniſtro circa materiam nihil agente.
Quia ḡ hic ſermo ē ꝯuerſiuꝰ ⁊ opatiuꝰ ope
ratur circa ſubſtantiā panis.ideo pronomen
demonſtrat ſubſtantiā panis ſub accidenti-
bus que aſpici poſſunt oculis:⁊ tangitᷣ id qd̄
cōuertitᷣ per ſubiectū ſicut in id in quod con
uertitur per predicatum. Quia vero termi-
nus operationis eſt ens actu non innouatū.
debet ibi poni verbum eſſendi : non fiendi.
Quia vero ſubito fit conuerſio.ita qꝛ ſimul
eſt fieri ⁊ factū eſſe.ideo preſens verbū inſtā
taneū non futurū ibi ponitᷣ:eſt.ſ.⁊ non erit.
Quia v̄o operatio terminatᷣ ad corpus ve-
rum vt eſt ſignū corporis myſtici. in quo eſt
diuerſitas operationū.dicitᷣ corpus ⁊ nō ca
ro.qꝛ corpus eſt eterogeniū ⁊ non homoge-
nium.caro vero homogenia. Quia v̄o hec
operatio fit virtute verbi increati adiuncta
⁊ vt coniuncta dr̄ meū non in perſona ſacer
dotis:ſed chriſti verbi.ſ.incarnati. Qm̄ autē
miniſter nihil operatᷣ circa materiam nec im
mutat.ideo nihil plus eſt de forma. Unde ſi
miniſter nec tangat nec frangat dummō con
ſecrare intendat ⁊ v̄ba dicat:confectum eſt.
¶ Quantū ad ſignificationē tene qꝛ in hoc
ſacramēto eſt aliud tm̄ ſignū:vt ſpecies viſi-
bilis panis ⁊ vini. Aliud tantū res. vt corpꝰ

christi mysticum aliud res ⁊ signū: vt corp⁹
christi veꝝ: quod est res signata per panem
ex diuersis granis confectū. ⁊ sanguis ꝑ vi-
num ex diuersis racemis expressum. ⁊ est si
gnū corpis mystici. Quia enim corpus ptes
habet eterogenias diuersas opationes in ec
clesia significat. ¶ In hoc sacramento fit re
presentatio dñice passionis. Unde fiūt signa
tiones septē vicibus ꝓpter passionē dñi ex-
primendā. Prima vice fiunt tres ꝓpter tri-
nam christi traditionē. s. a deo: iuda: ⁊ iudeo.
In secunda vice fiunt quinq̄ȝ propter q̄nq̄ȝ
personas que in traditione fuerunt. que fue
runt ꝑsona traditi: ꝑsona tradentis iude. pso
ne ementiū: que fuerūt tres. s. pontifices: cri
be ⁊ pharisei. In tertia vice due ꝓpter du-
plicē ꝯuersionē duplicis elementi. scȝ panis
⁊ vini. In quarta vice fiunt q̄nq̄ȝ ꝓpter q̄n
q̄ȝ plagas. In quinta vice fiunt due propter
vincula quibus fuit ligatū corpus. ⁊ propter
flagella quibus vsq̄ȝ ad sanguinē fuit flagel-
latū. In sexta vice fiunt tres ꝓpter crucifixi
onem factam linguis iudeoꝝ: q̄n ter clama-
uerunt. Crucifige. In septima vice fiūt tres
cruces de corpore super calicē propter tres
cruciatus. s. ꝓpassionis. passiōis. ⁊ compassi
onis: ⁊ due altere ꝓpter aquam ⁊ sanguineȝ
qui de christi latere profluxerūt. ¶ Duo au
tem sunt modi manducandi illud sacramen-
tum. s. sacramentalis ⁊ spūalis. quoꝝ distin-
ctio oritur a triplici principio. Primo a di-
spositione sumentiū. Quidam enim accedūt
male dispositi: ⁊ hi manducant sacramenta-
liter. Quidam bene: ⁊ hi spūaliter ⁊ sacramē
taliter. Secundo a modo sumendi. Quidaȝ
enim sumunt ore carnis: ⁊ hi sacramentali-
ter. Quidam ore cordis: ⁊ hi spiritualiter.
Unde duplex os duplex manducatio. Ter-
tio a duplici re huius sacramenti. Due quip
pe sunt essentie huius sacramenti. scilicet cor
pus christi verum. ⁊ gratia in corpore mysti
co: faciens vnionem. quaꝝ vna sine altera
sumi potest. Manducare autem sacramen
taliter est manducare sacramentum vt sacra
mentuȝ. Ad quod quattuor requiruntur. cibi
existentia eius ad cibatum naturalis conue-
nientia. vt scȝ sumatur ab homine non a mu
re intentio: ⁊ illius intentionis regulatio per
fidem. Spūalis manducatio habet duo. sci-
licet suo modo masticationem que ꝯsistit in
recogitatione cibi: scȝ carnis christi pro nobis
exposite in preciū redemptōis: ⁊ cibum refe
ctionis. Habet etiā incorpatōem que consur
git ex tali recogitatōe. dū recogitans ardore
afficitur charitatis: ⁊ ei de quo recogitat iun
gitur: ⁊ sic incorpat: ⁊ dū incorpatur reficit:
⁊ magis assimilatur. ¶ Spiritualis autem
operatio siue efficacia huius sacramenti est
vnire nō de nouo: sed iam vnitos per grām
magis vnire. Digne enim accedentem red-
dit feruentiorē: vt carbo ignitus: ⁊ fortiorem
vt bonus cibus. Et vt istam efficaciā habeat
in sumente. Primo oportet ipm̄ sumentem
cibum istū ab alijs discernere per fideȝ. Se-
cundo hospitiū preparare ꝑsui ꝓbatōem. Ter
tio in hospitiū paratū recipe cū honore ⁊ de
uotione. Et talis dicitur digne accedere.
¶ Nota de hostie fractōe ⁊ vsus. Hostia di-
uiditur in partes: tincta beatos. Plene sicca
notat viuos: seruata sepultos. Fractio ē pas
sio. partes fracte tres iustorum differentie.
Quidā regnant in celo. hi per tinctā. Qui-
dam securi expectant in sepulcris. hi per eā
que antiq̄tus ꝑuabat. Quidā pugnāt ī mū-
do. hi ꝑ siccam ptē hostie figurant.

## ¶ De penitētia. Sectio li.

Equit de penitentia videre q̄ȝtum
s ad diuersam diffinitōem: diuersam
noiatōem: integratōem: iustificatio
nem: ⁊ significatōem. ¶ Pnia q̄ȝtuȝ ad ac-
tum principalē sic diffinit. Pnia est prima
ꝯtus pimēs veterē hoiem. Ambro. Pnia
est dolor ⁊ amaritudo aīe ꝓ peccatis q̄ q̄sq̄ȝ
cōmisit. Aug⁹. Pnia est quedā dolētis vin
dicta: semꝑ puniēs ī se quod dolet ꝯmisisse.
¶ Item diffinit quantū ad actum annexuȝ
sic ab Ambro. Penitentia est pterita mala
plāgere: ⁊ plāgenda iteꝝ nō ꝯmittere. Gre-

go. Penitentia eſt ante acta mala deflere:⁊
flenda nõ cõmittere. ¶ Item ſic. Penitẽtia
eſt virtus vel gratia qua cõmiſſa mala cum
emendatõis ꝓpoſito plangimus ⁊ odimus.
⁊ plangenda vlterius cõmittere nolumus.
Diffinit etiã quantũ ad effectũ Damaſ.ſic.
Penitentia eſt ab eo qđ eſt preter naturã in
id qđ eſt ſm naturã conuerſio. ¶ Item ſup
Mat.iij. Pniam agite. Pnia eſt correctio
male mẽtis Aug⁹ in libro.v. reſponſionuꝫ.
Pnia eſt quedã res optima ⁊ pfecta:oẽs d
fectus reuocans ad pfectũ. ¶ Penitẽtia di
uerſis vocabulis nomiat ſm ꝙ diuerſa cõ
tra peccati maculã operat. Expellit eniꝫ pec
cati actualis maculã:que aĩam deformat.po
tentiam ad malũ inclinat ſiue dehabilitat:na
turam vulnerat:actu libere voluntatis com
mittitur:cum delectatõe ⁊ libidine ꝑpetrat.
¶ Delere autẽ culpã vt deformantẽ:eſt grẽ
reformantis.vt dehabilitantẽ eſt virtutis ha
bilitantis.vt vulnerantẽ eſt ſacramenti curã-
tis.vt actu voluntatis cõmiſſam per actum
ſimiliter voluntatis.vt cũ delectatione ⁊ libi
dine perpetratã cum paſſione contraria. Iõ
penitentia recte dicit gratia:virtus ſacramẽ
tũ:actus ⁊ paſſio. ¶ Partes penitentie ite-
grantes ſiue integrales ſunt:cordis ꝯtritio:
oris cõfeſſio:⁊ operis ſatiſfactio. Cordis cõ
tritio eſt dolor volũtarie pro peccatis aſſum
ptus. Oris confeſſio debito modo facta de-
bet habere.xvi.conditiones.his verſib⁹ cõ
prehenſas. Sit ſimplex humilis:ꝯfeſſio pu-
ra fidelis. Sitqꝫ frequens nuda diſcreta li-
bens verecunda. Integra ſecreta lachrymа
bilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans:⁊ ſit pare
re parata. In quattuor caſib⁹ ſm magiſtros
eſt confeſſio iteranda. Duo ſunt ex parte ſa
cerdotis.quorum primus eſt ꝓpter enormi-
tatem ſceleris.ob quã eſt confitens ad ſupe-
rioreꝫ remittendus:ab eo ſi voluerit iterum
audiendus. Scđs eſt ꝓpter ignorantiam ſa-
cerdotis.q: tunc eſt querendus pitus ſciens
ſoluere ⁊ ligare.cui ſunt iteꝝ peccata detegẽ
da. Duo vero ſunt ex parte confitentis.

Quoꝝ primus eſt ꝓpter maliciã fictionis.
vt ſi acceſſit cũ volũtate peccandi.vel aliqđ
peccatum ſcienter in conſcientia reſeruauit.
Secundus eſt propter contemptũ ſatiſfactio
nis.vt qñ ſatiſfacere negligit ⁊ contemnit.
In duobus vltimis caſibus ſi vadit ad aliuꝫ
ſacerdotẽ vel eundẽ interiectu temporis iaꝫ
oblitũ:debet homo mala ſua iterum cõfite-
ri. Et ſic ex parte ſacerdotis eſt duplex deſe
ctus:ſcilicet quia nõ poteſt abſoluere:vel q:
neſcit. Ex parte etiã confitentis eſt duplex de
fectus.ſcilicet quia contemnit ſacerdotis ab-
ſolutionem:aut ligatõem. Sunt alij duo ca-
ſus de quibus eſt controuerſia inter docto-
res.vnus eſt de peccati alicuius obliuione.
alius de recidiuatione. Sed poteſt dici ꝙ in
his duobus caſibus iterum oĩa peccata con
fiteri ſit conſilium nõ preceptũ. Quinqꝫ au-
tem ſunt caſus in quibus eſt cõfitens ad epi
ſcopum mittẽdus.vel ſuper eo epiſcopus cõ
ſulendus. Primus eſt de penitentia ſolẽni q̃
ab ipſo debet imponi:⁊ per eũ penitens re-
conciliari. Secundus eſt de excõmunicatis:
quos non poteſt ſacerdos aliquando abſol-
uere. Tertius eſt cum inuenerit ſacerdotem
in irregularitate contracta:ꝓpter quã debet
ad epiſcopum mittere confitentẽ.qui ſi põt
eũ abſoluat:vel cũ litteris ſuis ad papã mit-
tat. Quartus eſt de incendiarijs. Quintus
eſt ſi ſit conſuetudo in aliquo epiſcopatu ꝙ
certa crimina ad epm mittant:vt homicidiũ
⁊ ſacrilegium.⁊ iſte caſus nõ eſt generalis.
Satiſfacere vt dicit Auguſtinus:eſt peccato
rum cauſas excludere:⁊ eoꝝ ſuggeſtionibus
aditum nõ indulgere. Anſelmus vero dicit.
Satiſfacere eſt debitũ deo reddere. Partes
autem ſatiſfactionis tres cõmuniter aſſignã-
tur.ſcilicet ieiunium:elemoſyna:⁊ oratio. Ie
iunium eſt contra carnis concupiſcentiam.
Elemoſyna contra cupiditatem oculorum.
Oratio eſt contra ſupbiã vite. Itẽ ieiunium
ordinat nos ad noſipos. Elemoſyna ad ꝓxi
mos. Oratio vero ad deum. Item per ora-
tioneꝫ recõciliamur deo.cui ſm Auguſtinũ

per ieiuniū ⁊ elemoſynā facimus duas alas. ¶ Quattuoꝛ autem ad iuſtificationē impij requiruntur.duo ex parte dei.ſcʒ gratie infuſio:⁊ culpe expulſio. Et duo ex parte impij. ſcilicet motus liberi arbitrij conſonans gratie aduenienti.⁊ cordis contritio concoꝛdās gratie culpam expellenti.Hec autem quattuoꝛ precedit attritio.ſ.ad iuſtificationem ꝑparatio.que eſt motus fidei ⁊ doloꝛis:q̄uis lōgo tempoꝛe ſemiplenus. Tanguntur autem hec quattuoꝛ ſupꝛadicta in illo verſu pſal. Cōmouiſti terram ⁊ conturbaſti eam.ſana contritiones eius quia ꝯmota eſt.Gr̄a quippe adueniens in aīam cōmouet ratioaeʒ ſm ꝙ eſt poteſtas vel potentia liberi arbitrij.et conturbat voluntatem per contritionem.et poſtmodum ſanat per peccati expulſionem. ⁊ hoꝝ reddit duplex ratio.ſ. ꝯmotio rōnis. ⁊ conturbatio mentis que ꝑceſſit.vn̄ ſubditur.q꞉ cōmota eſt.Unde ꝯmotio dicit a con qḋ eſt ſimul.q꞉ tunc omnes vires ſup ſe pungunt ⁊ mouent ad bonum.¶ In ſacramento penitentie eſt aliqḋ qḋ eſt tm̄ ſignū:vt exterioꝛ pn̄ia ſm inſtitutionem eccleſie.in qua eſt ſacerdotis abſolutio tanq̄ꝫ foꝛmale.⁊ confitentis humiliatio ſiue quantū ad actum cōtritionis:ſiue quantū ad verbū accuſationis ſiue quantum ad penā ſactiffactionis tanq̄ꝫ materiale.Aliud quod eſt tm̄ res.vt peccati remiſſio perfecta. Aliud quod eſt res ⁊ ſignum.vt penitudo interioꝛ.

¶ De vnctōe extrema. Sectio lij.

s Equitur de vnctōe extrema.Circa quam ſeptē breuit ſunt videnda.ſcʒ que materia.que foꝛma:qs diſpenſatoꝛ.qs ſuſceptoꝛ:que efficacia.q̄ ad confirmationē differentia.⁊ que ſignificationis cōuenientia.¶ Materia huius ſacramēti eſt oleū ſimplex ſed ꝯſecratum ab ep̄o.Foꝛma vero eſt vocalis expꝛeſſio oꝛōnum in oꝛdinarijs ꝯtentaꝝ.¶ Huius ſacramenti diſpēſatio ſacerdotibus cōpetit ex officio:⁊ hoc cōfirmat auctoꝛitas ⁊ ratio.Auctoꝛitas.Jacobi vlti.Qui infirmātur inducat p̄ſbyteros. Ratio etiam hoc ꝯfirmat:q꞉ cū materia huius ſacramēti ſit oleū ab ep̄o ꝯſecratū:conſecratis debet manibus contrectari. Et ſic cuꝫ ſit medicina peditantiū:nō ad ſolos ep̄os ꝑtinet.Oleum autem ꝯſecratū non ad aliquos laicos ſe extendit.¶ Debent aūt illud ſacramentū ſuſcipe ſoli infirmi:rōne vtentes. qui ſcilicet potuerūt peccare venialiter vel etiaꝫ peccauerūt.⁊ hoc in moꝛtis articulo exiſtentes. Et ſic patet ꝙ nec infantibus nec naturaliter ſtultis debet extrema vnctio diſpenſari. nec intrantibus iuſtū bellū.q꞉ ſacramenta eccleſie non ſequuntur foꝛtunam:ſed reſpiciūt naturam.nec.etiā per ſententiā condēnatis. q꞉ tales quantūcunqꝫ dānati in eccleſie facie ſunt infames.Nec mediocriter infirmātibꝰ. q꞉ adhuc poſſunt venialia iterare.¶ Eſt autem hmōi ſacramentū tā finaliter q̄ꝫ efficaciter contra venialia oꝛdinatū.⁊ quantū ad remiſſionē culpe:⁊ quantū ad dimiſſionem patris pene.Ualet etiā conſequenter ad recupandā coꝛpis ſanitatem:ſi expediat infirmanti. Et q꞉ venialia efficaciter tunc curant quando ſic delent.q꞉ nō amplius iterantur. tunc debet adhiberi iſta medicina qn̄ deſperat de infirmantis vita.Si tn̄ ꝯtingat eum reſtitui ſanitati:poteſt ⁊ debet ꝓpter venialia iterata medicina venialiū iterari. Et quia venialia peccata ꝑ oꝛgana ſenſuū maxime cōtrahunt:ideo ꝑtes tribus potētijs ſeruiētes inungunt. Eſt enim triplex potentia ſm quā anima regit coꝛpus:⁊ etiā ꝯtrahit iuſtū moꝛbū.ſ.ſenſitiua:generatiua:⁊ pꝛogreſſiua.Sēſitiue deſeruiūt os:oculi:nares:aures:⁊ manus.generatiue lumbi.pꝛogreſſiue pedes. Et ſm hoc eſt infirmus in ſeptē coꝛpis partibus inungendus.ſ.in labijs:in oculis.ī manibus:in auribus:in naribus:in lūbis.⁊ ī pedibus.¶ Ex pꝛedictis colligitur ꝙ inter hꝰ ſacramentum ⁊ ſacramentū ꝯfirmatōnis eſt differentia ſeptifoꝛmis.ſ.in efficacia.in materia:in foꝛma:in ſuſcipiente:in dāte.in locoꝛ⁊ in tpe.Nota tn̄ ꝙ vnctio que fit in criſmate dicit vnctio pꝛincipalis quadruplici ratiōe

scilicet rone loci:q: fit in fronte.rone ministri: q: ab epo.rone elemeti.q: de oleo mixto cu balsamo.rone effectus ppter abundantiam gre:q: ibi dat padytus in magna abudatia. Juxta h nota q crismate iungunt baptizati in vtice:ɔfirmadi in fronte.potifices in capite.reges vt dicit in scapul. ¶ In sacro extreme vnctois bm exigetia sacramentalis significatois est aliqd qd est tm signu:vt exterior vnctio. Aliud quod est tm res:vt venialis morbi curatio. Aliud qd est res ꝛ signum vt ipsa deuotois excitatio in aia.que non est aliud nisi queda spiritalis vnctio.

¶ De ordine. Sectio liiij.

Equit videre de sacro ordis q̄tuz ad:preparatoem ɔsignatois.q̄tum ad ordinis diffinitoem. quantuz ad characteris impssione.q̄tum ad debita dispensatoem.quantu ad recta susceptoez.q̄tu ad significatoem:ꝛ quantu ad status ɔsumatoem. ¶ Qui sunt ad ordines ecclesiasticos assumedi:primo assignant signaculo diuino distinctiuo ꝛ instructiuo. Na tondent in capite qd est mebꝝ p ceteris nobile.ꝛ q: tosura ta superius q̄ inferius facta forma habet corone que est signu dignitatis regie:innuit q qui taliter ab alijs distinguunt ad officiuz nobile.s.ad regale sacerdotiu assumuntur. Non tm autem tale signu est signu distinctionis:sed etiam instructionis. In tali enim tonsura est supfluitatis amotio.in quo instruunt clerici:quid vitandu:q: supfluitas terrenoꝝ. Est etia sumitatis capitis denudatio. in quo instruuntur quid amandum:q: felicitas supnorum. Est figure orbicularis impressio.in quo instruuntur quo ɔseruandum est.q: figura orbicularis est simplicissima:capacissima ꝛ pulcerrima:ad innuendum q talit coronati debent simplificari in intentoe.amplificari in dilectione:pulcrificari in castificatione. ¶ Ordo sic diffinitur. Ordo est signaculum in quo spiritalis ptas tradit ordinato. Cu enim septe sunt ordines.s.ordo ianitoꝝ.lectorum:exorcistaꝝ:acholytoru : subdiaconorum.diaconoꝝ ꝛ sacerdotu. In ordine sacerdotali dat potestas conficiedi corpus xpi veru:ꝛ absoluendi corpus christi mysticum. ꝛ hic ordo tanq̄ nobilissimus debet habere alios sibi admistrantes:respectu duplicis potestatis. In conficiedo corpus christi veꝝ sibi seruiunt subdiaconi ꝛ diaconi. Ita q potestas ꝛ officium subdiaconi est in accipiedo hostias a plebe. Ptas ꝛ officiu diaconi est easdem a subdiacono susceptas sacerdoti offerre. In absoluendo aut corpus christi mysticum quattuor minores subseruiunt sacerdoti. Ita q potestas ꝛ officiu ianitoru est ad locu sacru admittere. Lectoꝝ est documentum prebere. Exorcistaꝝ est auxiliu prestare. Acholytoꝝ est exempla mostrare. Hoc officio septiformi dns vsus fuit. Fuit nanq3 hostiarius qn facto flagello eiecit negociantes de templo. Fuit lector qn legit in synagoga assumpto libro. Lu.iiij. Fuit exorcista quando saliua sua tetigit linguam surdi ꝛ muti. Matth.vij. Ostendit se acholytu quando Joha.viij.dicit. Ego sum lux mundi. Fuit subdiaconus quado lauit pedes discipuloꝝ. ꝛ linteo se precinxit. Joha.xiij. Fuit diacon⁹ qn post cena corpus ꝛ sanguine suum discipulis dispensauit. Fuit sacerdos dum seipm in ara crucis obtulit idem sacerdos ꝛ hostia. Et etiam quando in cena panem in corpus ꝛ vinu in sanguinem ɔmutauit. ¶ Character cum signaculu impressum distinctiuu ppetuu christo ɔfiguratiuu imprimitur i quolibet ordine:no idem sed diuersus.ordine ɔgruo:no necessario.cu vnus possit recipi q̄uis indebite alio pretermisso:ita q cu puentum fuerit gradatim ad ordinem sacerdotis in quo est status:q̄uis septem sint gradus. vnus est tm ordinis sacramentu.sicut vna dicimus eplam:q̄uis habeat multas partes. In quolibet autem ordine character imprimitur in eo signo quo maiore habet silitudinem ad signatum.ꝛ in quo principalis ptas quam ordo respicit significatur tradi ordinato.ad qua significandu duo concurrunt exte

rius.scꝫ traditio alicuius instrumenti:⁊ expssio vocalis verbi:vt insigno visibili simul ⁊ audibili significetur dari.⁊ hec duo sunt essentialia ⁊ intrinseca ordinis sacramento.

¶ Debet aũt dispensari hoc sacramentum cum magna discretõne ⁊ solẽnitate.ac p hoc non a quolibet.nec cuilibet:nec in quolibet loco.nec quolibet tempore.sed sub debitis signis:tam ex parte visus q̃ꝫ ex parte auditꝰ. vt dictũ est solẽnitate nihilominus obseruata quantũ ad tẽpus ⁊ locũ:officiũ ⁊ psonaꝫ.

¶ Requiritur aũt multiplex conditio.vt digne ⁊ debite suscipiaᵗ ordinis sacramentuꝫ. scilicet ex parte originis:vt nõ sit filius sacerdotis vel spurius:vel etiã solẽniter penitẽs. A corporis parte:vt nõ sit corpe viciatus:demoniacus.epilenticus.A parte actionis:vt nõ sit homicida:vel aliter enormis peccator A parte conditõis:vt nõ sit seruus.A parte conuersatõis:vt non sit curialis.A parte cõiugationis:vt non sit bigamus.A parte sexꝰ vt non sit mulier que nõ potest ordinari nec de iure nec de facto.A parte sensus:vt non sit infantulus:in quo nondum viget iudiciũ rõnis.

¶ In hoc sacramento est aliud quod est tantum signum:vt exterior operatio i traditione alicuius instrumenti.⁊ expressione v̀bi.Aliud quod est tantum res:vt spiritualis potestatis collatio.Aliud qđ est res ⁊ signũ. vt interior characteris impressio.Collige ex predictis ꝙ septem sunt ordines ⁊ non plures.quattuor sunt minores qui dicuntur non sacri.quia post eorum susceptionem potest clericus cõiugari.Tres maiores.scilicet subdiaconatus:diaconatus:⁊ presbyteratus.in quo est status ordinum.hi dicũtur sacri:quia post eorum susceptionem non licet ordinatis carnali operi deseruire:cum sint totaliter diuino cultui dedicati.Et sic patet ꝙ psalmistatus non est ordo:sed officium annexum ordini.Nec episcopatus est ordo sed dignitatis nomen ⁊ officij.Colligas in vnum nominatam ordinum q̃ꝫ officiorum:⁊ dignitatũ:vt deuenias ad vnum hierarchiam ecclesiastice hierarchie.⁊ sic procede.psalmista:hostiarius:lector:exorcista:acholytus:subdiaconus:diaconus:presbyter.archipresbyter:episcopus:archiepiscopus:patriarcha.pontifex summus.

¶ De matrimonio. Sectio liiij.

Sequitur videre de sacramento mr̃imonij quantũ ad diffinitionẽ.q̃ᵗuꝫ ad institutionem.quantũ ad cõtractionem.quantũ ad diuisionem.quantuꝫ ad significationem.quantũ ad bonũ pueniens. ⁊ quantũ ad ipedimentũ phibens.¶ Matrimoniũ diffiniᵗ sic.Matrimoniũ est viri mulierisqꝫ coniunctio maritalis inter legitimas personas:indiuiduã vite consuetudinẽ retinens.Est aũt institutũ matrimoniũ a deo in officium.in remedium:⁊ in sacramentum vel signũ.In officium inquã pcreande prolis etiã in statu nature institute.In remediuꝫ contra impulsum libidinis in statu nature lapse.In sacramentum siue signũ insolubilis coniunctionis naturarũ in christo.diuine scꝫ ⁊ humane.

¶ Circa ɔtractionem matrimonij nota ꝙ per sponsalia de futuro initiatur. p mutuũ consensum inter legitimas psonas per verba de presenti expssum ratificatur.p carnalem copulã subsequentẽ cõsummatur. Circa sponsalia nota ꝙ ante septẽniũ ɔtracta de iure non valent.post septenniũ vero tenent.Et hec quattuor modis contrahunᵗ. scꝫ simplici pmissione.fidei datõne.siue iuramenti interpositione.datis arris sponsaliciis ⁊ anuli subarratione.Sic aũt contracta octo modis soluuntur.Primus est voto solẽni superueniente.vt si alter sponsoꝝ intret religionem.Scđus est superueniẽte mr̃imonio.vt si cũ alia ɔtrahat de presenti.Tertius est supueniẽte affinitate.vt si cognoscat aliam ɔsanguineã sponse sue.⁊ hoc possit fama vel facto pbari.Quartus est incurrabili infirmitate supueniẽte.puta lepre:vel mutilatõne alicuius mẽbri.Quintus est altero se absentante:vt cũ vadit in regionẽ longinquã sine licentia alterius.Sextus est altero fornicãte.

Septimus est vtroqꝫ volente.ſcilicet cũ am
bo conſentiũt:⁊ mutuo ſe abſoluũt. Octauꝰ
eſt minore petente.vt qñ contracta ſunt ſpon
ſalia inter duos.quorũ vnus eſt in etate debi
ta.alter non. Duobus primis modis ſoluũt
ſponſalia ipſo facto. Conſequentibus vero
ꝑ iudiciũ eccleſie. Duplex eſt aũt effectꝰ ſpõ
ſaliũ contractorũ. Unus eſt obligatio ꝓpter
ꝓmiſſioné.vñ tales cõpellendi ſunt ad mri-
moniũ contrahendũ niſi timeat vxoricidiũ.
vel interueniat aliqs caſuũ predictorũ. Alius
effectus eſt publice honeſtatis iuſticia.que é
ꝙ nullus conſanguineorũ ſponſi poteſt ꝯhe
re cũ ſponſa.vel econuerſo. ¶ Coniũcti ma
trimonialiter ꝑ eccleſiá triplicit̃ ſepãtur. aut
ſimpliciter quantũ ad vinculũ.cũ oſtenditur
ꝓpter impedimentũ legitimũ nõ fuiſſe cõiu
gium inter eos.aut ſepant̃ ad tempus ad pe
nitentiá faciendá.vt qñ ꝯtra interdictũ eccle
ſie ꝯtraxerũt.aut ſepant̃ ſimpliciter quantũ
ad tꝑus in penã:ꝓpter aliqd crimé ꝯ ſubſtá
tiá matrimonij ꝑpetratũ.vt qñ alter coniu-
gum fornicat̃:tũc ſi petat innocens cum pro
batione adulterij:abſoluit̃ ꝑ eccleſiam a mu
tua cohabitatione vxoris ⁊ debiti redditõe.
Sunt aũt ſeptem caſus in quibus põt adul-
tera excipere contra petenté diuortiũ. Pri-
mus eſt ſi fornicari ꝯuincit̃. Scds eſt ſi eam
ꝓſtituat. Tertius cũ credebat virũ in bello
eſſe defunctũ ⁊ nupſit alteri. Quartus ſi co
gnita eſt ab altero latéter qué credebat eſſe
virũ ſuũ. Quintus eſt ſi fuit vi oppſſa. Se-
xtus eſt qñ poſt adulteriũ recõciliauit eam ſi
bi:⁊ petijt debitũ. Septimus eſt rarior ca-
ſus.vt ſi infidelis repudiauit vxoré:⁊ illa nu
bet alteri.ſi veniat ad fidem debet eam reci
pere non obſtáte ꝙ fuit fornicata. ¶ In ma
trimonio ratificato eſt aliqd qd eſt tm̃ ſignũ.
vt conſenſus exterior ꝑ verba.aut nutus ex-
preſſus. Aliud qd eſt tm̃ res.vt vnio dei et
anime per gratiá.que tñ eſt ſepabilis ꝑ peti
mortalis tranſgreſſioné.ſicut illud matrimo
niũ eſt ſepabile ꝑ ingreſſum in religionem.
Aliud qd eſt res ⁊ ſignum.vt conſenſus inte-
rior animorũ. In matrimonio ꝯſummato eſt
tm̃ ſignũ conſenſus exterior.tm̃ res vnio na
turarum inſepabilis in chriſto.res ⁊ ſignum
ꝯſenſus mutuus animorũ. ¶ Tria ſunt bo-
na ꝯiugij.ſ.bonũ fidei.bonũ ꝓlis. bonum ſa
cramenti. Fides eſt ꝙ ſuam cognoſcat ⁊ nõ
aliá:⁊ hoc eſt bonũ moris cadens in genere
honeſti. Bonũ ꝓlis cadit in genere ꝯferen
tis.ꝯfert enim ꝓles ad ſpeciei ꝯſeruatõem:⁊
ad numeri ꝑfectõem. Bonũ ſacramenti ca-
dit in genere delectabilis. Tanta eſt enim ibi
vnio:vt ꝓpter vxoré relinquat hõ patrem
⁊ matré. Et ſic patet ꝙ tria ſunt in electione
ſm phm.ſ.honeſtũ:conferés ⁊ delectabile.
In hoc triplici genere ſunt bona coniugij di
ſtributa.⁊ ſunt hec bona numero tria.q: ad
hoc ꝙ matrimoniũ ſit completum:tria potiſ
ſime requiruntur.ſ.inſtitutio:vſus ⁊ fructꝰ.
Ratione inſtitutionis eſt bonũ ſacraméti.ra
tione vſus debiti eſt bonũ fidei. rõne fructꝰ
ꝯferentis eſt bonũ prolis.

## ¶ De impedimentis matrimonij i generali.

### Sectio lv.

Irca impedimenta matrimonij:q:
c frequenter occurrunt:eſt ſpecialit̃
inſiſtendũ. De quibus eſt tenendũ:
ꝙ quedá ſunt que impediũt ex ꝯgruitate.ſi
cut eccleſie interdictũ:⁊ feriarũ tempus. Et
iſta dicuntur impedire contrahendũ:ſed nõ
dirimere iam ꝯtractũ. Quedá impediũt de
neceſſitate.q: nõ ſtat cum eis matrimonij ſa-
cramentũ. Unde ſic impediũt matrimoniũ
contrahendũ:ꝙ etiam dirimunt iam cõtra-
ctum. Hec autem ſunt numero.xij. que ver
ſibus iſtis continent̃. Error:conditio:votum
cognatio:crimen. Cultus diſparitas:vis:or
do:ligamen:honeſtas. Si ſis affinis:ſi forte
coire nequibis. Hec ſocianda vetant cõnu-
bia:iuncta retractant. Tria ſunt ex parte cau
ſe efficientis:que eſt ꝯſenſus:ad quem con-
currit ratio ⁊ voluntas. Contra actũ rõnis
eſt error:contra actũ voluntatis eſt vis ſiue
violentia. Contra actũ vtriuſqꝫ eſt conditio
ſeruitutis:que impedit partim ꝓpter defectũ

libertatis.partim ,pter erro:e.Tria ex parte cause materialis.Ná matrimoniũ est coniunctio volũtarie introducta inter personas antea nó coniunctas.Unde coniuncti in ,ximitate ad matrimoniũ fiũt inepti.Coniunguntur aũt quidam cosanguinitate:quidam affinitate:quidá publice iusticie honestate.q̃ ɔtrahiẗ ex spõsalibus p verba de presenti. Et sic sunt tria impedimenta.scilicet cognatio:affinitas:⁊ honestas.Tria sunt ex parte cause formalis.q: matrimoniũ est vinculum in quo est mutua potestas viri ⁊ vxoris.Hec autem potestas impeditur quando alter tradit potestatem corporis sui alij:adhuc viuente proprio.⁊ sic est ligamen.aut q: dedicauit se deo:⁊ sic est ordo.aut q: mancipauit se deo ⁊ prelato:⁊ sic est votũ.Tria aũt vltima sunt ex parte cause finalis. Nam matrimonium est ad procreandam ,lem ad cultũ dei.vel saltem in remedium tempestatis.Contra rationem generandi vel remedij est impotẽtia coeundi.Contra cultũ dei qui est in fide:est cultus dispitas.Contra cultũ dei qui est in moribus:est criminis enormitas. ¶ Circa impedimentũ qđ ,uenit ex errore attendendum est:q: error potest esse circa personam: ⁊ circa ,prietates psone. Error circa psoná consensum tollit ⁊ matrimonium impedit.vt si credit consentire in mariá de qua cogitat sensu interiori:consentit in margaretá que offertur sensui exteriori.Si autem sit error circa ,prietates persone:nó propter hoc matrimoniũ impendiẗ.vt si credat accipe diuitẽ ⁊ nobilẽ:quá postea deprehẽdit ignobilem et pauperẽ.De ,prietatibus aũt persone excipiẗ cõditio seruitutis:que impedit matrimoniũ contrahendũ:⁊ dirimit iam ɔtum. Circa quod nota q: triplex potest esse error conditionis.s.paris:vt cũ seruus credit accipere liberá ⁊ accipit ancillá:talis error non impedit.Aut cõditionis melioris.vt cum.s. credit accipere ancillá ⁊ accipit liberam.nec iste error impedit.Aut conditionis deterioris. vt cum credit accipe liberá cum sit liber:⁊ accipit ancillam.talis impedit ɔtrahendũ:⁊ dirimit iam ɔtractũ.nisi velit in eam libere cõsentire. ¶ Circa votũ nota diffinitionẽ Hugonis.Uotũ est testificatio promissionis facte spontanee:que deo ⁊ de his que deo ptinent fieri debet.Item aliter diffinitur.Uotum est melioris boni ɔceptio:cũ deliberatõne formata. Est aũt duplex votũ.s. simplex ⁊ solẽne.Simplex ẽ in quo nõ est in prelatum translata potestas.impedit ɔtrahendũ s; nõ dirimit iam ɔtractũ.Solẽne votũ est qđ solẽnizaẗ ordinis sacri susceptione. ,fessionis emissione.habitus ,fessoꝝ assumptõe:cum alijs que ostendunt hoiem ,fessum:ipedit ɔhendũ ⁊ dirimit iam ɔtum.Circa crimen nota q: in septẽ generibus criminũ denegaẗ ɔnubiũ.Primũ est adulterium cu; occisiõe mulieris seu vxoris.s.fidei datione de ducẽda vxore adultera ,pria defuncta.vel cũ cõtractione de facto.Scđm est incestus.Tertiũ est raptus sponse alterius.Quartũ est de eo qui insidiás matrimonio filiũ suũ đ sacro fonte leuauit.Quintũ est de eo qui occidit psbiteꝝ.Sextũ ẽ de eo q occidit ,priá vxorem sine persequendo culpá adulterij.siue psequendo psonam rõne odij.Septimum ẽ solẽniter penitẽs.In omnibus istis dispensatur preter q̃; in primo quod respicit determinatá psonam.Nam adulterium cum vxoricidio vel cũ fideidatione:vel ɔtione de facto respectu illius psone impedit contrahendũ ⁊ dirimit iam ɔtum. ¶ Item impotẽtia naturalis coeundi si est tpalis non impedit. Si est perpetua impedit ⁊ dirimit si pcedit mr̃imoniũ.Si autẽ sequaẗ mr̃imoniũ nõ dirimit.Sic etiá de sectis diciẗ. ¶ Ordo sacer triplex impedit ɔhendum ⁊ dirimit iam cõtractũ.Minores ordines neutro mõ si voluerit ordinat⁹ ecclesie deseruire. ¶ De cultus disparitate nota q: ifidelis diciẗ aliqñ q: caret fide:nõ tñ fidei sacramento:vt heretica baptizata:talis disparitas impedit ɔhendum:⁊ nõ dirimiẗ iam ɔtractũ.Aut est infidelis carens fidei sacramẽto.⁊ talis disptas

impedit ⁊ dirimit.etiam ſi mulier ſit fidelis: q: caret baptiſmo qui eſt ianua ſacramentorum. ¶ Circa vim ſiue violentiam tene ꝙ coactio poteſt fieri vi ſiue metu. Vis eſt maioris rei impetus qui repelli nõ poteſt. vt cũ quis capitur:trahit:ligat.:talis vis impedit ⁊ dirimit. Metus eſt inſtantis periculi trepidatio. Metus autem eſt duplex.ſ.leuis ⁊ iuſtus. Leuis eſt qui non cadit in ꝯſtantez virum. vt qñ parua eſt ꝯminatio:vel ꝑ hoiem parua potentẽ. Coactio per hunc modũ ſiue metus nõ dirimit nec impedit. Juſtꝰ metus eſt qui poteſt cadere in conſtantẽ virum. vt qñ veriſimile eſt ꝙ malũ inferet qui minatur.⁊ talis coactio tollit ꝯſenſum:⁊ ſm iura impedit matrimoniũ ⁊ dirimit iã ꝯtractum. ¶ Circa ligamẽ nota ꝙ quantũcũqz fiat diuortiũ inter coniuges ꝓpter crimẽ adulterij quantũ ad thoꝝ ⁊ cohabitatõnem:manent perſone ſic ſepate innubiles cũ alijs.cũ inter eos q̃zdiu vixerint ambo:permaneat indiſſolubile vinculũ ⁊ ligamẽ. ¶ Circa honeſtatem publice iuſticie nota:ꝙ qui ꝯtrahit ſponſalia cum aliqua poſt ſeptennium:⁊ decedit ante conſummatum matrimoniũ:ex tali honeſtate retrahuntur ꝯſanguinei ſponſi defuncti a contractione matrimonij cum relicta.et hec honeſtas impedit ꝯtrahendum ⁊ dirimit iam contractum.

¶ De impedimentis affinitatis ⁊ cognationis in ſpeciali.⁊ primo de affinitate.

Sectio lvi.

De duobus impedimentis q̃ reſtant ſpecialiter eſt videndũ.ſ.de affinitate ⁊ cognatõe. Et primo de affinitate. Circa quã primo eſt notanda triplex differentia. Secundo notanda eſt triplex notula. ¶ Differt ergo primo inter eſſe affinem et ꝯſanguineuz. Cõſanguinitas enim venit carnis ꝓpagatione. Affinitas aũt ex carnali cõmixtione. preſuppoſita ꝯſanguinitate q̃ diffinitur ſic. Affinitas eſt ꝓximitas ꝑſonarũ ex carnali copula ꝓueniens omni carens parentela:quantũ eſt de ſe:ſupple. Unde ſi qs cognoſcit mulierẽ efficit affinis oĩbus conſanguineis mulieris:⁊ econtra. Scdo differt inter affinitatem:genus ⁊ gradus. Nã genus attendit ſm plurificatõem cõmixtionis carnis. Gradus vero ex parte ſanguinis ⁊ propagationis. Ppter qd dicebat antiquitus. Mutat nupta genus:ſed generata graduz. Erant enim quoddã tria genera affinitatis. Primum erat ex conſanguinitate ⁊ prima carnis cõmixtione. Verbi gratia.ſi frater tuus contraxit cũ maria:illa erat tibi affinis in primo genere. Scdm erat ex affinitate ⁊ ſecunda carnis ꝯmixtione. vt ſi maria mortuo fratre tuo ꝯtraxit cum martino:ipſe erat tibi affinis in ſecundo genere. Tertiũ erat ex ſecunda affinitate ⁊ tertia carnis cõmixtiõe. vt ſi martinus defuncta maria cõtraxit cũ guillota.ipſa guillota erat tibi affinis in tertio genere. Et ſic nupta mutabat genus . generata vero ſiue propagata mutabat gradum. Nã ſi maria mortuo fratre tuo ex martino filiaz generaſſet.illa filia fuiſſet tibi affinis in ſcdo gradu quaſi neptis:⁊ non in ſcdo genere. Hodie vero ceſſant illa tria genera:preter primum.⁊ filia generata ex cognata tua ex alio viro nihil dicetur tibi attinere. Et ſic tertio differt vtrũ mulier affinis generet ex conſanguineo vel extraneo. Nam ſi generet ex ꝯſanguineo ꝓles genita attinet tibi gradu cõſanguinitatis. Si vero ex extraneo:attinet tibi proles genita gradu affinitatis:vt dictum eſt ſm iura antiqua. Scdm vero iura moderna nihil tibi attinet proles illa. His viſis tres notule ſunt ponende. Quarum prima eſt ꝙ in primo genere affinitatis nõ licet cõtrahere vſqz ad quartum graduz incluſiue. ſicut ⁊ de conſanguinitate dicitur. Si autem quartũ gradum velis agnoſcere:recurre ad perſonã mediante qua affinitas eſt ꝯtracta:⁊ quoto gradu diſtat ab illa:tanto gradu diſtat a ꝑſona cui ẽ affinis:vt ſi ꝯiſti cũ muliere factus es affinis ꝯſanguineis mulieris.et quoto gradu aliqs eſt ꝯſanguineus mulieris tue:toto gradu eſt tibi affinis.⁊ ſi attinet ſibi

in quarto gradu ↄsanguinitatis:attinet tibi
in quarto gradu affinitatis. Et sicut nō licet
vxori tue ↄtrahere cū tali:ita nec tibi. Scđa
est ꝙ ex quo affinitas est ↄtracta:mortua per
sona mediāte qua est ↄcta nihilominus ma-
net.q: sicut vinculū ↄsanguinitatis est ꝑpetu
um sic etiā affinitatis. Tertia est ꝙ affinitas
nō solū contrahit per coitum coniugalē:sed
etiā ꝑ fornicatoriū.

¶ De cognatōe triplici. Sectio lvij.

Equit videre de cognatione q̄ disti
guitur triplex.s.carnalis:spūalis ꝛ
legalis. De singulis videndū est ꝑ
ordinem. Et primo de carnali. Circa quā p̄-
mo ponenda est triplex diffinitio. Ergo vi-
dendum est qd sit ↄsanguinitas:ꝛ quō diffi-
nitur. Scđo adiungenda est triplex notula.
¶ Primo ↄsanguinitas est vinculū ꝑsonaꝝ
ab eodem stipite descendentiū carnali ꝓpa-
gatōe contractū. Scđo videndū est qd sit li
nea. Linea est ordinata collectio ꝑsonaruꝫ cō
sanguinitate coniunctaꝝ ab eodē stipite de-
scendentiū diuersos gradus continēs. Et q:
ordo pōt attendi quantū ad id qđ est sup̄. vl
ad id qđ est infra. vel ad id qđ est iuxta. tres
linee assignant. Quedā ascendentiū. in qua
sunt gradus isti. p̄r ꝛ mater:auus ꝛ auia. pro
auius ꝛ ꝓauia. abauus ꝛ abauia. atauꝰ. ꝛ ata
uia. Quedā est descēdētiū:in q̄ sunt filius ꝛ
filia. nepos ꝛ neptis: ꝓnepos ꝛ ꝓnepotis. ab
nepos ꝛ abneptis. atnepos ꝛ atneptis. Que
dā ē trāsuersaliū. i q̄ sūt duo frēs. filij duoꝝ
fratrū. nepones duoꝝ fratꝝ. Tertio vidēdū
est qd sit gradus. Gradus est habitudo ꝑso
naꝝ distantiū q̄ cognoscit quota generis dif
ferentia due ꝑsone differūt seu distāt int̄ se.
¶ Nūc ponende sunt tres notule. Quaruꝫ
prima est ꝙ nō licet ↄhere cū aliqua ↄsangei
nea vsqꝫ ad quartū gradū inclusiue. Scđa ē
ꝙ toto gradu ꝑsone descendētes a stipite di-
stant a seinuicē q̄to distant a stipite. Tertia ē
ꝙ qn̄ ꝑsone inequaliter distāt a stipite. vtꝑo-
te vna in scđo gradu. alia in q̄nto:ꝙ linea cō
sanguinitatis ꝛ gradus computari debet ꝭm
differētiā ꝑsone magis remote. ¶ Circa co
gnitionem spūalem ꝑmo videndū est qd sit.
Est aūt cognatio spūalis ꝓpinquitas siue ꝓ
ximitas ꝓueniēs ex sacramentali donatione.
vel ad id tentione. Scđo vidende sunt eius
differentie q̄ sunt tres. Cōpaternitas que ē
inter p̄rez spūalem ꝛ p̄rem carnalē. P̄rni-
tas q̄ est int̄ p̄rem q susceptit ꝛ eū q suscipit
siue sit masculus siue femina. Fraternitas q̄
est inter filiū spūalē ꝛ filiū carnalē vniuersa
lit̄ ꝛ ꝑcise. nō enim se extendit nisi ad eū q su
scipit. Tertio videndū est quot modis ↄhit
q: dupliciť.s. indirecte:vt cū alter ↄiugum fit
cōpater alicuius ꝑ actū ↄiugis. Directe vt cū
aliqs fit cōpater alicuius ꝑ actū ꝓpriū:vt q̄n
do ip̄e ꝑsonaliter de fonte suscipit filiū alicu
ius. Scđm istū duplicē modū intellige istos
versus. Que mihi vel cuius mea natum de
fonte leuauit. Hec mea cōmater fieri mea
neq̄t vxor. Si qua mee natū nō ex me fonte
leuauit. Hanc post functā meā nō inde veta
bor habere. Contrahit aūt hec cognatio ꝑ
cathecismū:baptismū:ꝛ confirmationē. Sꝫ
per cathecismum adeo exiliter vt vix impe-
diat matrimoniū contrahendū. nō autem di
rimit iam contractū. Per baptismū vero et
ↄfirmationem contracta cognatio spūal' ꝭm
triplicē drn̄tiam supradictā impedit ↄhendū
ꝛ dirimit iam contractū. ¶ Mōō videnduꝫ
est breuiter de cognatōe legali. que sic descri
bit. Cognatio legalis est ꝓximitas ꝓueniēs
ex adoptōe. Triplex aūt orit cognatio ꝑ ad
optōem. Una est quasi descendentiū:que at
tendit inter adoptantē:ꝛ filiā vel neptē ado
ptatā. ꝛ inter ipsos nō pōt ↄhi matrimoniū.
Alia est quasi a latere:que attendit inter fi-
lium naturalē ꝛ filiā adoptiuam. ꝛ isti q̄ diu
sunt in potestate patris non possunt matri-
monio coniungi. emancipati vero possunt
matrimonio copulari. Alia est quesi affini-
tas quedam. que attenditur inter adoptatuꝫ
ꝛ vxorem adoptantis. vel inter adoptātem
ꝛ vxorem adoptati. Inter istas non potest
matrimonium celebrari. ¶ Nota ꝙ carna

nota

nalis cognatio sumitur penes legem natura
lem. spiritualis penes diuinam. legalis pe-
nes legem humanam. Prima respicit bonū
nature. Secunda bonum gratie. Tertia bo
num fortune. Prima corpus. secunda ani-
mam. tertia coniunctum.

¶ Incipit quarta pars que tribus sectioni-
nibus est contenta.

## ¶ De triplici differētia premij.
## Sectio primo.

POstquam visum est de bo
no inquantū tenet rationez
meriti. videndū est iam vl
timo de bono inquātum te
net rōnem ꝑmij. Circa qꝺ
breuiter sunt tria vidēda. s.
triplicis ꝑmij differētia: vie expediētia: ⁊ gau
dij sufficientia. ¶ Quantū ad primū tenen-
dum est ꝙ triplex ꝑmiū legit in scriptura. s.
ꝑmiū qꝺ dicit aureola. ⁊ ꝑmiū qꝺ dr̄ fruct⁹
⁊ ꝑmiū qꝺ dicit aurea. ¶ Aurea ē merces
in corruptibilis: ⁊ eterna veritate ⁊ bonita-
te. Comparat autem talis merces auree ꝓ-
pter tria. Aurea eni est corona de auro. Co
rona aūt debet filio regis. In q̄ etiā quatum
est in se non est reꝑire principiū neqꝫ finem.
Et materia de q̄ est. s. aurū est iter cetera me
talla maxime icorruptibile. Premio ergo qꝺ
dicit aurea ꝑmiant qui trāseūt ad regni he
reditatē: ad dei eternitatē: ad sui soliditatem
siue incorruptibilitatem. Hoc aūt premium
debet cuilibet ꝟtuti: ⁊ ꝑcipue reddit chari-
tati ⁊ alijs virtutib⁹ grā charitatis. Nā si fi-
nalis charitas amittat: illud premiū nulli da
tur. Et ꝙ ēst bonū increatū de quo ꝑcipitur
ista merces: dicit aūt nunc aurea: nūc ꝑmiuz
substantiale: nunc bonū essentiale. ¶ Aureo
la ꝟo est glīa incorruptionis ꝺm ꝓfectū triū
virium aīe vl' in carne oꝑantiū. Tres qppe
naturales potentie. s. rōnalis: irascibilis: con
cupisibilis in actus ꝑfectissimos egrediūtur
respectu carnis tribus ꝟtutib⁹ informate. s.
prudentia: tꝑantia ⁊ fortitudine. Tēperantia
habet suū ꝑfectissimū actū ⁊ difficillimū qui
est sꝑ seruare carnē suā integrā absqꝫ oi ɔta
gione veneree actiōis. qꝺ faciūt ꝟgines. rō
ne cui⁹ debet eis aureola ꝟginum. Fortitu-
do hꝫ suū actū difficillimū: quē in carne trās
figit ⁊ exercet mediante carne. vti est sustine
re mortē ꝓ iusticia ⁊ veritate. qꝺ faciūt mar
tyres. rōne cui⁹ debet eis aureola martyrū.
Prudentia quoqꝫ habet actū suū difficilli-
mū: quē trāsfigit ⁊ exercet ī carne q̄ aggūat
aīaꝫ. ⁊ hic est docere alios in fide ⁊ morib⁹.
qꝺ faciūt doctores. rōe cui⁹ debet eis aureo
la ꝑdicatoꝝ. Aureola igit ꝟginū est glīa de
incorruptione carnis attestāte incorruptione
mentis. Aureola martyrū est glīa de iuicta su
stinētia mortis vsqꝫquo aliqs perseuerauerit
vsqꝫ ad mortē ꝓ fide ⁊ iusticia patiēter. Au
reola ꝑdicatoꝝ est glīa de incorruptiōe do-
ctrine ad alterū ꝓlate ꝟbo ⁊ mente ⁊ exēplo
De hac aureola predicatoꝝ dicit. i. Thes.
ij. Que est mea spes aut gaudiū: aut corona
glīe: nōne vos ante deū. In signū huius tri-
plicis aureole debite tribus generib⁹ saluan
doꝝ premiunt in aliqb⁹ ecclesijs antiphōis
btē marie versiculi in signū aureole virginū
Antiphonis beati pauli aplī pro predicatori
bus. Antiphonis beati laurentij martyris ꝓ
martyribus. Et nota ꝙ pro q̄ttuor dat ma-
ximis q̄ dat hō iustus deo: ab eo recipit q̄t-
tuor dona maxima. Nā pro bona voluntate
informata charitate recipit aureaꝫ. Pro bo
na doctrina fidei ⁊ morū: recipiunt ꝑdicato-
res aureolā. Pro sustinentia mortꝭ recipiūt
martyres suam. Pro incorruptione carnis
virgines habent suam aureolā. ¶ Premiū
qꝺ dicit fructus attendit ꝺm vnū predictoꝝ
scꝫ ꝺm cōtinentiam virginalē. Et diuersifica-
tur fructus ꝺm ꝙ diuersificat cōtinentia. Est
eni continentia ɔiugalis abstinēs se ab oi co
itu illicito: non tm̄ ab omni coitu. Huic respō
det fructus tricesim⁹: in quo est denarius q̄
eterna significat: ⁊ ternarius triū bonoꝝ ɔiu
gij. s. prolis: fidei: ⁊ sacramenti: q̄ ad denariū
referunt. Est ɔtinentia vidualis abstinēs se
ab omni coitu in carne corrupta respectu tē.

poꝛis ⁊ persone a posterioꝛi tm̄.cui respõdet
fructꝰ sexagesimꝰ. In quo est denariꝰ eterna
significãs. ⁊ senariꝰ operū.in quibꝰ pꝛopter
denarium eternoꝝ debent vidue exerceri ƀꝫ
aplm̄.i.Thim̄.v. Quoꝝ operū pꝛimum est
reddere pentibus vicē. Scõm est instare ob
secrationibus ⁊ oꝛonibꝰ. Tertiū ē filios edu
care. Quartum pauperes hospitio recipere
Quintū sctõꝛū pedes lauare. Sextū tribula
tionem patientibus subministrare. Est tertio
cõtinētia ꝟginalis abstinēs se in carne incoꝛ
rupta respectu cuiuslibet tempoꝛis ⁊ ꝑsone
ab omni coitu.cui rn̄det fructꝰ centesimꝰ:q
cõstat ex denario in se ducto. Iste qdē cõpe-
tit virginibus:q̄ in terra manentes angelicā
ducūt vitā. ⁊ tm̄ interiꝰ sibi vacāt ꝓpter eter
num bonū:qð est denariū in se ducere. Ca-
stitas ꝯiugalis bn̄ excolit terrā suā. vidualis
melius. ꝟginalis optīe. Et nota ꝙ cū ꝟgitas
sit in carne coꝛruptibili:perpetue icoꝛruptio
nis meditatio:virginitas tria dicit. Pꝛimuꝫ
est abstinentia ab omni coitu illicito. Secun
dum est abstinētia ab omni coitu licito. Ter
tium est integritas mentis ⁊ carnis. Quan-
tum ad pꝛimū dicit habitū ꝟtutis. huic debe
tur aurea. Quantū ad scõm dicit ꝟtutis sta-
tum.huic debet fructꝰ centesimꝰ. Quātū ad
tertiū dicit decoꝛē:huic debet aureola. Fru-
ctus autem in virginibꝰ determinat an̄ se au
reolā. Aureola ꝟo pꝛesupponit aureā. Uo-
luntati eni continēdi pꝛopter deū debet au-
rea.sed cū addit in carne incoꝛrupta: supad
dit ei aureola.q: sic est ꝯtinētia in suo sũmo.
Ulterius cū addit: respectu cuiuslibet tpis
Bern̄. in epistola. Cernitur in nōnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus. virtutum aut nullus aut exiguus. ¶ Idē in ser. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus tuis domine: qui videnť regere populū tuū. non est iam dicere vt populus sic sacerdos. q: nec sic populus vt sacerdos. heu heu domine deus. q: ipsi sunt in persecutione tua p̄mi: qui videntur in ecclesia tua primatū diligere: regere principatum. ¶ Idem de ꝯtemptu. In multis multipliciter regnat fornicatio: qui puritatis auctori impuro corde ⁊ corpore ministrantes nō vereנť stare ante angelum dei qui secet medios ⁊ disperdat: sed oīno audent agni immaculati sacras contingere carnes: ⁊ intingere ⁊ sanguine saluatoris manus nepharias quibus pauloante ꝓhdolor meretrices attrectarunt. sic ⁊ altaria circuiret: sic ⁊ ecclesias frequentare: psalmos decantare: cū eiusmodi laus sit execrabilis: ⁊ oratio fiat in peccatum.

¶ De clericis.

Capitulum xxij.

Grego. in ome. Clericus admonendus est: quatenus sic viuat vt exemplū vite secularibus ꝓbeat. ¶ Idē in regis. Nec vnq̄ȝ hi qui ordinati sunt pareant: ꝓuideri debet quales ordineנť. vt prius aspiciatur si vita eoꝝ continens in annis plurimis fuit. si studiū lectōis. si elemosyne amorem habuerint. ¶ Idē. Proculdubio deus offenditur si ad sacros ordines quisq̄ȝ nō ex merito sed ex fauore q̄ꝺ absit aut venalitate ꝓuehiť. ¶ Ideȝ. Qui post acceptū sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit sacro ordine ita careat: vt ad altaris ministeriū vlterius non accedat. Isido. in li. etymo. Cleros grece: sors vel hereditas dicitur ꝓpterea ergo dicti sunt clerici: q: de sorte sunt domini. vel quia domini patrem habent.

Hiero. in epistola. Clerici vita christi debet ornari ecclesia. ¶ Idem. Negociatoreȝ clericū: ⁊ ex inope diuitem factum: ex ignobili gloriosum: quasi quandam pestem fuge. ¶ Idem procuratores atqȝ dispēsatores domorū: alienarum: atqȝ villarum quomodo possunt esse clerici. qui proprias iubenť contemnere facultates. ¶ Idem. Ita age ⁊ viue in monasterio vt clericus esse merearis. vt adolescentiam tuam nulla sorde cōmacules. vt ad altare christi quasi virgo de thalamo procedas. ⁊ habeas de foris bonum testimonium. Femineqȝ nomen tuū nouerint: vultum nesciant: Ambro. in epistola. Tu quicūqȝ in clero es domini portio eis ⁊ possessio eius: noli recedere de domini tui possessione. vt dicas domino. possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee: et ille tibi quasi bono seruo dicat. transi ⁊ recūbe. Augustinus de singularitate cleri. Cū christus agnus innocens: immo ipsa celestis innocentia q̄ꝺ est verius: totum se contempserit pro ecclesia. vt eam sine macula vel vlla ruga redderet illibatam. qualis est ille clericus cui ad hoc sponsa christi cōmittitur: vt pro vnius femine amore culpari totaȝ ecclesiam patiatur. Ioh. Chryſ. sup Mat. Laici delinquentes facile emendantur: clerici autem si semel euaserint inemendabiles sunt. Bern̄. de contemptu. Ve ve in domo dei horrendum videmus. Quid. Idolatras ministrantes. Mentior si non idolorū seruitus auaricia est. Si nō quibusdam etiā venter suus: factus est deus suus. Quod enim quisqȝ pre ceteris colit: id sibi deum constituisse perhibetur. ¶ Idem. Res pauperū nō pauperibus dare par sacrilegio cri

men eſſe dinoſcitur. Sane patrimonia pauperum facultates ſunt eccleſiarum: ⁊ ſacrilega eis cupiditate ſurripitur quicquid ſibi miniſtri ⁊ diſpenſatores: non vtiq̄ȝ domini vel poſſeſſores vltra victum accipiunt ⁊ veſtitum. Idem in ſermo. Dilatata videtur eccleſia ⁊ ipſe clericalis ſacratiſſimus ordo: ſuper numerum multiplicatus eſt. verum ⁊ ſi multiplicaſti gentem domine non magnificaſti leticiam: dū nihil minus appareat defeciſſe meriti q̄ȝ numeri acceſſiſſe. ❡ Multa infra li. iij. in capitulo de familiaritate.

❡ De beneficiatis.

Capitulum xxiij.

Grego. in regis. Sic eccl'ia ꝓprias res amittere nō dȝ. ita eam rapacitatis ardore alienas īuadere non opȝ. ❡ Idem. Laudabile ſtudiū ⁊ conueniens ē clerico ⁊ religioſo terrenis gratiā deo pacē preferre compendijs. ⁊ ex rebus tranſitorijs māſura ſp̄ charitatȩ lucra mercari. ❡ Idem loquens de illo verbo iohannis. vi. Amen amen dico vobis: queritis me nō q̄ꝛ vidiſtȩ ſigna: ſed q̄ꝛ ex panibus meis manducaſtis ⁊ ſaturati eſtis. Per eorum perſonā dn̄s illos intra ſctām eccleſiaȝ deteſtat̄: qui per ſacros ordines ad dn̄m propinquātes: nō in eiſdem ordinib⁹ virtutū merita: ſed ſubſidia vite preſentis exquirūt. nec cogitant qd bn̄ viuendo imitari debeant: ſed q̄ ꝯcupiſcendo cōpēdia ſortiant̄. Aug. i ep'la. Si priuatim que nobis ſufficiant poſſidemus: nō ſunt illa noſtra ſed pauperum: quoꝝ procurationē quodāmodo gerimus: non proprietatē nobis vſurpatione dānabili vendicamus. Augu. de ꝟbis dn̄i. Clericus ſi nō cōtētus ſtipēdijs fuerit que de altario dn̄o iubēte conſeruit̄: ſed exercet mercimonia: interceſſiones vendit. munera libenter amplectitur. hic negociator magis poteſt videri q̄ȝ clericus. Bern̄. ſuper cantica. Timeant clerici: timeāt miniſtri eccleſiaꝝ dei: qui in terris ſanctoꝝ quas poſſident tam iniqua gerunt. vt ſtipēdijs que ſufficere debeant: minime ꝯtenti: ſupflua quibus egeni ſuſtentandi forent impie ſacrilegeq̄ȝ ſibi retinent: ⁊ in vſus ſue ſuperbie atq̄ȝ luxurie victum paupeꝝ cōſumere nō verent̄. duplici profecto iniq̄tate peccantes: eo q̄ꝛ ⁊ aliena diripiūt: ⁊ ſacris in ſuis vanitatibus ⁊ turpitudinibus abutuntur. Idem in epiſtola. Honores ⁊ dignitates eccleſiaſticas nō ignoro deberi his qui eas digne ⁊ ſm̄ deū adminiſtrare ⁊ velint ⁊ poſſint. ⁊ infra. Nec cuiq̄ȝ vel adulto plures in pluribus eccleſijs habere licet. niſi diſpenſatorie quidē ob magnā vel eccl'ie neceſſitatem: vel perſone vtilitatē.

Idē. Quicquid preter neceſſariū victum ac ſimplicem veſtitū de altario retines: tuū non eſt: rapina eſt: ſacrilegium eſt. Idem. Conceditur tibi vt ſi bene deſeruis de altario viuas. non autem vt de altario luxurieris. vt de altario ſuperbias. vt inde compares tibi frena aurea: ſellas depictas. calcaria deaurata: varia griſeaq̄ȝ pellicea. Idem de contemptu. Ve ve tibi clerice. mors i olla: mors in ollis carnium. mors in delicijs eſt. non modo q̄ꝛ ſecus introitum delectationis poſita eē cognoſcitur. ſed ob id maxime: q̄ꝛ populi peccata conſtat eſſe que cōmedis. ac ſi propria tibi minus ſufficere viderētur. ſollicitus eſto tanq̄ȝ redditurus rationem. dignos pro eis gemitus fundere: dignos agere penitētie fructus. ❡ Idem. Quando poterit neceſſarijs eſſe contentus qui eo animo introiuit: vt ſtipendia clerici in vſus voluptatis: curioſitatis ⁊ vanitatis congreget: ſeruet ⁊ expendat: triplex eſt ergo funiculus qui difficile rumpitur: hominem miſerum in perniciem trahit: qui impure intrat: indigne miniſtrat: ⁊ ipſo fructu abutitur temporali. Idem. Non ordinauit deus his qui euangelio ſeruiunt de euangelio querere delicias: vel ornatum. ſed viuere: vt ait paulus: ex eo vt videlicet ſint contenti alimenta corporis. non gule irritamenta vel incentiua libidinis habere. ⁊ quibus tegantur: non quibus ornētur accipere. ❡ Idem. De altario inquit ap'ls viuat: non ſuperbiat: non luxurietur: deniq̄ȝ non ditet̄.

non contra sancti cuiusqꝫ plane dignam om ni acceptione sententiam ex clericatu ditior fiat. non sibi de bonis ecclesie ampla palacia fabricet: mutans quadrata rotundis: nec loculos inde congreget: nec in vanitate aut superfluitate dispergat. non extollat de facultatibus ecclesie consanguineos aut nepotes: ne filias dixerim.

¶ De ambiciosis.

Capitulum xxiiij.

Gregorius in registro. Sicut is qui invitatus renuit: quesitus refugit: sacris est altaribus admouendus. sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit é proculdubio repellendus. Idem. Verecundum nobis est ꝛ dicere pudet: qꝫ sacerdotes sibi ducatum arripiunt qui exordium religionis militie non viderunt. Idem. Ordinate ad ordines accedendum est. Nam casuꝫ appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta ascensum querit. Idem in pasto. Nulla ars doceri presumitur nisi prius intenta meditatione discatur. ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur: quando ars artium est regimen animarum. Idem. Osee. viij. Ipsi regnauerunt ꝛ non ex me: principes extiterunt: ꝛ non cognoui. Gregorius. in pastora. Ex se nanqꝫ ꝛ non ex arbitrio summi creatoris regnant hi qui nullis fulti virtutibus nequaqꝫ diuinitus vocati: sed sua cupiditate accensi culmen regiminis rapiunt potius qꝫ assequuntur. Idem. Sacrum officium non solum non diligit omnino: sed nescit: qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis ceterorum subiectióe pascitur: laude propria letatur. ad honorem cor eleuat: rerum affluentium abundantia exultat. Idem. Nescit laudem cum suppetit fugere: qui ad hanc didicit cum deesset anhelare. Idem. Quod dicere pudet. supra in capitulo de prelatis malis. Isido. de sum. bo. Qui regimen sacerdotum contendit appetere: ante se discutiat si vita honori sit congrua. qꝫ si non discrepat humiliter ad id ad quod vocatur accedat. reatum quippe culpa geminat si quis cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Idem. Qui ad hoc cóuersionem sanctitatis pretendit: vt alijs quádoqꝫ pesse possit. iste nó discipulus christi: sꝫ prauitatis ꝛ antichristi sectator existit. qꝫ non pro deo sed pro seculi honore portare studet crucis christi contumeliam ꝛ laboreꝫ. Augustinus de ci. dei. Locus superior sine quo regi populus nó potest etiaꝫ si teneatur ꝛ administretur vt decet: tamen indecenter appetitur. Idem de trinitate. Homines diabolum tanto magis imitantur: quanto magis neglecta vel etiam perosa iusticia: potétie student. eiusqꝫ vel adeptione letantur. vel inflámantur cupiditate. Ambro. super Lu. Si dominus iesus propria deseruit: tu aliena curqueris. Si creator omnium seculi gloriá subeunde paupertatis virtute contempsit. cur cũ fastidias ad quod nat[9] es: appetas quod indebitum est. cur ea que ad vsum tibi diuturna esse non possunt. ad supplicium diuturna deposcas. Caue isidias: caue fraudes. Idem. Ordinatio mundi a deo: opa mũdi a diabolo. ita etiam a deo potestatum ordinatio: a malo ambitio potestatis. Idem Sepe quos vicia nulla delectant. quos nulla potuit mouere luxuria: nulla auaricia subuertere: facit ambitio crim nosos. habet eniꝫ forensem gratiam: domesticum zelus: ꝛ vt dominetur alijs prius seruit. Bern. de consideratione. O ambitio ambientiuꝫ crux: quomodo omnes torquens omnibus places: nil acerbius cruciat: nil molestus inquietat: nil tamen apud miseros mortales celebrius negocijs eius. An non limina apostoloruꝫ plus ambitio qꝫ deuotio terit. Idem sup Missus. Quotiens hominibus preesse desideror: totiens deũ meũ preire ptendo: ꝛ tunc vere non sapio ea que dei sunt. Idem. Vide as homines pecuniosos ad honores quosqꝫ ecclesiasticos peruolare: moxqꝫ applaudere sibi sanctitatem: vestium dumtaxat mutatio-

ne: non mentium. ⁊ dignos se estimare digni
tate ad quam ambiendo peruenerunt. quod
qꝫ: si audeo dicere: adepti sunt nimis attri-
buere meritis. ¶ Idem super canti. O vti-
nam prelati tam vigiles reperirentur ad cu-
ram: qꝫ alacres currunt ad cathedrã. ¶ Idẽ
Non probe satis preesse affectas quibus ꝓ
desse non curas. ⁊ quorum non zelas salutē:
subiectionem nimis ambitiose vendicas ti-
bi. ¶ Idem in ep̃la. Ambitio mater hypo-
crisis: latebras amat: ⁊ tenebras querit lucis
impatiens. Ambitio spurcum viciū in imo
iacet: videt tamen omne sublime. sed videri
ipsa refugit. nec mirum optato nanqꝫ neces-
se est careat nisi caueat arbitros. ¶ Idem.
Curritur in clero passim ab omni etate ⁊ or
dine, a doctis pariter ⁊ indoctis ad ecclesiasti
cas curas tãqꝫ sine curis quisqꝫ victurus sit
cum ad curas peruenerit. ¶ Idem super.
Qui habitat. Radix iniquitatꝫ ambitio: sub
tile malum. secretum virus. pestis occulta:
doli artifex: mater hypocrisis: liuoris parẽs
viciorum origo: criminis fomes: virtutū eru
go: tinea sanctitatis: excecatrix cordium. ex re
medijs morbos creans. generans ex medici
na languorem. ¶ Idē. Omnes que sua sūt
querunt: non que iesu christi. ipsa quoqꝫ eccle
siastice dignitatis officia in turpem questum:
⁊ tenebrarum negocia transferre. nec in his
animarum salus: sed luxus queritur diuitia-
rum. propter hoc tondentur. propter hoc fre
quentant ecclesias. missas celebrãt: psalmos
decantant: pro episcopatibus ⁊ archidiaco-
natibus hodie decertatur: vt ecclesiarū red
ditus in superfluitatis ⁊ vanitatis vsus dissi
pentur. ¶ Idem de contemptu. Illius vndi
qꝫ circuit sedulus explorator: blanditur: obse
quitur: simulat ⁊ dissimulat: miseraqꝫ sibi suf
fragia mendicare non erubescit. manibus ⁊
pedibus repens. si quomodo tandem se in-
gerere queat in patrimonium crucifixi: ⁊ bo
na domini que sola ex omnibus inueniuntur
exposita. nimirum peregre profectus est. sed
in plenissimo die vt sua districte repetat redi
turus. ¶ Idem. Vniuersos in ordinibus ec
clesiasticis ceterisqꝫ ad sanctuarium pertinẽ-
tibus honorem querentes proprium: aut di-
uitias: seu corporis voluptatem. postremo q̃
sua sunt: non que iesu christi: manifeste pror-
sus ⁊ indubitanter non ea que deus est chari
tas sed aliena a deo ⁊ omnium radix malo-
rum cupiditas introducit. ¶ Idem. Poten
tes potenter tormenta patientur. Ascendat
superbia tua semper: sequere regem tuum.
omne sublime videant oculi tui. festina mul-
tiplicare prebendas: inde ad archidiacona-
tum euola: deinde aspira ad episcopatū. nec
ibi quidem requiem habiturus. quoniam sic
itur ad astra. ¶ Idem in sermo. O peruer-
sitas: o abusio filiorum adam. qui cum ascen
dere difficillimum sit: descendere autem fa-
cillimum: ipsi ⁊ leuiter ascendunt: ⁊ descen-
dunt difficilius. parati ad honores: ad celsi-
tudines graduum ecclesiasticorum. ipsis eti-
am angelicis humeris formidandos. ¶ Idẽ
Curritur passim ad sacros ordines: ⁊ reue-
renda quoqꝫ ipsis spiritibus angelicis my-
steria homines apprehendunt sine reueren
tia: sine consideratione. neqꝫ enim signum re
gni celestis occupare: aut illius timent impe-
rij gestare coronam. in quibus auaricia re-
gnat: ambitio imperat. sedet iniquitas. luxu-
ria dominatur. superbia principatur.

¶ De studentibus.

Capitulum xxv.

g Rego. in mora. Idcirco nonnunqꝫ
studiosus tarditate intelligentie pre-
mitur: vt eo maiora premia retribu
tionis inueniat quo magis in studio inuen-
tionis elaborat. ¶ Idem. A feruore mentis
vel inter spiritales inimicos: vel inter carna-
les quosqꝫ proximos ipsi aliquo modo vi-
uendi vsu veterascimus. ⁊ assumpte nouita
tis speciem fuscamus. a qua tamen vetusta-
te quotidie si studia circunspectionis inuigi-
lent orando: legendo: bene viuendo renoua
mur. ¶ Idem super Ezech. Qui idcirco in

sacro eloquio ea que dignitatis sunt contem
platur: vt per hoc quod itelligit occupari ad
questiones possit: q: non dulcedine quesite
veritatis sanari appetit: sed doctus videri.
iste nimirum intellectus sui pennas desuper
non extendit. ¶ Idem. In verbis sacri elo-
quij iste debet studij nostri ordo seruari. vt
hec ideo cognoscamus quatenus de iniqui-
tate nostra compuncti ⁊ cognoscentes mala
que fecimus ipsa vitemus ne alia faciamus.
⁊ cum iam ex magno vsu lachrymarum de
peccatorum remissione ceperit esse fiducia:
per verba dei q̄ intelligimus ad vitā quoqʒ
⁊ alios trahamus. ¶ Idem in pasto. Valde
inter humana verba cor nostruʒ defluit. cum
qʒ indubitanter constet ꝙ exterius occupa-
tionum tumultibus impulsum a semetipso
corruat: studere incessabiliter debet vt per
eruditionis studium resurgat. ¶ Idem in re
gis. Dum his quibus edificamur initimur:
locum sine dubio deceptionis excludimus.
Heronymus in origi. super mich. Non
estimes in eo te placere deo si sermones. id
est scripturas illius legas. tunc enim scriptu-
re prosunt legenti: si quod legitur opere cō-
pleatur. ¶ Isido. de sum. bo. Lector stren-
nuus potius ad implendum que legit q̄ʒ ad
sciendum erit promptissimus. minus enim
pena est nescire quod appetas: q̄ʒ ea que no
ueris non implere. ¶ Idem in syno. Disce
quod nescis: ne doctor inutilis inueniaris. an
tea esto auditor: postea doctor. ¶ Idem. In
disputatione tolle certamen: tolle pertinacem
vincendi defensionem. cede cito veritati: non
contradicas iusticie. ¶ Idem. Disputare stu
de: non superare. plus dilige audire q̄ʒ dice
re. plus auscultare q̄ʒ loqui. Augustinus
in sermone. Multos reperimus negligen-
tissimos iusticie: ⁊ auidissimos sapientie. hos
docet scriptura diuina peruenire non posse
ad id quod appetunt nisi seruando quod ne
gligunt. fili inquit concupiscens sapientiam
conserua iusticiam. ⁊ dominus prebebit illaʒ
tibi. Augustinus de ci. dei. Philosophie
est finis boni. nulla est igit causa philosophā
di: nisi finis boni. q̄ʒobrem que nullum bo-
ni finem sectatur: nulla philosophie secta di-
cenda est. ¶ Idem de trini. Nec pigebit me
sicubi hesito querere. nec pudebit me sicubi
erro discere. ¶ Idem. Quisquis hec legit
vbi pariter certus est: pergat mecum. vbi pa
riter hesitat querat mecum. vbi errorem suū
cognoscit redeat ad me. vbi meum cognoscit
reuocet me. ⁊ post. ⁊ hoc placitum primum
atqʒ tutum coram domino deo nostro cum
omnibus gratum. quia ea que scribo legunt:
⁊ in omnibus scriptis meis maxime in his
vbi queritur vnitas trinitatis patris ⁊ filij ⁊
spiritussancti. q: nec periculosius alicubi erra
tur: nec laboriosius aliquid queritur: nec fru
tuosius aliquid inuenitur. ¶ Idem de ope-
re mona. Que est ista peruersitas lectiōi ob
temperare nolle: dum vult ei vacare: ⁊ dum
id quod bonum est diutius legatur: ideo fa-
cere nolle quod legitur. Bernard9 super
cantica. Scias quo ordine: quo studio: quo
fine queqʒ nosse oporteat. Quo ordine: vt
id prius addiscas quod est maturius ad salu
tem. Quo studio: vt id ardentius quod est
vehementius ad amorem. Quo fine: vt non
ad inanemgloriam: aut propter curiositatem
aut aliquid simile: sed tantum ad tuam ⁊ pro
ximi edificationem ⁊ ad dei gloriam. ¶ Idē
Sunt qui scire volunt eo fine tantum vt sci-
ant. ⁊ turpis curiositas ē. ⁊ sunt qui scire vo
lunt vt sciantur ipsi: ⁊ turpis vanitas est. ⁊
sunt item qui scire volunt vt scientiam suam
alijs vendant. verbi causa: pro pecunia ⁊ ho
noribus: ⁊ turpis questus est. sed sunt quoqʒ
qui scire volunt vt alios edificent: ⁊ charitas
est. ⁊ item qui scire volunt vt edificentur: ⁊
prudentia est. ¶ Idem in epistola. Falleris
fili falleris si te putas inuenire apud mun-
di magistros scientiam. quam soli christi di-
scipuli idest mundi contemptores dei mune
re assequuntur. non enim hanc lectio docet:

sed vnctio. non littera sed spiritus. non eruditio sed exercitatio in mandatis dei. ¶ Idem Non recte proditur ad scientie limē: nisi iusticie germen precedat ad animam ex quo formetur granum vite: et non palea vaneglorie. ¶ Idem in ser. Pessimus mons inflās scientia. in quem tamen vsqz hodie tanta videas concupiscentia plurimos repere filiorum adam: acsi non nouerint quantū pater illorum illius montis ascensu descenderit: immo qz grauiter ceciderit. quantū tota deiecta sit et conquassata posteritas. Sene. in epistola. Tā diu discendum est quēadmodum viuas qz diu viuas.

¶ De aduocatis.
Capitulum xxvi.

g Rego. super Eze. Iustus aduocatus iniustas causas nullo modo accipit. nec verba dare pro iniusticia consentit. ¶ Idem super illud Iob. xxx. mora. De conuallibus ista rapientes: cum singula reppirissent. ad ea cum clamore currebant. In valle repertis singulis cum clamore occurrere. est sub ortis causarum occasionibus etiam pro parua stipe litigare. Augustinus de verbis domini. Usqz adeo cupiditatis inoleuit malū vt iam ex consuetudine vendantur leges: corrumpantur iura. sententia ipsa venalis sit. et nulla iam causa possit esse sine causa Bern. de consideratōe. Quotidie perstrepunt in palacio leges: sed iustiniani: non domini. ¶ Idē. Certe lex domini immaculata conuertens animas. he autē non tam leges qz lites sunt et cauillationes subuertentes iudiciū. ¶ Idē. Miror quēadmodū religiose aures tue audire sustinēt huiusmodi disputationes aduocatorum et pugnas verborum: que magis ad subuersionem qz ad inuentionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morē: et precide linguas vaniloquas: et labia dolosa claude. ¶ Idem. Aduocati sunt qui docuerūt linguas suas loqui mendaciū. diserti aduersus iusticiam. eruditi pro falsitate. sapiētes sunt vt faciant malum: eloquentes vt impugnent verum. ¶ Idem. Iniqua omnis appellatio ad quam iusticie inopia non coegit. appellare non vt graues. sed si graueris licet. ¶ Idem. Qui nō grauatus appellat: liquet: quia aut grauare intēdit: aut tempus redimere.

¶ De religionis bonis.
Capitulum xxvij.

g Rego. in regi. Expedit paruo i cō modo a strepitu causarum seruos dei quietos existere: vt et vtilitates collecte per negligentiā nō pareant. et seruorum dei mentes ad opus diuinum liberiores existāt. ¶ Idem. Sicut veraciter aduersus religiosos dicta crimina digna sunt vltōe plectenda. ita ab illatis nihilominus sunt absoluendi quando nullus eos culpe reatus astringit. Augustinus in regula. Non debent velle omnes qui paucos vident amplius non quia honorantur: sed quia tolerantur accipere. ne contingat detestanda peruersitas vt in monasterio vbi quantū possunt fiunt diuites laboriosi. fiant paupes delicati. ¶ Idē de moribus ecclesiasticis. Quis non illos miretur et predicet: qui contemptis atqz desertis mundi huius illecebris: in cōmunem vitam sanctissimam et castissimam congregati simul etatem agunt: viuentes in orationibus: lectionibus: in disputationibus: nulla superbia tumidi. nulla pertinacia turbulenti. nulla inuidentia liuidi. sed modesti: verecundi: placati. concordissimam vitam et intentissimam: in deum gratissimum munus ipi offerūt. a quo ista posse facere meruerūt. Isi. in li. ethymo. Religiosus ait Cicero: a relego est appellatus. qui retractat et tanqz relegit ea que ad cultum diuinū pertineant. ¶ Idem de sum. bono. Sancti viri funditus seculo renūciantes ita huic mundo moriūtur: vt soli deo viuere delectentur. quantoqz ab huius seculi conuersatione se subtrahunt: tanto interne mentis acie presentiā dei et angelice societatis frequentiā contemplant. Bern. super canti. Omnis in vobis qui certorū infirmi

tates tam corporum q̃z animorũ nõ solũ pa tiẽter supportat:sed insup.s.⁊ sivalz:iuuat ob sequijs.confortat alloquijs : informat consi-lijs.⁊ si hoc forsitan non potest propter disci-plinam:sollicitis saltem orationibus solacia-ri non cessat infirmos.omnis inq̃z qui talia operat̃ in vobis:bonum omnino inter fra-tres spargit odorem.¶ Idẽ.Optimũ in mo ribus dixerim.qui in nullo prorsus aut resi-stat prioribus:aut inuideat paribus : aut sub iectis vel desit in cura:vel in superbia presit. prelatis obediens:socijs congruens:subditis vtiliter condescendens.¶ Idem in epistola. Conuersare simpliciter inter fratres.deo de uotus:magistro subditus:senioribus obedi-ens:iunioribus obtemperans: angelis pla-cens:verbo vtilis:humilis corde:mansuetus ad omnes.¶ Idem in ser.Tu qui in congre gatione es bene viuis si viuis ordinabiliter: socialiter:⁊ humiliter.ordinabiliter tibi:socia liter proximo:humiliter deo.¶ Idem.Cer tum triumphati mundi testimoniũ est:si cor pus castigas ⁊ subijcias seruituti:ne pernicio sa libertate seruiat voluptati.si fletu prebeas oculos magis q̃z curiositati.si deniq̃z spiri-tuali dilectione flagrans nulli dederis animũ vanitati.¶ Idem. Quoniam spectaculum facti sumus ⁊ angelis ⁊ hominibus: semine mus hominibus exemplum bonũ per apta opera bona :seminemus angelis gaudium p occulta suspiria sancta.¶ Idẽ.In congrega tiones positus voluntates aliorum tuis volũ tatibus anteponas.vt non solũ sine querela: sed etiam cũ gratia maneas inter fratres.por tans omnes:orans pro omnibus : vt ⁊ de te quoq̃z dicatur.hic est fratrũ amator.¶ Idẽ Parum timet diabolus ieiunantes:vigilan tes:continentes.quia tam de istis q̃z de illis multos traxit in laqueum ruine.sed concor-des ⁊ vnanimiter viuentes in domo dñi:cõ-iuncti deo ⁊ sibi p vinculũ charitatis.hi dolo rem.hi timorẽ:hi liuorem diabolo ingerũt.

¶ De religiosis malis.

Capitulum xxviij.

Reg.i mora. Ex actõe.seculariũ cõ
g fundit̃ actio religiosorum.dũ illi etiã
pmittẽdo nõ s̃uãt q̃ i p̃ceptis audiũt ⁊ isti viuẽdo ea custodiũt:i qb⁹ neq̃ q̃z legali bus mãdatis astringunt̃.¶ Idẽ.Sepe nõnul li p̃uitatis apte vias desert.sctitatis hitũ sumũt. morq̃z vt p̃ma limia bñ viuẽdi ꝯgruerint: obliti.qd fuerit:affligi iã p pniã de ppetratis neqtijs nolũt.laudari aũt de ichoata iusticia appetũt.p̃esse ceteris melioribus cõcupiscũt. q̃s plerũq̃z dũ iuxta votũ p̃ns p̃spitas seq̃t. mlto q̃z pri⁹ fuerãt de sctitatis hitu peiores fi unt.¶ Idẽ.Praui hoĩes cultũ religiõis as-sumũt:⁊ bonorum vitã sub despectis vestib⁹ ini qs morib⁹ p̃mũt.¶ Idẽ sup Eze.Sepe q̃s-dã videm⁹ ad vocẽ p̃dicatõis q̃si ex ꝯuersio ne cõpũctos habitũ non aiũ mutasse: ita vt religiosã vestẽ sumerẽt.s̃ aña acta vicia non calcarẽt.¶ Aug.in caplo de ira. Melior ẽ. ¶ Idẽ de ope mona. Qui verã oñdit cor-poris ĩfirmitatẽ hũane tractãd⁹ ẽ:q̃ aũt falsã p̃tẽdit ⁊ ꝯuinci nõ põt deo dimittendus est. ¶ Idẽ.Utinã isti q̃ vacare volũt mãib⁹ oĩ-no vacarẽt ⁊ liguis.neq̃z.n.tã mltos ad imi tationẽ iuitarẽt si eis nõ tm̃ exẽpla pigra:sed etiã muta p̃põerẽt.¶ Idẽ in epla. Ex q̃ deo seruire cepi:quõ difficile sũ exp̃t⁹ meliores q̃z q̃ in mõasterijs p̃fecerũt.ita nõ sũ exptus peiores q̃z q̃ in mõasterijs ceciderũt.¶ Isi. de sum.bo. Atrocit̃ in discussiõe diuini iudi-cij arguẽdi sũt:q̃ q̃d p̃fessiõe spopõderũt:ope iplẽ ꝯtẽpserũt.¶ Bern.sup missus. Illã q̃ seculũ des̃uim⁹hũilitatẽ deserẽtes:dũ post h̃ cogimur icepta denuo sectari studia seclariũ: cães efficimur reuertẽtes advomitũ.¶ Idẽ Uideo:q̃d magis doleo:post sp̃etã secli põ-pã nõnullos i schola hũilitatis supbiã magis addiscẽ.ac sub alis mitis hũilisq̃z mgr̃i g̃ui⁹ i-solescẽ.⁊ ipatiẽtes fieri in claustro ampli⁹:q̃z fuissẽt i seclo.Q̃d q̃z magis p̃uersũ ẽ:pleri-q̃z i domo dei nõ patiunt̃ h̃ri se ꝯtẽptui.qui i sua domo nõ nisi ꝯtẽptibiles eẽ potuerũt.vt q̃r vcz vbi a plurib⁹ honores appetunt̃.i.in seculo:ipsi locũ h̃re nõ potuerũt nec merue-

rūt.saltē ibi honorabiles videāt vbi ab hoi
b⁹ honores ꝯtēnunt. ¶ Idē i apolo. Quid
facit sup̱bia sub pānis hūilitatꝭ tue dn̄e iesu.
nūqd nō hꝫ q̄ se palliet hūana malicia: nisi vn̄
iuoluta ē saluatoris ifātia. ¶ Idē i ep̄l'a. Iū-
gāt se aīs q iūcti sūt īstitutꝭ. iuicē se foueāt: in
uicē se defēdāt: iuicē onera sua portēt. Ait. n.
sapiēs. Frat' adiuuās frēꝫ ābo ꝯsolabuntur.
Q, si alterutꝝ qđ absit se correferint ⁊ mo-
morderit. nōne sil' ābo de solabunt. ¶ Idē.
Qui debitorē ⁊ ꝓcurēꝫ carnis se ꝯstituit: vt
magis vētrē sterilē pascē q̄ꝫ aīe studeat bn̄
facē. nullū religiōis iugū q̄ꝫtūlibꝫ leue q̄ꝫtūli
bet suaue videat: ei tolerabile ē. vn̄ ꝯtigit vt
neqꝫ h̄ vbi sine murmure eē nō pōt. neqꝫ in
futuro: vbi penā murmuratōis tolerare ne-
cesse ē: pacē iueniat. vbi aūt nō ē pax ibi nec
de⁹: q: i pace fc̄tūs ē loc⁹ ei⁹. ¶ Idē i ser. In
oib⁹ fere religiosis ꝯgregatōib⁹ sane iueni-
re ē hoies pusillaīes ⁊ remissos. deficientes
sub onē. vga ⁊ calcarib⁹ idigētes: q̄rū remis
sa leticia: pusillanimis tristicia ē. quoꝝ breuis
⁊ rara ꝯpūctio. aīal' cogitatio: ⁊ tepida ꝯuer
satio ē. quoꝝ obediētia sine deuotōe. ꝑmo si
ne circūspectōe. orō sine cordis itētiōe. lectio
sine edificatōe. ¶ Idē. Sūt iter nos tria ge-
nera hoiuꝫ: ip̄aqꝫ latꝭ icōgrua ⁊ ordini ⁊ hoi
q hāc viā i gressus ē. Sūt. n. q bn̄ iceperūt ſꝫ
defecerūt cito. ⁊ sūt q nūq̄ꝫ iceperūt ſꝫ in sua
mollicie ꝑmāserūt. ⁊ sūt q captant spū leuita
tis: tardi ad audiēdū: veloces ad loq̄ndū: pa
tissimi rursū enūerare qđ faciūt. Sꝫ qd faci
unt tn̄. ¶ Idē. Mag̃ ē ꝯfusio ⁊ mag̃ valde
ꝙ ardēti⁹ secl'ares ꝑniciosa desiderāt q̄ꝫ nos
vtilia. citi⁹ illi ad mortē ꝓperāt q̄ꝫ nos ad vi
tā. ¶ Idē. De eo q hitū hꝫ religiōis ⁊ nō vi
tā ꝓp̄ha iqt. Comederūt alieni robur ei⁹ ⁊
ip̄e nesciuit. Exteriorē q̄ppe sup̱ficiē ituēs re
ligiosus mal⁹ salua sibi oīa suspicat. nō senti-
ens v̄mē occl'tū q̄ oīa iteriora corrodit. ma-
net tōsura: vestꝭ nec dū mutata ē. ieiunioꝝ re
gula custodit: statutꝭ psallit horis. ſꝫ cor eorū
lōge ē a me dic̄ dn̄s. Idē i ep̄l'a. Mlto fa
cili⁹ repies mltos secl'ares ꝯuerti simplr̄ ad

bonū: q̄ꝫ vnūquēpiā de religiosis ꝓficē de
bono i meli⁹. Rarissima. n. auis i terris ē q̄
de ḡdu quē i religiōe sel' attigerat modicū vl'
parūper ascēdit. ¶ De nouitijs. Ca. xxix.

Reg. i regis. Oib⁹ cuiuslibꝫ etatis
aut officij onerosa ē nouitas. Idē
Quisqs diuīa īspiratōe ꝯpūct⁹ reli
ctis seculi h⁹ actōib⁹ ad deū ꝯuerti festiat: ita
cū charitate suscipiēdus ē. ⁊ blādis ꝑ oīa cō
solatōib⁹ refouēd⁹. vt i ea quā elegit deo ad
iuuāte delectet modis oīb⁹ ꝯuersatōe ꝑsistē.
Idē sup̱ Eze. Nullus q̄ ad bonū ꝓpositū
ꝯuersus adhuc i mētꝭ teneritudie eē ꝯspicit:
despiciat: q: frumētū ab herba icipit vt ḡnū
fiat. Isi. de sum. bo. Priordia ꝯuersoꝝ blan
dis refouēda sūt modis: ne sit ab asp̱itate ici
piāt: exterriti ad p̄ores lapsus recurrāt. q̄. n.
ꝯuersū sine lenitate erudit: exasp̱are poti⁹ q̄ꝫ
corrigē nouit. Bern̄. de amore dei. Feruo
rē nouitioꝝ nō decēt ille misꝑicordes i seip̄os
discretōes: ⁊ districtionū dispēsatōes: faciles
qꝫ idulgētie suo iudicio tribuēde. nō tn̄ recu
sande sut alieno iudicio. Idē. A nouitio in
seip̄ꝫ rigida dꝫ eē cēsura ⁊ districta seueritas
ad regētē aūt vl' ꝯsulētē spectat p̄rna vl' fr̄na
charitas ⁊ pietas: si alteꝝ hoꝝ desit vl' i desi
de ⁊ tepido nō spero cursus ꝑseuerātiā. vl' in
p̄cipiti timeo ruinā. Idē. Aialē discretuꝫ:
nouitiū prudētē: icipiētē sapiētē: in cella diu
posse ꝯsistē: in ꝯgregatōe posse durare ipos
sibile ē. Idē. Docēdus est nouiti⁹ sic hr̄e
corp⁹ suū sic̄ egrū cōmēdatū. cui etiā mltuꝫ
volēti iutilia negāda sūt. vtilia v̄o etiā nolen
ti igerēda. sic de corp̱e suo agere sic̄ de non
suo. ſꝫ ei⁹ a quo p̄cio magno empti sum⁹: vt
glorificem⁹ eū i corp̱e nr̄o. Idē sup̱. Qui
habitat. Obsecro vos nouelle plātatōes dei
vos q̄ nōdū exercitatos hētꝭ sensus ad discre
tionē boni ⁊ mali. nolite seq cordis vr̄i iudi-
ciū. nolite abūdare in sensu vr̄o ne vos tanq̄ꝫ
rudes adhuc versutus ille venator decipiat.
Idē sup̱ cātica Placēt fateor in nouitijs
q̄ꝫtū ad ea q̄ i facie sūt neglectior: vtiqꝫ is qui
foris apparet corpoꝝ cult⁹ ⁊ vestiū minor cu

ra.sermo rarior:vultꝰ hilarior: aspectꝰ vere cũdior.icessus maturior. Idé in ser. Ante oia timor nouitijs necessariꝰ é. quo nimiruz pctá pterita possint delere:cauere futura. Timor.n.dñi vt ait scriptura expellit pctm̃: siue qd admissuz est:siue qd tentat intrare.expellit hoc penitédo:illud resistendo.

¶ De iuuenibus. Caplm .xxx.

g Rego.in regis. Esto sollicitꝰ vt pueri ad sacros ordies nullatenꝰ admittanf.ne táto piculosiꝰ cadát q̃zto citius alta ɔscédere festinát. Idem in mora. Imménsa supbia iuuenũ é a seniore sibi reuerétiá exigẽ:⁊ silétiũ iperare meliori. Idé in pasto. Iuuenes plerũqz seueritas admonitióis ad pfectũ dirigit.senes ꝟo ad meliora opa de pcatio bláda cóponit. Idé sup i capitulo. De vsurpátibꝰ pdicatóez. Ioh.chry. de cópũctóe. Nó canicies laudabilis:neqz iuuétꝰ culpabil'existit.mlti qppe ⁊ in iuuétute phiá demóstrarũt:⁊ in senectute lapsi sũt. Canicies sapie:nó capilli cádidi cómendantur.

Cyprianꝰ de.xij.abusióibꝰ. Sic in senibꝰ sobrietas ⁊ moꝝ pfectio reqrif.ita in adolescétibꝰ ⁊ iuuenibꝰ obsequiũ ⁊ subiectio ⁊ obediétia rite debef. Ambro.de offi. Pulcra ꝟtꝰ adolescétũ verecũdia ⁊ suauis gr̃a.q̃ nó solũ i factĳ.ſʒ etiá i ipis spectaf sermonibus.

Idé. Ut i senibꝰ g̃uitas:i iuuenibꝰ alacritas.ita i adolescétibꝰ ꝟecũdia velut q̃dá dote ɔmédaf. Idé de ꝟgitate. Etiá cũ fides tua tuta sit:iuuétꝰ tñ suspecta é. Bern.sup can. Quid amabilius ꝟecũdo adolescéte.q̃z pulcra hec ⁊ q̃z splédida géma moꝝ i vita ⁊ vultu adolescétĳ.q̃z vere ⁊ mime dubia bone nũcia spei.bone idolis idex. Idé de ɔsideratóe. Uerbosulũ adolescété ⁊ studété eloquétie:cũ sapie sit inanis:nó aliud q̃z iusticie hosté reputes.⁊ p hmói falsis fr̃ibꝰ dicit ille mgr̃ discipline. Manꝰ nemini cito iposueris

Idé de amore dei. Sapiétes latét ⁊ delitescũt.pueri regnát ⁊ principanf. ⁊ fiunt pncipes q̃ mane cómedũt:⁊ veterre illi. Idé infra li.iij.in caplo de leticia mala. Eia letare

Ansel.de silitu. In iuuene tria notanf qbus ad pbitatem venturus pnoscif.hec aũt sunt taciturnitas.corpis ɔtinétia ⁊ verecundia.

¶ De monachis bonis. Ca. xxxi.

g Rego.in regis.ad quédá abbatez. Huiꝰ te pcepti serie cómonemꝰ:vt neqz mulieres in móasterio tuo deinceps q̃libet occasióe pmittas ascédẽ: neqz monachos tuos sibi ɔmatres facẽ. Idé in ome. Monachꝰ reuerétiá sui habitꝰ i actu: in locutóe:in cogitatóe:sp circũspiciat.⁊ ea q̃ mũdi sunt pfecte deserat.⁊ qd oñdit humanis oculis habitu:h añ dei oculos moribus ptédat. Isi.de sum.bo. Sũma monachi ꝟtus hũilitas.sũmũ viciũ eiꝰ supernia. Idé Tũc aũt se quisqz monachũ iudicet qñ se minimũ oiuz existimauerit.etiá si opa maiora ꝟtutũ gesserit. Iohes chry. de cópũctione. Monachꝰ nó solũ ppterea dr̃ monachꝰ q: vxoré nó hʒ.sed q: religióí dei ⁊ seruitio ipsius mácipatus est.⁊ cura illi est quéadmodũ deo:nó seculo placeat.⁊ qui magis eligit castitaté:q̃ deo chara é ⁊ spũssancti habitatio.

Hiero.in epl'a. Humilitaté vestiũ tuménti aio nó appetas.seculariũ ⁊ maxime poténtũ ɔsortia deuita.quid tibi necesse est ea videre sepius:quoꝝ contéptu monachus eé cepisti. Idé. Monachꝰ nó docentis sed plágentis hʒ officiũ.qui vel se vel mundũ lugeat.⁊ domini sui semp pauidus prestolef aduétum:qui sciens imbecillitaté suam ⁊ vas fragile quod portat:timet offendere ne ipingat ⁊ corruat atqz frágaf. Uñ ⁊ mulierũ maxime iuuéculariũ vitat aspectũ:⁊ intm̃ castigator sui est:vt etiá que tuta sunt pertimescat.

Bern.de pcep.⁊ dispensa. Lego in regula hec. Consideratio penes abbaté sit ⁊ hoc vel illud esse in puidétia vel arbitrio seu dispositióe abbatis.vt aũt p sua volũtate aliq̃d mutet de regula:me ibi legisse nó recolo.qn imo inq̃t oés magistraz regulá seq̃nf.nec ab ea temẽ deuief a quoq̃z.ergo nec etiá ab ipo abbate.omnes inquit magistrá sequanf regulá.nemo igif suá volũtaté. Idé. Super

fratrum trãsgressiones:non sup patꝝ traditi
ones constituitur qui abbas eligit:mandato
rũ cultor:vltor viciorum. ¶ Idẽ in epistola.
Ordo noster abiectio est:humilitas:volũta-
ria paupertas:obedientia:pax:gaudiũ in spiri
tusancto. Ordo noster est esse sub magistro:
sub abbate:sub regula:sub disciplina. Ordo
noster est studere silentio:exerceri vigilijs:te
iunijs:ac orationibus:opere manuũ.⁊ super
omnia excellentiorem viam tenẽ q̃ est chari-
tas. porro in omnibꝰ his proficere de die in
diem:⁊ in ipsis pseuerare vsq; ad vltimum
diẽ. ¶ Idem. Quoscũq; de tuis inueneris
tristes:pusillanimes:murmurosos. ipsorum
te patrẽ:ipsorum te noueris esse abbatẽ con
solando:exhortando:increpando.tũc.n.agis
opus tuũ.⁊ portas onus tuũ.⁊ portando sa-
nas quos sanãdo portas. Si quis vero ita sa-
nus est vt magis iuuet te q̃ʒ iuuet a te:huius
te non patrẽ sed fratrẽ:comitẽ non abbatem
esse cognoscas. ¶ Bñdictꝰ in regula. Ma
gnopere dʒ sollicitudinẽ gerere abbas: ⁊ om-
ni sagacitate ⁊ industria curare:ne aliquam
de ouibꝰ sibi creditam pdat.nouerit enim in
firmarum se curam suscepisse animaꝝ. non
sup sanas tyrãnidẽ. ¶ Idẽ. Abbas non cõ
turbet gregẽ sibi cõmissum.nec quasi libera
vtens potestate iniuste disponat aliqd.sed co
gitet semp q: de omnibus iudicijs ⁊ opibus
sui redditurus est deo rationem. ¶ Idem.
Oportet abbatẽ esse doctum lege diuina vt
sciat vnde proferat noua ⁊ vetera.castum:so
brium:misericordem:vt superaltet misericor
dia iudiciũ.vt ipse idem a dño consequatur.
odiat quoq; vicia:diligat fratres. ¶ Idem.
Abbas in ipsis imperijs suis sit prouidus ⁊
consideratꝰ:siue ẜm deum siue ẜm seculũ sit.
Opa que iniungit discernat ⁊ tpet.cogitet di
scretionẽ sancti patriarche Iacob dicentis.
Si greges meos plus in ambulando fecero
laborare:morientur cuncti vna die.

¶ De monachis malis.
Capitulum. xxxij.

g Rego.in dyalogo. Monachꝰ qui
in terra possessionẽ querit: mona-
chus non est. ¶ Idem in registro.
Si peculiaritas a monachis habet:neq; con
cordia:neq; charitas in congregatõe eadem
poterit pmanere. ¶ Idẽ. Quid est habitus
monachi nisi despectus mundi:quomodo er
go mundũ despiciunt qui in monachali ha-
bitu positi aurũ querũt. ¶ Idẽ. Monacho
rum quidẽ species tenet.multa vero sub san
ctitatis habitu secularia agunt. ¶ Idẽ. Mo
nachi mihi terrene mẽtis esse omnino appa
ruerũt:qui nimis terrenum hominẽ abbateʒ
habere quesierũt. ¶ Isido.in etymol'. Mo
nachus greca etymologia vocat:eo ꝙ sin-
gularis sit. Monos enim grece singularis
dicit. Ergo si solitarius vel singularis inter
pretat vocabulũ monachi:quid facit in tur-
ba qui solus esse debet. ¶ Idẽ de sum.bo.
Multi monachoꝝ amore parentũ:non so-
lum terrenis curis:sed etiam forensibꝰ iur-
gijs inuoluunt:⁊ pro suoꝝ temporali salute
amicorũ suas animas perdũt. ¶ Idẽ. Ma
xime per cenodoxiam subijcit sibi diabolus
mõachũ.vt quẽ p seculi amorẽ retinẽ nõ po
tuit:ab hũilitatꝭ culmie subtrahat.⁊ p supbie
tumorẽ subditũ faciat. ¶ Iohẽs Chry. de cõ
punctione. Eos qui vident sustulisse crucem
suam ⁊ sequi christũ:per latam ⁊ spaciosam
viam velle incedere:nõne tibi prodigiosum
videt. ¶ Idem. Deniq; monachi cum de
monasterijs regrunt:⁊ de locis habitationũ
pcunctant:ante oĩa requirũt si requies sit in
loco.si abundent omnia. ¶ Idẽ in caplõ de
propinquitate. Dico tibi monache. ¶ Hie-
ronymꝰ in epl'a. Monachũ quem senseris
tibi:aut semper aut crebro de numis loquen
tem excepta elemosyna que indifferẽter om
nibꝰ patet.institorẽ habeto potius q̃ʒ mona
chum. ¶ Berñ.in epl'a. Labor ⁊ latebre:⁊
voluntaria paupertas:hec monachoꝝ insignia
hec vitam solent nobilitare monasticam. ve-
stri autem oculi omne sublime vident.vestri
pedes omne forum circũeunt. vestre lingue

in omnibus audiunt ꝯsilijs. vestre manus oē diripiunt patrimoniū. ¶ Idem sup Canti. Quale est hoc vt in omnibus fluuijs: agris ortis: cellarijs ue. vix repiri possit q̄ comedas vel bibas. meméto te queso monachuꝫ esse: nō medicū. nec de ꝯplexiōe iudicandū: sed de ꝓfessiōe. Parce obsecro primū qdeꝫ geti tue: parce deinde labori mistrantiū tibi. parce grauamini domus parce ꝯsciétie: conscientie dico etsi nō tue parce saltē ꝯscientie alterius. ¶ Idē in aposto. Miror vnde inter monachos tanta intempantia in cibis ⁊ potionibus. in vestimentis ⁊ lectisternijs: equitaturis ⁊ ꝯstruendis edificijs inolescere potuit quatenus vbi hec studiosius ⁊ voluptuosius atqꝫ effusius fuerint. ibi ordo melius obseruari dicat: ⁊ maior putet religio. ¶ Idē Ecce inter monachos parcitas putatur auaricia: sobrietas austeritas: silentiū tristicia reputatur. Econtra remissio dicretio dicit. effusio liberalitas. loq̄citas affabilitas. cachinnatio iocunditas: mollicies vestimentoruꝫ ⁊ equorū fastus honestas. lectorū superfluus cultus mundicia. ¶ Idem. Iam de aque potu quid dicam: quando nec vllo quidē pacto vinū aquatū admittit: omnes nimirum ex quo monachi sumus infirmos stomachos habemus. ⁊ tā necessariū apostoli de vino vtēdo ꝯsiliū nō negligimus. modico tm̄ qđ ille premisit nescio cur pretermisso. ¶ Idē. Queritur ad induendū: nō qđ vtilius sed qđ subtilius inuenit. nō qđ repellat frigus: sed qđ superbie cōpetat. nō deniqꝫ iuxta regulam qđ vtilius compari pōt. sed qđ venustius imo vanius poterit ostentari. Heu me miserum: qualēcunqꝫ monachū: cur adhuc viuo. tedet animā videre adhoc deuenisse ordinē nr̄m sanctum. ¶ Idem. Habitus noster: quod ⁊ dolens dico: qui humilitatis solebat esse insigne a monachis nr̄i tpis in signū gestat supbie. vix iā in nr̄is ꝓuincijs inuenit quo vestiri dignemur: miles ⁊ monachus ex eodē pāno partiunt sibi clamydē ⁊ cucullā. Quiuis de seculo q̄ntūlibet honoratus: etiāsi rex: etiāsi impator ille fuerit. nō tm̄ nostra horrebit indumenta: si sibi suo mō preparata fuerint ⁊ aptata. ¶ Idē supmissus. Ornari non armari appetunt milites christi. qui dum se preparare ad preliū ⁊ ꝯ aereas ptātes ꝓtendere paupertatis insigne debuerāt. qđ vtiqꝫ aduersarij multū formidāt. in mollicie vestimentorum: pacis potius q̄ꝫ belli preferentes indiciū: vltro se suis hostibus sine sanguine tradūt inermes. ¶ Idē in. c. de curiositate. li. iij. Monachus q sui. Itē in li. ij. i. c. de supbia. ¶ Idē i ser. Nihil turpius q̄ꝫ monachus p vrbes ⁊ castella discurrēs: nisi cū h charitas cogat que opit multitudinē pctōꝝ Ans. de silitu. Nec cuiq̄ꝫ ꝓdest habitū monachi exteriorē habere si nō studuerit ⁊ interiorē retinere.

## ¶ De incipientibus.

## Capitulum xxxiij.

g Rego. in pasto. Qui bona inchoata nō ꝯsummāt dū proposita nō pficiunt: etiā que fuerūt cepta ꝯuellūt. ¶ Idem. Nec malos bona imperfecta adiuuant: nec bonos mala incōsūmata ꝯdēnāt. ¶ Idē. Via dei ⁊ inchoātibus angusta est: ⁊ pfecte iam viuentibus lata. ⁊ dura sunt que ꝯ ꝯsuetudinē spiritaliter aio ꝓponimus. ⁊ tm̄ onus dei leue est postq̄ꝫ h ferre cepimus. ¶ Idem in moral. Cōuersoꝝ initia bonis moribus malisqꝫ pmixta sunt. q: ⁊ noua vita iam p intentōem agit: ⁊ vetus adhuc ex vsu retinet. Isid. de sum. bo. Qui ex deteriore iā melior esse cepit: caueat d acceptis extolli ꝟtutibus: ne grauius p vanā gloriā corruat q̄ꝫ prius p lapsum vicioꝝ iacebat. ¶ Idem Valet interdū ꝯuersis ꝓ animi salute mutatio loci plimū. n. dū mutat locus: mutat ⁊ mētis affectus Augus sup geñ. Nulla abstinētia fit a volūtate carnali q̄ nō habeat in exordio dolorē: donec i meliorē ptē ꝯsuetudo flectit. Cassiodo. sup psalteriū. Initiū ꝑfectus est carnalia vicia relinquere: ⁊ dn̄o supplicare. Bern̄. in ser. Solet inter ꝑmordia cōuersiōis acrius insurgere tētatio praue ꝯsuetudis. ⁊ vix pñt extingui iacula ignita diaboli.

¶ De proficientibus.
Capitulum xxxiiij.

Grego. in mora. Oipotens deus in
g teriora discernens: ipis spiritualibꝰ
ꝓuectibus modũ ponit: vt ex h hõ
qđ apprehẽdere conat ⁊ nõ valet: in illis se
non eleuet q̃ iam valet. ¶ Idẽ. Ad deũ q̃si
tot gressibus mens accedit: quot bonis mo
ribus ꝓficit. ¶ Idẽ. Nõnulli qui etate cre-
scunt ab innocentia decrescũt. electis ỽo cuꝫ
foris etas corporis: intus si dici liceat crescit
etas virtutis. ¶ Idẽ. Si lassascere ab incho
atis bonis nolumus: valde necesse est vt in-
choari nos quotidie credamus. ¶ Idem.
Sancti viri quo altius apud deũ virtutũ di
gnitate ꝓficiũt: eo subtiliꝰ indignos se eẽ de
prehendũt. q: dũ proximi lucis fiunt: quicq̃d
eos in seipis latebat inueniũt. ¶ Idẽ super
Eze. Quãto plus ꝓficimus in cognitõe: tãto
nobis indignamur amplius de ꝑuerso oꝑe.
¶ Idẽ. Plerũqꝫ q plus in ꝯtẽplatõe rapit
ꝯtingit vt ampliꝰ in tentatõe fatiget. sicut q-
busdã bene ꝓficiẽtibus ꝯtingere sepe solet:
quoꝝ mentẽ dũ aut cõpunctio afficit: aut cõ
templatio suꝑ semetipam rapit: statim etiam
tẽtatio sequit. ne de his ad que rapta ẽ extol
lat. ¶ Idẽ in regis. Intantũ ꝓficis quantuꝫ
tibi nõ studueris derogãdo fratribus arro-
gare. Hiero. i epistola. Oblitus posterio
rum sꝑ priora sectaberis: nequaq̃ꝫ ꝯsiderãs
q̃d alij mali faciãt: sed q̃d boni tu facere de-
beas. nec peccantiũ ducaris multitudine: sed
sanctoꝝ exempla potius imiteris. ¶ Idem.
Crescat in te cũ annis gr̃a. crescat cũ etate iu
sticia. ⁊ fides tua eo ꝑfectior videat quo se-
nior est. Augꝰ de verbis apl̃i. Semꝑ tibi
displiceat qđ es: si vis ꝑuenire ad id qđ nõ-
dum es. Nã vbi tibi placuisti: ibi remansisti
si aũt dixisti. sufficit: ꝑisti. ¶ Idẽ. Semꝑ ad-
de: semper ambula. sꝑ ꝓfice: noli in via defi
cere: noli retroire: noli deuiare. remanet eniꝫ
qui nõ ꝓficit. retro redit q ad ea reuoluit vñ
iam recesserat. deuiat q apostatat. ¶ Idẽ đ
predesti. Cur nõ inq̃t cyprianꝰ ꝓperamus ⁊
currimus: vt patriã nr̃am videre: vt ꝑentes
nostros salutare possimus. magnus illic nos
charoꝝ numerꝰ expectat parentũ: fratꝝ: fi-
lioꝝ freq̃ns ⁊ copiosa nos turba desiderat.
iam de sua incolumitate secura: adhuc đ nr̃a
salute sollicita. ¶ Idẽ in. c. de orõne accepta.
Qui didicerũt. Bern̄. in epl̃a. Aut ascen-
das necesse est. aut descẽdas. si attẽtas stare
ruas necesse ẽ. ¶ Idẽ i. c. de ỽecũdia li. iiij.
Nolo repẽte. ¶ Idẽ i ser. Ita nimiꝝ diuia
solet pietas ꝯseruãde hũilitatꝭ gr̃a ordinare:
vt q̃zto plus q̃sqꝫ ꝓficit: eo minus se reputet
ꝓfecisse. Nã ⁊ vsqꝫ ad extremũ spũalis ex-
ercitij gradũ: si q̃s tm̃ ꝓficit aliq̃d ei de ꝑmi
gradus imꝑfectõe relinq̃t: vt adhuc vix sibi
illũ adeptus videat. ¶ Idẽ. Ubi sane in spi
rituali ꝓfeceris exercitio: erit nõ nũq̃ꝫ rapi
a tuo spũ in diuinũ. vt icipias gaudere đ bo
nis dñi: q ꝓpria añ mala lugebas. ¶ Idem
Minime optet gressum sistere: ⁊ respicere
retro multo minus expedit. ſꝫ currẽdũ nobis
⁊ ꝓperãdum: ne forte egressus vt gigas ad
currẽdã viã suã a nobis se xp̃s elõget. ſꝫ po-
tius ꝓuidẽtes eũ in ꝯspectu nr̃o sp: ⁊ in eius
odore tracti facilius citiusqꝫ curramꝰ. Au
ctor đ spũ ⁊ anima. Aia ꝑ odiũ. Infra li. iiij.
in. c. de desiderio.

¶ De perfectis.
Capitulum xxv.

Grego. in mora. Magna ẽ ꝑfectio
g sue iꝑfectõis cognitio. ¶ Idẽ. Tãto
q̃sqꝫ ꝑfectꝰ est q̃zto ꝑfecte sentit do
lores alienos. ¶ Idẽ. Ualde ꝑfectoꝝ est sic
de ostẽso oꝑe auctoris gloriã q̃rere: vt đ ob
lata laude priuata nesciãt exultatõe gaudere.
¶ Idẽ. Pfectꝰ q̃sqꝫ cũ in seipo vicia vice-
rit: statim mẽtẽ etiã ꝯ vulnera passiõis accin
git. ¶ Idẽ. Ille ỽo ꝑfectꝰ est q ad imꝑfectio
nẽ ꝓximi impatiẽs nõ est. Nã q alienã imꝑ
fectõem ferre nõ valẽs ꝓximũ deserit: ipse
sibi testis ẽ q ꝑfecte nõdũ ꝓfecit. ¶ Idem.
Perfecta vita mortis ẽ meditatio. ¶ Idem
Qui ꝑfecte deo placere desiderãt: sibi de se
nihil relinquãt. Augꝰ de spũ ⁊ lr̃a. Quãtũ

mihi videt̃ in ea q̃ pficiéda est iusticia: multũ in hac vita ille pfecit: q̃ q̃z lóge sit a pfectióe iusticie pficiédo cognouit. ❡ Idé. Hoc pfectoꝝ est. Infra in li. iiij. i. c. de etate. ❡ Idé. Null⁹ pfect⁹. Infra li. iiij. de sufficiétia. Isi. de sum. bo. Sicut falsitatẽ crimé a pficiétib⁹ ptimescit̃. ita ociosa ꝟba a pfectis viris sollicite vitant̃. ❡ Idé. Peccata q̃ incipiétibus leuia sunt: perfectis viris grauia reputantur. Bern. in ep̃la. Nemo pfectus q̃ pfectioꝛ esse nó appetit. ❡ Idé. Proficiédi studium ⁊ iugis conat⁹ ad pfectóem pfectio reputat̃. Q, si studere pfectioꝛ esse pfectũ est. nolle pficere deficere est. ❡ Idé. In pposito perfectionis apparere impfectũ: neuus. é. ❡ Idé. Habes de iusto q̃ lex dei in corde ipsius: et nó in codice. nec pfectóis is gradus: pfectus carere ⁊ necessarijs patus est. ❡ Idé super canti. Perfect⁹ oĩs reputabit̃ i cui⁹ aĩa tria hec ꝯgruéter atq̃z oportune ꝯcurrere videbunt̃. vt. s. nouerit gemere p se: ⁊ exultare in deo: ⁊ pximoꝝ vtilitatib⁹ potés sit subuenire. placés deo. cautus sibi: vtilis pximis.

❡ De tribus predictis statibus.

Capitulum xxxvi.

Grego. in moral. Tres sunt modi ꝯuersoꝝ. s. inchoatio: medietas atq̃z pfectio. In inchoatóne aũt sunt blãdimenta dulcedinis. in medie quoq̃z tpe sunt certamina tentatóis. ad extremũ ꝟo pfectio victoriose pulchritudinis. ❡ Idé super Eze. Alia sunt virtutis exordia. aliud perfectus: aliud perfectio. Isi. de sum. bo. Tripartitus describit̃ esse vnicuiusq̃z cõuersi pfect⁹. sc̃z primus corrigédi a malo. scd̃s faciédi bonũ. terti⁹ ꝯseq̃ndi boni opis p̃miũ. Bern. in epistola. Incipientiũ status dici potest animalis: pficientiũ rõnalis: pfectoꝝ spiritualis. ❡ Idem super canti. Sunt hi tres animaꝝ affectus siue pfect⁹ exptis dũtaxat satis noti ⁊ manifesti. sc̃z cũ aut de actibus malis indulgentiã. aut de bonis agendis gr̃am. aut ipsius etiã indultoris ⁊ benefactoris sui presentiam eo q̃dem modo quo in corpore fragili possibile est: obtinent intueri. Idem. Inuenit pfecto apud deum ⁊ verecũda ꝯfessio quo se humiliando deijciat: ⁊ ppterea deuotio vbi se innouando reficiat. ⁊ iocunda ꝯtemplatio vbi se excedédo quiescat. Idé in ser. Alij vacent sancte contemplationi. alij dediti sint fraterne administrationi. alij in amaritudine anime sue recolant annos suos: tanq̃z vulnerati dormientes in sepulcris. Idem. Sic plane sic opus est: vt maria pie ⁊ sublimiter sentiat de deo suo. martha misericorditer et benigne de proximo. lazarus miserere ⁊ humiliter de seipso.

❡ De monialibus.

Capitulum xxxvij.

Grego. in regis. Iuuenculas abbatissas vehemétissime prohibemus. Ambro. de virgi. Aiũt pleriq̃z maturioris etatis virgines esse velandas: neq̃z ego abnuo sacerdotales cautiones esse debere vt non temere velentur. Spectet plane spetet etatem sacerdos. sed fidei vel pudoris. spectet maturitatem verecundie: examinũ grauitatis canicié: moꝝ senectam. pudicicie ãnos. animos charitatis. Aug⁹ d̃ bo. ꝯiugali. Nó nos in virginibus p̃dicamus q̃ virgines sunt: sed q̃ deo dicate pia continétia virgines. Nam q̃d non temere forsitan dixerim: felicioꝛ mihi videtur nupta mulier q̃z virgo nuptura. Idem in li. de virginitate. Nulla carnis fecunditas sancte ꝟginitati comparari potest. neq̃z enim ⁊ ipsa q̃ ꝟginitas est: sed q̃ deo dicata est honoratur. Idem. In vita eterna est quedã egregia gloria. nó omnibus in eternũ victuris. s̃z quibusdã ibi tribuéda. cui ꝯsequéde paꝝ est liberꝝ esse a peccatis. nisi sup hoc aliq̃d ipsi liberatori voueatur. q̃d nó sit criminis nó vouisse: sed vouisse ac credidisse sit laudis ⁊ honoris. Idem. Pergite sancti pueri dei ⁊ puelle: mares ac femine: celibes ⁊ innupte pergite perseueranter in finem: ⁊ laudate dominum dulcius quem cogitatis vberius sperate felicius: cui seruitis instantius. amate

ardentius: cui placetis attentius. lūbis accin-
ctis ⁊ lucernis ardentibus expectate domi-
nū qñ veniat a nuptijs. ¶ Idē ꝺ eccle. dog.
Sacrate deo virginitati nuptias coequari.
aut pro amore castigādi corpis abstinētibus
a vino vel carnibus nihil accrescere meriti
credere: non hoc christiani sed iouiniani est
Hiero. in epistola. Agnosce virgo statū tuū:
agnosce locū: agnosce ꝓpositū. Christi spon
sa diceris. vide nē quid indignum ei cui de-
sponsata diceris admittas. cito rescribet re-
pudiū: si in te viderit vel vnum adulterium.
¶ Idē. Caue ne cui vel concupiscendi oc-
casionem tribuas. q: sponsus tuus deus ze-
lans est. criminosior est enim christi adultera
q̄ꝫ mariti. ¶ Idē Romana ecclesia apasto
lico sine dubio: cuius sedem obtinet: spiritu
animata. tam seuerā statuit sententiam vt vix
vel penitentie dignā iudicaret que sanctifica
tum deo corpus libidinosa coinquinatōe vio
lasset. Anastasius in sermone. Nihil pro-
dest corpus velare ⁊ mentē viciorꝫ portētis
maculare. Quid enim ꝓdest nigris vestibꝰ
indui: ⁊ a detractōe linguam non cohibere.
¶ Idē. In monasterio posite nō ocio torpe
scant. nō detractionibus. nō obscenis confa-
bulationibus incumbant. sed aut psalmo-
rū modulatōibus: aut manuū opatōibus insi
stant. aut certe diuinis lectōibus aurē accom
modent. ¶ Idem. Minores natu eas que
ꝓuecte sunt etatis obsequio sanctitatis vene
rent. ꝓuecte quoqꝫ annis iuniores dictis et
exemplis ad bene viuendum informēt. No
biles genere nequaq̄ꝫ ignobilibus se prefe-
rant. scientes q: psonarꝫ acceptor nō est deꝰ.
¶ Idē. Uita abbatisse velut pēnatum ani-
mal. ad altū sp per desideriū euolet. p verba
resonet. luceat p exemplū. ¶ Idē. Tales ab
batisse regendarꝫ animarꝫ curā suscipere de
bent: que subditis vbis ⁊ exemplis ducatū
prebeant sancte religionis. ¶ Idē. Omnis
actio abbatisse sp sit propter deū: ⁊ de deo: ⁊
cogitatio in deū: ⁊ exceptis vicijs qbus non
ꝯpassio sed rectitudo debet: oibus eā cupio
esse cōpassibilē: omnibus gratā. Cesarius
in sermo. Religiosaꝫ quāpiā nō oportet: nō
decet nō expedit parentū suorꝫ multis obli-
gatōibus implicari: aut quorūlibet extraneo
rum pniciosa familiaritate ꝯstringi. ¶ Idē.
Pomposa indumēta que nō vtilitati sed va
nitati seruiūt fastidite atqꝫ contēnite virgīes
christi sponse. multe enim qđ in moribus di-
ligunt: hoc ⁊ in vestibꝰ ⁊ in opibus suis ostē
dunt. Ciprianus in ser. Nō computari iā
poteris inter puellas ⁊ virgines christi: que
sic viuis ⁊ vadis vt possis ab hoībus ada-
mari. Bernn. in epistola. Ut quid hactenꝰ
monacha ⁊ sanctimonialis vocata es. q̄ sub
sanctitatis noībus non. tamen sancte conuer
sata es. cur velū in capite mentiebat̄ reueren
tiam: ⁊ sub velo petulans oculus exhibebat
impudentiā. caput siquidē gerebas velatuꝫ:
sed elatum. sub signo verecundie sermo reso
nabat inuerecundus. ¶ Idē. Risus īmode
ratior: incessus lasciuior. vestitus ornatior. vt
implate magis q̄ꝫ velate ꝯgruerent.

¶ De virginibus.

Capitulum xxxviij.

Rego. sup Eze. Candida vita est
g carnis incorruptio ⁊ flos virginita
tis. ¶ Idem in mora. Carnis vir-
ginitas nequaq̄ꝫ iussa est sed tantūmodo lau
data. Nā si illa iuberet̄ nimirꝫ iam ꝯiugium
in culpā verteret̄. ⁊ tñ multi virtute ꝟginita
tis pollent: vt videlicet plus impendant obse
quio q̄ꝫ acceperant in precepto. Aug. de
virgi. Profecto habebūt magnum aliquid
virgines preter ceteros: in illa ꝯmuni sancto
rum īmortalitate. qm̄ habent aliqd iam non
carnis in carne. ¶ Idē. Nō querit in vobis
amator vester pulcrā carnē: sed pulchrā mē
tem: ⁊ pulchros mores quibꝰ frenatis ⁊ car
nem. ¶ Idē. Toto nobis figat̄ in corde qui
pro nobis fixus est in cruce. totum ipe teneat
in animo vestro. quicqd voluissetis occupa
ri cōnubio ¶ Idē virgines sunt: ⁊ sequūtur
agnum quocunqꝫ ierit. Quo ire putamus
hunc agnū. Certe quo nemo eū seq vel au-

deat vel valeat nisi vos. Quo putamus eū ire in quos saltus ⁊ prata. vbi credo gramia sunt gaudia. nō gaudia huius seculi vana insani ⁊ mendacis. nec gaudia qualia in ipō regno dei ceteris nō virginibus: sed a ceteroꝝ omniū sorte distincta. Idē. Gaudia virginū christi sunt de christo: in christo: cum christo. post christum: ꝑ christū: ꝓpter christum. Gaudia ꝓpria virginū christi non sunt eadē non virginum q̄zuis christi. Nam sunt alijs alia: sed nullis talia. Idē. Sequimini agnū ⁊ tenendo perseueranter qđ vouistis ardenter facite qđ potestis: ne virginitatis bonuꝫ a vobis pareat: cui facere nihil potestis vt redeat. Idem. Gaudeat magis puella nobilis genere: sed nobilior sanctitate: q̄ꝛ sit per diuinum consortiū precipuam in celis consecutura sublimitatē: q̄z si esset per humanum ꝯnubiū ꝓlem in terra ꝓpagatura sublimē.

Idem infra li. iiij. in. c. de meditatōe. Virginalis integritas. Idē. In ꝯnexione virtutum. s. continentie ⁊ castitatis: ibidē inspicite vulnera. Idē. Illis virginibus in quibus est quidā placendi appetitus aut elegantiori vestitu q̄z tante ꝓfessiōis necessitas postulat. aut capitis ligamento notabili siue tumidis vmbonibus capilloꝝ: siue tegminibꝰ ita teneris vt retiola subterposita appareāt. his non de humilitate: sed de castitate ipā vl' integritate pudicicie danda precepta sunt.

Idem. Bonū est tibi o anima virginalis vt sic qñ virgo es: sic omnino seruans in corde qđ renata es: seruās in carne qđ nata es. concipias cum timore domini vt parturias spiritū salutis. Idem. Ille vnius sancte v̄ginis partus omniū sanctarum virginuꝫ est decus: ⁊ ipse virgines cū maria virgine matres christi sunt si patris eius voluntatem faciunt. Idem. Quis nesciat obedientē mulierem inobedienti virgini preponendam.

Idē. Virginitatis bonuꝫ quantū magnuꝫ video: tanto ei ne pareat furē superbiam ꝑtimesco. Hiero. in epistola. Non ꝓderit ceteroꝝ sanctificatio membroꝝ: si inueniat vel in vno corruptio. Idē. An tibi de virginitatis prerogatiua blandiris. Memento adam ⁊ euam virgines deliquisse: nec integritatem corpis ꝓfuisse peccantibus. Idē Cum vniuersos artus tuos mundaueris ab omni sorde peccati: ⁊ toto fueris sanctificata corpore: tunc tibi castitatem intelligas ꝓfuturam. ⁊ cū omni fiducia palmam virginitatis excepta. Idē. Sit in te noua grauitas: honostas admirabilis: stupenda verecūdia: mira patientia: virginalis incessus: ⁊ vere pudicicie habitus. sermo semper modestus: ⁊ ī suo tpe ꝓferendus. Idē. Virginis diffinitio est sanctā esse corpore ⁊ spū: q̄ꝛ nihil proficit carnē habere virginē sit mente quis nupserit. Idē. Audenter loquar: cū oīa possit deus: suscitare nō potest v̄ginē post ruinā valet quidē liberare de pena: sed nō vult coronare corruptam. Cyprianus in episto. Si christum continētia sequit᷑: ⁊ regno dei virginitas destinatur: quid est virginibꝰ christi cum terreno cultu ⁊ cū ornamētis. quibus dum hominibus placere gestiunt deū offendunt. Isido. de sum. bo. Omne peccm̄ per penitentiā recipit vulneꝝ sanitatem. virginitas autem si labit᷑ nullatenus reparat᷑. Idē Virgo carne non mente nullū premiū hꝫ in repromissione. Ambro. de viduitate. Attende tibi v̄go vt ⁊ tu insistas orationi: ⁊ vultus tuus assidua pallescat obsecratione. sꝫ añ omnē orationem prepara animaꝫ vt non tu videaris tentare deū cū deprecaris. vt id qđ oras mores tui loquant᷑. fides adiuuet: opera ꝯmendent. Idē. Nec liberiorē leticiaꝫ in virginibus decet esse: que si nō habēt qđ defleant: fleant tñ seculū. fleant lapsus peccātium. etenim qui alioꝝ lapsus fleuerit suos cauebit. fleant q̄ꝛ a gaudijs paradisi lōgius euagantur. fleant q̄ꝛ nesciunt an ad illa debeant peruenire. fleant postremo vel ipsa contemplatione vt hic flentes illic accipiant ꝯsolationem. Idē. Custodi virgo vias tuas vt nō delinquas i lingua tua. etenim bene loqui plerūqꝫ crimen est virgini. Idem. In

gredit o virgo mors per ostiū tuū si falsum
loquaris. si turpiter: si ꝓcaciter. postremo si
vbi nō oportet loquaris. clause sint ergo fo-
res labioꝝ tuoꝝ ⁊ obseratū maneat vocis
vestibulū. Idē. Virgo que christuꝫ req-
rit nō debet esse vulgaris. non debet esse in
foro: nō in plateis. voce querula: gressu lubri
ca facilis auditu. vilis aspectu. Idē. Qui
non nubunt ⁊ vxores non ducunt sicut ange
li in terris sunt. vt tribulationem carnis non
sentiant. seruitutem ignorent. ⁊ mundane ne
gociationis alleuientur contagio: diuinis re
bus mente intendāt: vt tanq̄ꝫ exuti corpis in
firmitate nō que hoīs sunt sed que dei cogi-
tent. Idē. Virginitas adolescentiā decet:
iuuentutem ornat: senectutē amplificat. oīqꝫ
euo habet iusticie sue canos. maturitatē gra
uitatis. velamen pudoris: qui deuotioneꝫ nō
impediat: religionem augeat. Idem de v̄
ginitate. Quid est virginalis castitas: nisi ex
pers contagionis integritas. Idem. Nec
mirū o virgines si pro vobis angeli militāt:
quia angelorum moribus militatis. Mere-
tur eorum presidiū castitas virginalis: quoꝝ
meretur ⁊ vitaꝫ ⁊ mors. Idem. Rachel
extorto osculo fleuit ⁊ gemuit. nec flere desis
set nisi proximum cognouisset. Idem. Cō
siderate q̄ virgines pre apostolis resurrecti
onem domini videre meruerunt. Idem.
Claudat ora virginis pudor: debilitateꝫ cor
poris excludat religio: instituat consuetudo
boni operis exercitium. Maturā igitur vir
ginem mihi prius grauitas moꝝ nunciet pu
dore obuio: gressu sobrio: vultu modesto: et
prenuncia integritatis antecedant signa vir-
tutis Bern. super Missus. Solent v̄gi-
nes que vere virgines sunt semper ad oēm
viri affatum pauere: ⁊ nunq̄ꝫ esse secure: et
vt caueant timenda etiā tuta pertimescere:
scientes se in vasis fictilibus thesauꝝ porta-
re preciosum: ⁊ nimis arduū esse viuere iter
homines vt angelū: ⁊ in terris more celestiū
conuersari. In dyalogo sanctoꝝ Basilij
⁊ Jobis. Virgo que arripuit prophetiam:
celestēqꝫ conuersationē angeloꝝ rep̄sentare
in terris spopondit: atqꝫ in hac carne incor-
poree nature aggressa est implere virtutem
neqꝫ superfluos egressus: neqꝫ vaniloquia
vsurpare ꝑmittitur. maliloquij vero ⁊ adu-
lationis etiam noīa ignorare debet. Glo.
iij. re. vi. Altior professio virtutis altiorē de-
bet tenere viā viuendi. Qui enim abrenun
ciato ꝯiugio virginitatē voto ꝯsecrant: opor
tet vt mores virginitati condignos ostēdāt.
abstineant ab ocioſ verbis. ira: rixa: detrati-
one: habitu superfluo: ⁊ oculo impudico: cō
mesationibus: potationibus: atqꝫ hmōi. vigi
lijs ⁊ sanctis orōnibus: lectionibus: elemosy
nis ⁊ huiusmodi vacent.

¶ De viduis.

Capitulum xxxix.

g

Grego. in registro. Quanto vidue
bene viuentes viroꝝ sunt solacio d̄
stitute: tanto eius enixius ecclesiasti
ca est impēdenda tuitio. Idē in. c. de sacer
dotibus bonis. Officij sacerdotalis Aug⁹.
in epistola. Quāuis ad oīa mēbra xp̄i. h̄ est
ad oēs qui in eū credūt: ⁊ eius corpi mysti-
co sociant: sicut docuit orare pertineat: spēali
ter tn̄ diligētior cura orōnis in scriptura eius
viduis inuenit iniuncta. Idē de viduitate.
Si nondū vouisses deo continentiā vidua-
lem: exhortaremur ꝓfecto vt voueres. quia
vero iam vouisti: exhortamur vt perseueres
Idem. Agite cursum vestrū o vidue: ⁊ ꝑ
seueranter currite vt comprehēdatis. ⁊ exē-
plo vite exhortatōisqꝫ sermone rapite in eū-
dem cursum vestrum quoscūqꝫ potueritis.
Idem de vita christiana. Tria esse vidua
rum genera nō ignorare te credo. Vnuꝫ qd̄
perfectissimū est: celestiqꝫ premio destinatū.
qd̄ ritu illius de euangelio vidue: deo orōni-
bus ⁊ ieiunijs die noctuqꝫ deseruit. Aliud ve
ro qd̄ filioꝝ curā habet ⁊ domus: non tā di-
gnum: nec tn̄ peccatis obnoxiū. Tertiū auteꝫ
genus est in epulis ⁊ delicijs. qd̄ eterne mor
ti seruatur. Idē de virginitate. Multas
viduaꝝ reuocat a nubendo: non amor ꝑcla-

ri ppositi. sed aperti dedecoris timor veniēs ⁊ ipse de superbia: qua formidat magis hominibus displicere q̄ȝ deo. Hiero. i eplā. Uidua que marito placere desinit. ⁊ iuxta apostolum vere vidua est: nihil habet necessariū nisi pseuerantiā. Meminit pristine voluptatis: scit quid amiserit quo delectata sit.

Ambro. de virginitate. Propemodū nō inferioris virtutis est a ꝯiugio abstinere qđ aliquādo delectauerit: q̄ȝ ꝯiugij penitus delectamenta nescire. Idem. Uirginitas in eo facilior est q̄ carnis incentiua non nouit. ⁊ viduitas in eo sollicitior q̄ pteritas aīo recolit voluptates. Idē de viduitate. Esto vidua temperans ⁊ casta. Tempera te pmū a vino: vt possis casta esse ab adultero nec te ille tentabit si te vina nō tentent. Nam si iudith vidua vinū bibisset: cū adultero vtiq̄ȝ dormisset. Idē de offi. Quid tam decorū q̄ȝ vt vidua defuncto ꝯiugi fidem seruet. qđ etiam hoc vtilius quo regnum celeste acquiritur. Sunt enim qui se castrauerunt ppter regnum celoꝝ. Idem de fide resurrectionis. Mulier satis pie virum luget: que seruat pudorē: nō deserit fidem. Sic enim bene defunctis officia pendunt: vt viuant in mentibus: ⁊ in affectibus perseuerēt.

De coniugatis.

Capitulum xl.

Grego. in mora. Tunc solū ꝯiuges in admixtione sine culpa sunt. cum non p explēda libidine: sed p suscipienda prole miscent. Idem in pastora. Necesse est vt coniuges crebris orōibus deleant: qđ pulchre copule speciē admixtj voluptatibus fedant. Idem. Admonendi sunt ꝯiuges: vt ea in quibus sibi aliqñ displicēt. ⁊ patiētes inuicē tolerēt. ⁊ exhortantes se inuicem saluent. Idem in regis. Uir cum ppria vxore dormiens nisi lotus aqua ecclesiā intrare non debet. sed neq̄ȝ lotus intrare statim debet: ⁊ infra. Nec hoc dicētes: culpam putamus esse ꝯiugū. sed q: etiā ipsa licita admixtio ꝯiugū sine voluptate carnis esse non potest: a sacri loci ingressū abstinendū est. q: voluptas ipsa sine culpa esse nullatenus pōt

Idē. Si quis sua coniuge nō cupidie voluptatis: sed solū procreandoꝝ liberoꝝ grā vtit: ille pfecto siue de ingressu ecclesie siue de sumendo dñici corpis sanguinisq̄ȝ mysterio: suo est relinquendus iudicio. q: a nobis phiberi nō debet accipere qui igne positus nescit ardere. Idē. Cum boni ꝯiuges aut meritū augere desiderant: aut anteacte vite culpas deflere: vt se ad ꝯtinentiā astringant: ⁊ meliorē vitam appetant: licet. si vero continentiā quā vir appetit vxor non sequat. aut quam vxor appetit vir recusat. diuidi coniugium nō licet. q: scriptū est. Qđ deus cōiunxit: homo non separat. Et iterū. Mulier sui corporis potestatē nō habet sed vir. similiter autem ⁊ vir sui corporis potestatē nō habet: sed mulier. i. ad Chorin. vij. Aug⁹ de bono ꝯiug. Concubitus necessarius causa generandi inculpabilis. ⁊ solus ille nuptialis. Ille autē qui vltra necessitatē istam pgreditur. iam nō rationi sed libidini obsequit. Et hunc tamē nō exigere: sed reddere coniugi. ne fornicando damnabiliter peccet: ad psonam ꝯiugalē ptinet. Si aūt ambo tali concupiscibili subiugantur: rem faciunt non plane nuptiarū. Idem. Cū ille naturalis vsus qui prolabitur vltra pacta nuptialia: idest vltra ppagādi necessitatē: venialis sit ī vxore: in meretrice dānabilis: ille qui est contra naturā execrabilis fit in meretrice: sed execrabilior fit in vxore. Idem. Bone sunt nuptie in quibus tanto meliores sunt cōiugati: quanto castiores ac fideliores. deū timēt maxime si filios quos carnaliter desiderāt: spūaliter nutriant. Idē in eplā. Mulierē cōiugatā nō licet dicere facio qđ volo d̄ meo: cū ⁊ ipsa non sit sua: sed capitis sui idest viri.

Idē sup Gene. ad lrām. Qđ bonum habent nuptie peccatū nunq̄ȝ esse potest. Hoc aūt tripartitū est. s. fides: ples. sacramentuȝ. In fide attendit ne pter vinculum ꝯiugale cū altera vel cū altero ꝯcubat. In prole vt

amanter suscipiatur: benigne nutriatur: religiose educetur. In sacramento: vt coniugiū non separetur: et dimissus aut dimissa nec causa prolis alteri coniūgatur. Idē ꝯ iulianū. Intemperans in coniugio: quid aliud nisi quidam adulter vxoris est. Omnis enim vehemens amator: proprie vxoris adulter est. Idem. Sicut adulteriū non potest esse sine bono nature: nec ideo est bonum. ita connubiū non potest esse sine malo concupiscentie: nec ideo malū est. Idē. Coniuges bene vtētes malo concupiscentie: anteponunt virginib9 male vtentib9 bono continentie. Idē de viduitate. Nuptiarū bonū semp est bonū: sʒ in populo dei fuit aliqn̄ legis obsequium. nunc est infirmitatis remediū. Idem. Sicut manente in se sacramento regenerationis: excōmunicatus qsqʒ reus criminis cuiuscūqʒ non illo sacramento caret: etiam si nunq̄ʒ reconcilietur deo: ita manente in se vinculo federis coniugalis: si vxor dimittitur ob causam fornicationis: nec carebit illo vinculo federis: etiā si nunq̄ʒ reconcilietur viro: carebit autem si mortuus fuerit vir eius. Idem. Indignātur viri. Supra in. c. de homine. Ioh. chrysosto. super Matth. Abstine te a mēstruata abstine te a pregnante: erubesce te facere qđ animalia non faciunt. Et infra. Qn̄ dies festus est: et dies ieiunij: serua vt impleas apostolicum preceptum. Nolite fraudari inuicē etc̄. i. Chorin. vij. Ambro. de viduitate. Non prohibemus secundas nuptias: sed tamen non probamus sepe repetitas. Ideʒ. Bonū coniugium: sed tamen a iugo tractuʒ et mundi iugo: vt viro potius cupiat mulier placere q̄ʒ deo. Idem de virginitate. Iacet licet se fecundo nobili dotata partu: quo plures generauit: plus laborauit: Numerat solacia filiorum: sed numeret pariter et molestias. Nubit et plorat: qualia sunt vota q̄ flentur. Idem. Prius vtiqʒ impedimentum fecunditas carnis incipit afferre q̄ʒ fructum parturit enim et erogat prius q̄ʒ pariat. q̄ʒ dulce pignus quod a periculo incipit: et in periculis desinit. prius dolori futurum q̄ʒ voluptati: periculis emitur: nec pro arbitrio possidetur. Idem. A coniugio illa nascuntur incentiua viciorum: vt quesitis coloribus ora depingant dum viris displicere formidant. et de adulterio vultus meditantur adulteriū castitatis. Isido. in etymo. Tribus causis ducitur vxor. Prima est causa prolis. đ qua legitur in genesi. Et benedixit eos dicens. Crescite et multiplicamini. Secunda causa adiutorij. de qua ibi in genesi dicitur. Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Tertia causa incontinentie. Unde dicit aplš. qui se non continet nubat. Hierony. in epistola. Non negamus viduas: non negamus maritas: sanctas mulieres inueniri: sed que vxores esse desierunt: que in ipsa necessitate coniugij imitantur virginum castitatem. Idem. Ubi tympana sonant. tibia clamitat. lira garrit cymbala concrepant: quis ibi decimorum parasitus contumelijs gloriatur. Ingrediuntur exposite libidini victime: et tenuitate vestiuʒ nude impudicis oculis ingeruntur. his infelix vxor aut letatur et perit. aut offenditur et maritus in iurgia concitatur. Idem. Nupta ad speculū pingitur: et in contumeliam artificis conatur pulcrior esse q̄ʒ nata est. Idem in origi. super illud Joel. ij. Egrediatur sponsus de cubili suo etc̄. Ergo qui in castigatione victus et ieiunio atqʒ elemosynis dicit se agere penitentiam: frustra agit penitentiam qui non seruat castitatem. frustra hoc sermone ꝓmittit: nisi egrediatur de cubiculo suo: et sanctum purumqʒ ieiunium pudica expleat penitentia. Glo. i. Pe. iij. Quotiens vxori debitum reddo orare non possum. Q. si iuxta apostoli sermonem sine intermissiōe orādum est. nunq̄ʒ ergo mihi coniugio seruiendum: ne ab oratione cui semper instare iubeor vlla hora prepediar.

## ¶ De tribus statibus predictis.

Capitulum xi.

Auguſtinus in li.de bo.cõiu. Sicut
a bonũ erat qđ Martha faciebat oc
cupata multũ circa miniſterium ſan
ctorum:ſed melius qđ Maria ſoror eius ſe-
dens ad pedes dñi ⁊ audiens verbũ eius:cũ
eum ambe hoſpitio recepiſſent:ita bonũ ſu-
ſanne in ꝯiugali caſtitate laudamus: ſed ta-
men ei bonũ vidue anne:ac multo magis ma
rie virginis anteponimus. Idem de vir-
ginitate. Certa ratione ⁊ ſanctaꝝ ſcriptura-
rum auctoritate nec peccatũ eſſe nuptias in-
uenimus:ſed tamen nec eas bono vel virgi-
nalis continentie:vel etiam vidualis' abſtiné
tie equamus. Idem contra iulianũ. Vera
pudicitia ſiue coniugalis ſiue vidualis ſiue
virginalis dicenda non eſt:que non vere fi-
dei mancipaẜ. Cõiuges eni ⁊ virgines ⁊ vi-
due poſſunt eſſe: ⁊ pudice non eſſe ſi conta-
minata volũtate mechanẜ. Hiero. in epi
ſtola. Cũ in ſemente terre bone centeſimũ ⁊
ſexageſimum ⁊ triceſimũ fructum euangelia
doceant. ⁊ centenarius pro virginitatis coro
na primum gradum teneat. ſexagenarius pro
labore viduarum in ſecũdo ſit numero. trice
narius federa nuptiarũ ipſa digitoꝝ cõiun-
ctione teſtetur. bigamia in quo erit numero
imo extra numerum: certe in terra bona nõ
oritur. ſed in vepribus ⁊ ſpinetis vulpium: q̃
herodi impijſſimo comparantur. Amb.
de viduitate. Docemur triplicem caſtitatis
eſſe virtutem: vnam coniugalem: aliam vi-
duitatis tertiam virginitatis.

¶ De pauperibus.

Capitulum xlij.

Grego. in ome. Pauper cum rep-
g henſibilis cerniẜ moneri debet ⁊ de
ſpici non debet. Si vero rephéſio-
nis nil habet: venerari ſummopere ſicut in-
terceſſor debet. Idem. Cũ quoſlibet pau
peres nõnulla rephéſibilia ꝑpetrare ꝯſpicitꝭ
nolite deſpicere. nolite deſpare: q: fortaſſe qđ
ſuperfluitas tenuiſſime prauitatis inquinat:
caminus paupertatis purgat. Idem. Qñ
ad fidei agonem venimus: luctamé ꝯtra ma
lignos ſpũs ſuminꝰ. maligni autem ſpiritus
nudi ſunt: quia nihil in hoc mundo propriuꝫ
poſſident. nudi ergo cum nudis luctari debe
mus. nam ſi veſtitus quis cũ nudo luctaẜ. ci
tius ad terram deijciẜ: q: habet vñ teneatur.
Idem in dyalo. Paupertas mentibꝰ bo
nis eſſe ſolet cuſtos humilitatis. ¶ Idé ſuꝑ
Ezech. Paupertas in inopia mentis eſt: nõ
in q̃ntitate poſſeſſionis. Idem. Cũ deeſt
terrena ſubſtantia de qua eterno iudici ratio
nem ponemus. liberiꝰ ad patriam ꝑgimꝰ. q:
quaſi in via pondere caremꝰ. Idé. Mi-
rá ſecuritas eſt cordis aliena non querere. ſꝫ
vniuſcuiuſqꝫ diei ſufficientia contentũ mane
re. Infra de ſufficientia li.iiij. Idé. Quiſ-
quis ſtimulo. Infra li.iij. caplõ de iudicio.
Aug. de eccleſi. doc. Bonum eſt faculta-
tes cũ diſpenſatione pauperibꝰ erogare: me
lius ꝓ intentiõe ſequendi dñm inſimul paupi
bus donare: ⁊ abſolutũ ab omni ſollicitudi-
ne egere cũ chriſto. Idem in li. de cura pro
mortuis: ⁊ in li. de ci. dei. Preclaras exequi-
as in conſpectu hoiuꝫ exhibuit purpurato il
li viuiti turba famulorum: ſed multo clario-
res in conſpectu dei vlceroſo illi pauperi mi
niſteriũ ꝓbuit angelorũ. qui eũ non extulerũt
in marmoreum tumulũ: ſed in abrae ſinum.
Idem ſuper cano. iacobiꝭ. Magne felici
tat is eſt conditio chriſtianorum. quibus clari
tudo regni in paupertate poſita eſt. poſſide-
re quod cum labore acquiriẜ paucoꝝ eſt. con
temnere quod cũ fructu contemnas omniuꝫ
eſt. Felicitas ergo magna chriſtianorum: qui
bus datum eſt vt paupertate faciant preciuꝫ
regni celorum. Idem. Non tibi diſpliceat
paupertas tua: nihil enim ea poteſt ditiꝰ iue
niri. Vis ſcire q̃ꝫ locuples ſit paupertas. ce
lum emit. Ioh. Chryſ. Non maluꝫ aliquod
eſtimemus inopiam: etenim ſapiétie ⁊ patié
tie ⁊ omnis philoſophie nobis magiſtra eſt
inopia. Ambro. in hexameró. Iuſtus vir
qui hic eguerit: illic abundabit'. ⁊ qui hic la-
boré tolerauerit: illic conſolationem habebit
qui autem hic receperit bona: illic mercedeꝫ

eorum sperare non poterit: paupertas enim mercedē suā reseruat. cēsus absumit. Hieronymus in epl'a. Uacu[9] viator & nudus latronis non timet insidias: securus a nocturnis furibus dormit. pauper etiam si claustra non muniat: diuiti vero sue opes latronis imaginantur occursum: & iug i sollicitudine somnum adimūt. Idē. Socrates ille thebanus quondam ditissimus: cum ad philosophandum athenas pergeret: magnū auri pondus abiecit in mare. nec putauit se posse & virtutes simul: & diuitias possidere. Bern. in epistola. Uolo te esse amicū pauperum magis autem imitatorem. ille gradus proficientium est: hic perfectorū. Amicitia nāq3 pauperū regis amicos constituit. sā amor paupertatis reges facit. regnū deniq3 celorum pauperū est. Idem in sermo. Cū tria sint genera paupertatis. necessaria: voluntaria. & simulatoria: recte diuidens & recte offerens: reiecta simulatione necessariam patiens: voluntariam amplectens: pauper efficitur spiritu. Idem. Felix paupertas voluntaria relinquentium omnia: & sequentium te domine iesu. Felix plane: que tam securos: imo gloriosos faciat in illo singulari flagore elementorum. in illo tremendo examine meritorum. in illo tanto discrimine iudiciorum.

Sene. in epistola. Cui cū paupertate bñ conuenit diues est. Idem. Non qui parū habet: sed qui plus cupit pauper est. Idē. Aude hospes contemnere opes: & te quoq3 dignum finge deo. Nemo alius est deo dignus: q3 qui opes contempsit. quarū possessionem tibi nō interdico. sed hoc efficere volo vt intrepidus eas possideas. Idē. Si vis vacare animo: aut paup sis oportet: aut pauperi similis. Non potest salutare fieri studium sine fragalitatis cura.

¶ De diuitibus.

Capitulum xliij.

Rego. i ome. Quicūq3 bene in hoc seculo habetis: cum vos bona egisse recolitis valde de ipsis pertimescite: nec concessa vobis prospitas eorūdē remuneratio sit bonorum. Idem. Cū pauci sint qui spiritalia dona percipiunt: & multi qui rebus tpalibus abundant: per hoc se diuites virtutib[9] pauperū inserunt q eisdē sanctis pauperibus de suis diuitijs partiuntur.

Idem. Plerumq3 mali eo magis contra dñm superbiunt: quo ab eius largitate & contra meritū ditant. & qui prouocari bonis ad meliora debuerunt: donis peiores fiunt.

Aug. de ciui. dei. Temporalib[9] magis vtēdum est q3 fruendum. vt frui mereamur eternis: non sicut peruersi qui frui volūt numo: vti autem deo. qñ non numum propter deū impendunt: sed deum propter numū colunt.

Idem. Preclaras exequias &c. supra de pauperibus. Idē de verbis dñi. Ecce recole diues primordia tua. dic rogo: qd attuleris: aut si dicere erubescis: audi apostolum dicentē. Nihil inqt intulimus in hunc mundum: vtiq3 quando nati sum[9]. sed nec auferre quid possum[9]: vtiq3 quando de mundo exibim[9]. nihil attulisti: nihil auferes. quid te inflas contra pauperem. certe qñ habito casu vetera sepulcra franguntur: ossa diuitum ab ossibus pauperū non agnoscunt. Idē Utere diues li. ij. de elemosyna. Johan. chrysost. super matth. Non propter hoc diues diuitias accepisti: vt in lasciuia consumas: sed vt in elemosynam expendas. nunquid enim tua sunt que habes: que pauperū bona sunt tibi credita sunt: etiam si ex laborib[9] iustis vel ex hereditate paterna possessor factus fueris. Idem super iob. Per inumeras mortes suorū letantur se cupidi ad pecunie ianuas peruenisse volutari nanq3 in sceno eius tanq3 sues delectantur. & vt tauri stercus ei[9] euoluere. Ambro. de offi. Isti qui in delicijs: qui in luxuria: rapina: questibus: honoribus: studia sua posuerunt. spectatores magis sunt q3 preliatores. habent lucrum laboris: fructum virtutis non habent. Idem in hexameron. Nudi omnes nascimur: nudi morimur: nulla discretio inter cadauera

mortuorum: nisi forte quia grauius fetent di
uitum corpora distenta luxuria Idem in
sermone. in commune omnibus diuitibꝰ at-
q̃z pauperibus terra fundata est. cur vobis
ius propriũ soli diuites arrogatis: nescit natu
ra diuites que omnes pauperes generat.
Idem. Quicunq̃z patrimonio suo tanquã
possessor non vtitur: qui largiri pauperi ⁊ di
spensare non nouit: is suarum seruulus est:
non dominꝰ facultatũ. ¶ Idem. Ipsum no
men considera: ditem dicunt gentiles infer-
ni presulem: arbitrum mortis Hieronimꝰ
in origi. super abacuc. iij. Pro iniquitate vi-
di tentoria ethiopie. omnis diues: aut iniquꝰ
aut heres iniqui. Seneca in epistola. Li-
bera te prius metu mortis: ille nobis graue
iugum imponit: deinde metu paupertatis.
Si vis scire q̃z nihil in illa mali sit: compara
inter se pauperum ⁊ diuitum vultus: sepius
pauper ⁊ fidelis ridet. Idem. Horũz qui
felices vocantur hilaritas ficta est: aut gra
uis ⁊ superata tristicia: eoq̃z grauior. q: inter
dum non licet esse miseros. sed inter erũnas
cor ipsum excedentes necesse est agẽ felicez.
¶ De potentibus.
Capitulum xliiij.
Grego. in regis. Qui post terrenam
potestatem celestis regni gl'iaz cupit
acquirere: ad faciendũ lucrũ creato
ri suo debet enixiꝰ laborare. vt ad ea que de
siderat operationis sue gradibꝰ possit ascendẽ
Idem. Summũ in regibꝰ bonũ est: iusti-
ciam colere: ac sua vnicuiq̃z iura seruare ⁊ in
subiectos non sinere quod potestatis est fie-
ri. sed quod equum est custodiri. Idem.
Tunc regnum bene regit: cũ regnandi gl'ia
animo non dñatur. Idem. Restringẽda
sub ratione potestas est: nec quicq̃z est agen
dũ prius q̃z concitata ad tranqllitatẽ mens
redeat. nam cõmotionis tpe iustum putat ira
qd̃ fecerit. Idem in pasto. Contra deum
p̃sunt potentes si eos euos per ꝯditionez te
nent subditos: equales sibi p nature ꝯsortiuz
non agnoscũt. Idem in mora. Bene pote
statem exercet qui scit p illam sup culpas eri
gi. scit cũ illa ceteris equalitate componi: hu-
mana enim mens plerũq̃z extollit: etiam cuz
nulla potestate fulcit. quãto igit magis se in
altũ erigit cũ se ei etiam ptãs adiũgit. Idẽ
iuncta semper esse superbia potentibus solet
Aug. d̃ vita christiana. Quo potestas sub
limior est: tanto ad peccandum maior est au-
dacia. q: totum credit licere sibi quod potest
⁊ dum alteriꝰ iudicium non timent: qui alios
iudicant: ad peccandũ p̃cipites fiũt. Idẽ.
Homines diabolum. supra de ambitiosis.
Idem de mendacio. Nulli est iniuria per
potentiaz vel leuiter inferẽda: vt ab alio gra
uior iniuria repellat. Amb. de offi. Laus
dñi vbi munda possessio: ⁊ innocẽs familie
disciplina. Idem in apolo. Peccauit da-
uid vt solent reges: sed penitẽtiam gessit: fle
uit ⁊ ingemuit: qd̃ non solent reges. Isid.
de sum. bo. Qui recte vtitur regni potestate:
ita prestare se omnibus debet. vt q̃nto magis
honoris celsitudine claret: tanto semetipsum
mente magis humiliet: preponens sibi exem
plum humilitatis dauid: qui de suis meritis
non tumuit: sed humiliter se se deijciens di-
xit. vilior fiam plus q̃z factꝰ sum: ⁊ ero humi
lis in oculis meis. Idem. Qui recte vtit
regni potestate: formam iusticie factis magis
q̃z verbis instituit. ille nanq̃z nulla prosperi-
tate erigitur: nulla aduersitate turbat. nõ ni
tit proprijs viribus: nec a deo recedit cor eiꝰ
regni quoq̃z fastigio humili presidet animo.
non eũ delectat iniquitas: non inflammat cu
piditas. sine fraudatione alicuius ex paupe
diuites fac. ⁊ quod iusta potestate a ppl'is ex
torq̃re potuerat. hoc sepe misericordi cleme
tia donat. Idem in syno. Modica est hu
ius seculi gloria: caduca est ⁊ fragilis tempo
ralis potentia. dic vbi sunt reges: vbi princi-
pes: vbi imperatores. vbi locupletes rerum
vbi potẽtes seculi. vbi diuites mundi: q̃uasi
vmbra transierunt: velut somnium euanue-
runt. Bern. in epl'a. Principis error mul
tos inuoluit. ⁊ tantis obest q̃ntis preest ipse.

Sen̄.in epiſtola.Nec ꝑmiſcuá habere:nec
vulgaré clementiá principem decet.Ná tá
omnibus ignoſcere q̄ꝫ nulli malú eſt. Ideꝫ
Sic cū inferiore viuas quéadmodū tecum
viuere ſuperioré velis. Idé.Quotiens i
menté tuá venerit quantū tibi in ſeruū tuum
liceat.totiens veniat etiá in menté tuam tan
tūdem in te dn̄o tuo licere.At ego inqs nul-
lum dn̄m habeo.Rn̄deo bona forſitan é for
tuna.Si neſcis qua etate hecuba ſeruire ce-
pit.qua creſus:qua darij mater.

¶ De iudicibus.

Capitulum xlv.

Grego.in ome.Durum eſt vt q ne
g ſcit tenere moderamina vite ſue:iu
dex fiat vite aliene. Idé.Iudica-
re digne i.c.de acceptóe ꝑſonaꝝ li.iij. Idé
in mora.Maiora crimina ⁊ tarde credenda
ſunt cū audiunt:⁊ citius punienda ſunt cum
veraciter agnoſcūtur. Idé.Tres ſunt ac-
ceptiones muneꝝ ad quas ex fraude feſtina
tur ad iudiciū.Munus náqꝫ a corde eſt ca-
ptata gr̄a cogitatóe.Munus ab ore eſt gl̄ia
per fauoré.Munus a manu eſt premiū per
datóem. Idé.Boni te dulcé in.c.de geta
te li.iiij. Ioh.Chry.ſup matth.Benigni
⁊ iuſti iudicis eſt ſuas iniurias conténere:⁊
alioꝝ iniurias iudicare. Idem.Facile de-
uiat.in.c.de timore in li.iij. Iſi.in ſyno.No
li eſſe plus iuſtus q̄ꝫ iuſtū eſt:omne eniꝫ qd̄
nimis eſt:viciū eſt. Idé.Nullū iudices.i-
fra li.iij.c.de ſtultiloquio in accuſatóe. Idé
de ſum.bo.Neminé ſtultoꝝ vel improboꝝ
oportet iudicé eſſe.Ná ſtultus per ignauiaꝫ
improbus ꝑ improbitaté corrūpit quá didi-
cit veritaté. Idé.Qui recte iudicat:⁊ pre
miū inde remuneratóis expectat fraudé in
deo perpetrat:q: iuſticiá quá gratis partiri
debuit acceptione pecunie vendit. Idem.
Quattuor modis iudiciū humanū peruerti
tur.timore:cupiditate:odio:amore. Timore
dum metu poteſtatis alicuius veritaté loqui
paueſcimus.Cupiditate dū ꝑmio muneris
alicuius corrūpimur.Odio:dū ꝯtra quélibꝫ
aduerſari molimur. Amore:dū amico vel
ꝓpinquis obtꝑare ꝯtendimus. Aug⁹ in
epiſtola.Iniquū eſt vt quiſqꝫ iudicare d̄ alio
velit:⁊ iudicari de ſeipo nolit. Idem.Im
ple chriſtiane iudex pij patris officiū.ſic ſuc-
cenſe doleas iniquitati vt conſulere memine
ris humanitati. Idé in ſer.Cū iudicaue-
ris teipm ſine adulatóe.iudica ꝓximū cū di
lectóe. Idé ꝯ donatiſtas.Nó facile ꝑ vno
vel paucis:aduerſus inumerabiles religióis
⁊ vnitatis viros:⁊ magno ingenio ⁊ vberi
doctrina preditos:niſi pertractatis pro viri
bus atqꝫ bene perſpectis rebus ferenda ſen
tentia eſt. Idé.Sacerdos cui ois ſupra de
ſacerdotibus bonis li.i. Ambro.in apolo.
Vnuſquiſqꝫ de alio iudicaturus:de ſeipſo
prius iudicet:nec minora in alio errata códé
net.cū ipſe grauiora cómiſerit. Idé.Sepe
⁊ in iudicádo maius pctm̄ iudicij eſt:q̄ꝫ pec
catū ipm de quo fuerit iudicatū.

¶ De nobilibus.

Capitulum xlvi.

Grego.in dyalo.Nónullis ſolet no
g bilitas generis parere ignobilitaté
mentis ⁊ minus ſe in hoc mūdo de
ſpiciant:qui plus ſe ceteris aliquid eſſe vel
fuiſſe meminerint. Hiero. in epiſtola ad
cellantiá.Nulli te vnq̄ꝫ de generis nobilita
te ꝑponas:nec obſcuriores quaſqꝫ ⁊ humili
loco natas te inferiores putes neſcit enim re
ligio nr̄a perſonas:nec condi tóes hoim ſed
aias inſpicit. Idé.Sola apud deū liber-
tas eſt nó ſeruire peccatis.ſūma eſt apud eū
nobilitas claꝝ eſſe virtutibus. Idé.Nobi
litatis tue tm̄ ad hoc memineris:vt cum cla
ritate generis:moꝝ ſanctitate ꝯtédas. Idé
Nó eſt qd̄ ſibi aliquis de generis nobilitate
blandiatur.ſi ex meliori parte ſit ſeru⁹. Idé
Mundaná nobilitaté nó nature equitas ꝑ-
ſtitit:ſed cupiditatis ambitio inuenit. Idem
in ome.Ille apud deū potior ⁊ nobilior eſt:
non quem nobilitas generis:aut dignitas ſe
culi.ſed qué deuotio fidei deo ⁊ ſancta vita
cómendat. Ambro.in ſer.Nullū ad ꝯmé

datõem hois ꝯditio ꝯuitutis affert impedimentũ.nec dignitas ꝓsapie meritũ:sed fides affert:siue liber siue seruus:omnes i christo vnum sumus. Bernar.in epistola. Mime qdeꝫ deus est acceptor psonaꝝ.nescio tamé quo pacto virtus in nobili placet:an forte q: plus claret. Siqdem ignobilis cũ caret glia: nõ facile liquet vtrũ q: nolit:aut q: nõ possit habere.laudo tñ factã de necessitate ꝟtuteꝫ. sed plus illam quã elegit animi libertas:non inducit necessitas.

¶ De militibus.

Capitulum xlvij.

g Rego.in registro. Summa militie laus inter alia bona merita hec est. obedientiã sancte rei publice vtilitatis causa exhibere:⁊ qđ sibi vtiliter iperatuꝫ fuerit obtpare. Joh Chrys.sup Matth. In honestũ est apud deũ opus negociatõis: siue dignitatis:siue militie Ambro. super illud Lu.iij. Neminé ꝯcuciatis. Singul' generibus hoim tribuit sctũs Johes baptista responsum.scꝫ publicanis:ne vltra q̃ꝫ pscriptum est eis exigant. militibus ne calũniam faciãt:pdaꝫ requirãt.docés idcirco stipédia cõstituta militie:ne dũ sumptus querit pdo grasset. Aug⁹ de verbis dñi. Nõnulli q aut militie cingulo detinent. aut in actu sunt publico ꝯstituti:cũ peccant grauiter assolent a peccatis suis prima se voce excusare,q'militant:⁊ ne bñ aliqñ faciãt occupatos se malis actibus ꝯquerunt. ¶ Idem. Nõ est delictũ militare:ꝫ ꝓpter pdã militare pctm̃ é. Nec rẽpublicã gerere criminosum é.sed iõ agere rẽpublicã vt ré familiaré augeas potius:videt esse dãnabile. ¶ Idé in epl'a ad iulianũ comité. Hoc primũ cogita qñ armaris ad pugnã.q: ꝟtus tua ⁊ fortitudo corpal' donũ dei é.sic enim cogitabis de dono dei nõ facere ꝯcq̃ꝫ ꝯ deũ. ¶ Idé. Esto etiã bellando pacific⁹:vt eos q̃s expugnas ad pacis vtilitaté vincendo pducas.beati enĩ pacifici ait dñs q: filij dei vocabunt. ¶ Idé. Posté pugnãté necessitas pimat nõ volũtas.⁊ sicut bellanti ⁊ resistenti violẽtia reddit.ita victo vel capto mĩa iam debet:maxie in quo pacis pturbatio nõ timet. ¶ Idem. Ornet mores tuos pudicicia ꝯiugalis:ornet sobrietas ⁊ frugalitas.valde enim turpe est vt militeꝫ qué nõ vincit hõ:vincat libido:vt obruatur vino q nõ vincit ferro. ¶ Idé. Ex his q̃ habes de militia gr̃as age deo tanq̃ꝫ fonti bonitatis vñ habes.atqꝫ in oibus bonis actib⁹ tuis illi da claritaté:tibi aũt humilitaté.

¶ De negociatoribus.

Capitulum xxviij.

g Rego.in ome. Sunt pleraqꝫ negocia q̃ sine pctõ exhiberi aut vix aut nullatenus pñt.q̃ ergo ad pctm̃ ipli cant:ad hec necesse est vt post ꝯuersioné animus nõ recurrat. ¶ Idé. Negociũ auté qđ añ ꝯuersiõem sine pctõ extitit.ꝫ etiã post cõuersionem repetere culpa nõ fuit. Aug⁹. Studiũ auaricie siue fraudis ꝓpriũ solet eé negociantiũ facinus. ¶ Idé super illud ps. Qm̃ nõ cognoui lr̃aturam ⁊c.alia lr̃a negociatõnes. Nã auidus acqrẽdi ꝓ dãno blasphemat:ꝓ pcijs reꝝ mẽtit ⁊ peierat. Ambro.de viduitate ponit talé lr̃aꝫ Can.iij. Circuibo ciuitaté in foro ⁊ in plateis ⁊ q̃rã queꝫ dilexit aĩa mea.nequaq̃ꝫ ibi queramus xp̃m vbi inuenire nõ possumus.nõ est xp̃s circũforan⁹.xp̃s enim pax est:in foro lites.xp̃s iusticia est:in foro iniqtas.xp̃s opator est:i foro ociũ manet.christus charitas est:in foro residet obtrectatio.xp̃s fides est:in foro fraus é ac pfidia. ¶ Idé de offi. Mortificet auaricia:moriat ꝯcupiscentia.sctũs dei negociationem cognouisse se negat.q: pcioꝝ captare icrementa non simplicitatis:sed versutie est. Joh.Chry.sup Mat. Fuge foꝝ vt nec patiaris fraudé:nec facias. ¶ Idé. Prima laus é christiani:alienũ esse a foro:nullã cãꝫ hr̃e cũ illo. ¶ Idé. Hõ mercator nunq̃ꝫ põt placere deo.⁊ iõ nullus christianus debet eé mercator.aut si voluerit eé:ꝓijciat de ecclesia dei.dicéte ps.qm̃ nõ cognoui negociationes:introibo i potẽtias dñi. ¶ Idé. Quéad

modū qui ambulat inter duos inimicos:vo
lens ambobus placere ⁊ nolens ſe cōmēda
re:ſine maliloquio nō poteſt eſſe.neceſſe eſt
enim vt ⁊ iſte male loquať de illo.⁊ ille ma-
le loquatur de iſto.ſic qui emit ⁊ vendit ſine
mendacio ⁊ periurio eſſe non pōt.¶ Idez.
Qui compat rem.infra de feneratoribus.
Hiero. Negociatorem clericum.ſupra
de clericis.

¶ De feneratoribus.
Capitulum xlix.

Grego.in regiſ. Nos amatoribus
g vſurap̄ nulla ratione manus impo
nimus. Ioh.Chryſ.ſup Mat.
Qui compat rē vt illam ipam integrā ⁊ im
mutatā dādo lucretur:ille eſt mercator q de
templo dei eijcitur.vnde ſuper oēs mercato
res plus eſt maledictus vſurarius.¶ Idez.
Si quis rem compatā vendit mercator eſt ⁊
maledictus.quanto magis maledictor erit q
nō compatā pecuniā:ſed a deo datā ſibi dat
ad vſuram.¶ Idem. Nihil vſura turpius:
nihil crudelius.alienas enim hec negociať
miſerias.⁊ lucrum alterius aduerſitatē facit
⁊ mercedē expetit miſericordie velut timēs
ne appareat miſericors:⁊ fictione mie pfun
diorem fodit foueā.in auxiliādo conterēs in
opem.⁊ in porrigendo manū expellens.⁊ ſu
ſcipiēs quidē vt in portum naufragio.⁊ ſub
mittens hunc in vadis ⁊ in antris. Amb.
in epi. Non dabis pecuniā tuam ad vſuraz
qm̄ ſcriptum eſt:ꝙ is qui nō dedit pecuniaz
ſuam ad vſurā habitabit in tabernaculo dei.
naz ille ſupplantatur qui vſurap̄ captat emo
lumentū. Itaqz vir chriſtianus ſi habet det
pecuniam quaſi nō excepturus:aut terre ſor
tem quā dedit recepturus.¶ Idem. Quid
durius q̄z vt des pecuniam tuam ⁊ ipſe du
plum exigas.qui ſimplū non habuit quēad-
modū duplum ſoluet. ¶ In vitis patrum.
Cui nocetur aut iniuriať ⁊ voluntarie par-
cit pxio:hic ſm naturā xp̄i eſt:qui nec ledit
nec lediť:hic ſm naturam ade eſt. Qui vero
nocet aut iniuriatur:aut calūniā ingerit:aut
vſuras exigit:hic ſm diabolū eſt. Sene.i
epiſtola. Quid fenus ⁊ calendariū ⁊ vſura
niſi humane cupiditatis extra naturam q̄ſita
noia.o miſerū ſi quē delectāt.

¶ De demonibus.
Capitulum l.

Grego.in mora. Hoſtis malignus
g quo ſctōs vigilantes minime ſupat:
eo dormientes grauius impugnat.
quē tn̄ hoc maligne aere ſupna diſpēſatio be
nigne pmittit:ne in electop̄ cordibus ipſe ſal
tem ſomnus a pbatōis premio vacet. Idē
Maligni ſpiritus certis quibuſqz vicijs ſin
guli obſequi ſunt credēdi. Idē. Angelop̄
ſpiritus idcirco irremiſſimiliter peccauerūt:
q: tanto robuſtius ſtare poterāt quanto eos
carnis admixtio nō tenebat. homo vero id-
circo poſt culpā veniam meruit.quia p car-
nale corpus aliquid quo ſemetipo minor eēt
accepit. Idē. Angelus ſua malicia cecidit
hominem vero aliena proſtrauit. Idem.
Occulte iuſticie licentia malignis ſpiritibus
dať.vt quos volentes in peccati laqo ſtran-
gulant:in peccati penā etiā nolentes trahāt.
Idē. Ita deus ſuper oīa eſt vt ipe ſub nul
lo ſit.leuithan vero eius celſitudinis culmē
aſpiciens:ius peruerſe libertatis adpetijt vt
preeſſet ceteris:⁊ nulli ſubeſſet. Idē. Sci
mus ꝙ immundi ſpūs qui e celo ethereo la-
pſi ſunt:in hoc celi terreqz medio vagantur.
qui tanto magis corda hoīm aſcēdere ad ce
leſtia inuident.quanto ſe a celeſtibus p elatō
nis ſue immudiciā piectos vident. Idem
Alius letis:alius triſtibus:alius timidis:ali⁹
elatis moribus exiſtit.quo ergo occultus ad
uerſarius facile capiat vicinis ꝯſpſionib⁹ de
ceptiones parat. Idē. Sathane voluntas
ſemp iniqua eſt:ſed nunq̄z poteſtas iniuſta.
q: a ſemetipo voluntatē habet:ſed a dn̄o po
teſtatē. Idē in ome. In bonis operibus in
tenti niſi ꝯ malignos ſpūs ſollicite vigilem⁹:
ipſos irriſores patimur i penis quos ad ma
lum perſuaſores habemus. Idē in regiſ.
Tanto hoſtis callidus ꝯ nos deceptiōis mo

limina ardentius exquirit. quanto nos celesti patrie feruētius inhiare cognoscit. Idē in dyal. Malignus spūs cogitationi: locutōni: atq; operi nostro semp insistit. si fortasse quid inueniat vnde noster apud examē eterni iudicis accusator existat. Idē in pasto. Diabolus modo alioꝝ facta grauiora: modo nihil esse qđ perpetratū est: mō misericordē deū loquit: mō adhuc tempus subsequēs ꝛ sufficiens ad penitētiā pollicet. vt dū per hec decepta mens ducit: ab intentōe pnīe suspendat. quatenus tunc bona nulla pcipiat: quā nūc nulla mala contristant. Aug⁹ de ci. dei. Credendū est esse spūs nocendi cupidissimos: a iusticia penitus alienos: superbia tumidos: inuidia liuidos: fallacia callidos. q in hoc quidem aere habitāt. q: de celi supioris sublimitate deiecti merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi cōgruo velut carcere damnati sunt. Idem. Sicut ipi mali homines in terra: sic etiā demones: non oīa que volunt facere possunt: nisi quantū illis ordinatiōe finit illius cuius iudicia plena nemo comprehendit: iuste nemo reprehendit.

Idē. Mali angeli sua potestate poti⁹ delectati velut suū bonum ipsi sibi essent: a superiore cōmuni omniū beatifico bono ad ꝓpria defluxerunt. ꝛ habētes elatōis fastum ꝓ excellentissima eternitate: vanitatis astutiam pro certissima veritate. studia partiū ꝓ indiuidua charitate superbi: fallaces: inuidi: effecti sunt. Idē. Esse natura in qua nullū bonuꝫ sit nō pōt. proinde nec ipsius diaboli natura inquantū natura est: malū qđ est. Idē Auertat de⁹ li. ij. de iuidia. Leo i ser. Diabolus oīm discutit ꝯsuetudies: vētilat curas scrutat affect⁹: ꝛ ibi cās qrit nocēdi vbi quē qꝫ viderit studiosi⁹ occupari Johēs chry. in sermone. zelatur diabolus hoiem q: ipe đ celo corruerat. Uidebat enīꝫ adam paradisi esse colonū: ꝛ inflatus inuidia induit serpentis imaginē. Incorpalis enim cū esset: corporalibus loqui non poterat. Idē Diabol⁹ non aliunde talis factus est: nisi quia primo quidem post peccatum desperatione visus est. postea vero ex desperatione in inuidiā incidit ꝛ superbiā. Cyprianus in epistola. Lata ꝛ spaciosa itinera vite letalis. illic illecebre ꝛ mortifere voluptates. illic diabolus blanditur vt fallat: arridet vt noceat. illicit vt occidat. Ambro. in sermōe. Pater ꝑ diabolus nō diligit filios suos: sed odit. sic amat diabolus filios suos vt perdat: sicut amat gluto ꝑcellum vt comedat. Isiđ. in etymo. Prescīūt demones futura multa: vnde ꝛ solēt respōsa aliqua dare: inest enim illis cognitio rerum plusqꝫ infirmitati humane. partim subtilioris sensus acumine: partim experientia lōgissime vite: partim per dei iussum angelica reuelatione. Idē. Diabolus hebraice dicit deorsum fluens. q: qui quietus in celi culmine stare ꝯtempsit: superbie pondere deorsuꝫ corruens cecidit. Grece vero diabolus criminator dicitur. Idē de sum. bo. Diabol⁹ non est īmissor. sed incen or: potius malarum cogitationū ꝛ oīm vicioꝝ. neqꝫ enim alibi cōcupiscentie fomenta incendit: nisi vbi prius praue cogitationis delectationes inspexerit.

Idem. Tunc contra eū quē possidet diabolus acrius seuit quando se diuina virtute ab eo expellendum cognoscit. Bern. in sermone. Ledit nos iniquitas diaboli atqꝫ versutia. sed multo amplius eum nostra simplicitas ꝛ misericordia torquet. humilitatem nostrā non sustinet: vritur charitate nr̄a: mā suetudine ꝛ obediētia cruciat.

Finit liber primus de ꝑsonaꝝ varietate.

Capitula secundi libri.

¶ Incipit liber scōs de principaliū vicioꝝ ⁊ virtutū multiplicitate.

¶ De tentatione.

Capitulū i. Gregori⁹.

Nisi misericors deus cū viribus tentamenta modificet: nullus ꝓfecto est q̄ malignoꝝ spirituum insidias nō corrués portet. ¶ Idē. Sancta ecclesia transire sine labore tentationis non potest tp̄a peregrinatōis. que etsi foris apertos hostes nō hꝫ: intus tñ tolerat fictos fratres. ¶ Idē. Plerūqꝫ q̄ plus. supra. li. i. de ꝓficientibus. Aug⁹ ꝯ iulianū. Quia i ista humana miseria peior hostis est cauēda supbia. ideo nimiꝝ nō penitus extinguitur i carne sanctoꝝ ꝯtinentium ista carnalis ꝯcupiscentia: vt dum pugnatur aduersus eā: periculoꝝ suoꝝ animus admoneatur ne secur⁹ de meritis per superbiā infletur. ¶ Idem. In nobisipsis sola infirmitas ē causa pugnādi. ⁊ rursus infirmitas est admonitio non superbiendi. proinde vt virtus qua hic supbiri potest nō superbiat: eadem virtus in infirmitate tentationis perficitur. Isi. de sum. bo. Diabolus serpens est lubricus. cuius si capiti. i. prime suggestioni nō resistitur: totus in interna cordis dum non sentitur illabitur.

Ambro. super Lu. Tentatōem nō vt inimicam timere debem⁹ ē enim causa victorie: materia triumphoꝝ. ¶ Idem. Diues ille q̄ tentatōem non sensit in hoc seculo: raptus ē ad inferos: ⁊ sepultus in inferno. Iohan. Chrys. super Matth. In primis grauis et insupabilis est impetus diaboli. q̄ si quis forti animo sustinuerit eū statim inueniet infirmiorē. Quanto enim plus repercussus fuerit: tanto magis tepescit ⁊ deficit. Idem. Qui murmurat de periculo tentatōis: murmurat de premio ꝓbationis. in nullo enim negocio potest requies inueniri: nisi precesserit labor. quanto magis in spiritualibus rebus nisi ꝓcesserit tētatio nō pōt esse ꝓbatio.

Bernardus ſup cantica. Impulſus euer
ſus ſum vt caderez: ⁊ dominus ſuſcepit me.
Queris quis ille ſit impulſoꝛ. nō eſt vnus.
Impulſoꝛ diabolus: impulſoꝛ mundus: im-
pulſoꝛ homo. Quis ille homo ſit queris: ql
qꝫ ſui. Idem. Neceſſe eſt vt veniant ten-
tationes. quis eniꝫ coꝛonabitur niſi legitime
certauerit. aut quō certabunt ſi deſitqui im-
pugnet. Tu vero accedens ad ſeruitutē dei:
ſta in timoꝛe. ⁊ pꝛepara aīam tuā ad tentatio
nem. certi nāqꝫ ſint oēs qui pie volunt viue
re in chꝛiſto perſecutionē ſe paſſuros. Idē
in ſermone. Oꝛamus quotidie vt dei volun
tas ſicut in celeſtibus facta eſt creaturis: ſic
fiat ⁊ in terrenis. vt ſicut angelus ſic ⁊ hō ad
herens deo vnus ſpūs cū eo ſit. Sꝫ heu me:
quot obſtacula ſeparant: quot ꝓhibēt impe
dimenta. Obijcit enim ſeſe mediam malicia
noſtra: infirmitas nr̄a: ꝯcupiſcentia noſtra. ⁊
ignoꝛantia noſtra. Idem. Heu me dn̄e de
us: q: vndiqꝫ mihi bella: vndiqꝫ tela volant:
vndiqꝫ pericula: vndiqꝫ impedimēta. Quo
cunqꝫ vertā me nulla vſqꝫ ſecuritas eſt. et q̄
mulcent ⁊ que moleſtāt timeo: ⁊ eſuries ⁊ re
fectio: ⁊ ſomnus ⁊ vigilie: ⁊ laboꝛ ⁊ requies
militant contra me.

¶ De cogitatione.

Capitulum ij.

g Rego. ſuper Eze. Sic ſepe cogita-
tioni bone cogitatio ſiniſtra adiun-
gitur. vt vix ipſe qui eaſdē cogitatō
nes generat animus agnoſcat. Idē i mo-
ra. Tanto longius mens a neceſſarijs ceſſat
quanto inania latius cogitat. Idē. Sancti
viri qꝫtum agere pn̄t ne exterius labanť in
ope: tn̄ interi⁹ nequaqꝫ agere pn̄t: ne vnqꝫ
labanť in cogitatōe. Idē. Ani oculos dei
vacue nō trāſuolant cogitatōes nr̄e: ⁊ nulla
momēta tpis p aīum tranſeūt ꝑter retributō
nis actū. Idē in regiſ. Illud ab oīpotenti
deo pollutū eſſe in ope oſtendiť: qđ ex pollu
te cogitatōis radice generať. Idē i paſto.
Nihil in nobis eſt coꝛde fugacius: qđ a no-
bis totiēs recedit: quotiēs p pꝛauas cogita-
tiones defluit. Iſiđ. de ſum. bo. Ferre co-
gitationes ſine ꝑfectione vicioꝝ nō eſt ad dā
nationē: nec eſt occaſio ſubeundi diſcrimis.
ſed potius augēde virtutis. Idē nō ē pec
catū qn̄ nolētes imaginibus nocturnis illudi
mur. ſed tūc eſt peccatū: ſi anteqꝫ illudamur:
cogitatōis affectibus ꝑuenimur. Idē. Co
gitatio pꝛaua delectatōem. infra li. iij. c. de cō
ſuetudine Bern̄. de ꝯſidera. In acquiſitio
ne ſalutis nemo tibi germanioꝛ vncio matris
tue: ꝯ ſalutē ꝓpꝛiam cogites nihil: minus di-
xi qꝫ dixiſſe debuerā: quicqd ſe cogitationi
offerat qđ nō quoquo modo ad tuam ipius
ſalutem ꝑtineat reſpuendū eſt.

¶ De delectatione.

Capitulum iij.

g Rego. in moꝛa. Eſſe ſine delectatō
ne anima nunqꝫ pōt. nā aut in infi-
mis delectať: aut in ſūmis. ⁊ quanto
maioꝛi ſtudio exerceť ad ſūma: tanto maioꝛi
faſtidio toꝛpeſcit ad ima. quātoqꝫ acrioꝛi cu-
ra inardeſcit ad infima: tanto toꝛpoꝛe dānabi
li frigeſcit a ſūmis. Utraqꝫ enim ſimul ⁊ eq̄
liter amari nō poſſunt. Qui ergo terrenaruꝫ
reꝝ amoꝛe vinciť: in deo nullaten⁹ delectať.
Idē. Deū apphēdere nō valet: q adhuc
i delectatōe peccati iacet. Idē. Unuſqſqꝫ
ſupbus rectoꝛ. ſupꝛa li. i. de ꝑlatis mal' Idē
Mentē nequaqꝫ cogitatio imunda ingnat
cū pulſat. ſed cū hanc ſibi p delectatōem ſub
iugat. Idē. Cū culpa animū tentat: neceſ-
ſe eſt vt bꝛeuitatē ſue delectatōis aſpiciat: ne
ad eternā moꝛtē iniquitas rapiat. cum ꝯſtet
ꝙ ad terminū citius moꝛtalis vita percurrat
Idem. Sepe bono operi dum laus hūa-
na obuiat: mentē opantis imutat. que qꝫuis
queſita nō fuerat: tn̄ oblata delectat. cuius đ
lectatione dū mens bn̄ opantis reſoluiť: ab
omni intentione intimi vigoꝛis qn̄totius diſ
ſipať. Idē. Quiſqs in hoc mūdo appetit
ꝓſpari: ceteros excedere rebus ⁊ honoꝛib⁹
tumere: huic nimiꝝ cura ſecularis in delecta
tōe eſt. quies in laboꝛe. Iſi. đ ſum. bo. Co
gitationes illicitas ingerere demonū eſt. cogi

lationibus oblectari puersis nr̄m est. Aug⁹ de ꝟbis apl'i. Quicqd pctoꝝ in dictis: i factis: in cogitatōibus est: nō oriunt nisi ex mala cu piditate. nō iputant nisi ex illicita delectatōe. Huic igitur illicite delectationi si resistam⁹: nō regnat pcīn̄ in nostro mortali corpore.

Idē. Mortua est vna delectatio sed viuit altera: ꝛ illi dū nō ꝯsentis eā mortificas. cū ce perit oīno nō delectari mortificasti: hec ē a ctio nostra. hec est militia nostra.

De consensu.

Capitulum iiij.

Grego. in mor. Concupiscētie car nalis ostia dū ꝯsensus nr̄ apit: ad in numera nos corruptōis mala ptra hit. Idē. Proximoꝝ mala que qs corri gere nō valet: taceat. que cū corrigi loquēdo pñt: silentiū consensum esse pertimescat: ꝛ si ea que tacet tolerat: non tamen in aīo virtus doloris occultet. Idē. Sciendū est aliđ eē q̄ animus de tentatione carnis patit. aliđ ve ro dū per consensum delectatōibus obligat. plerūqꝫ enim cogitatione praua pulsat: sꝫ re nititur: plerūqꝫ autem cū peruersum qd cō cipit: hoc intra semetipm̄ p ꝯsensus ꝺsideriū voluit. Idē in ome. Ille vere deum amat cuius videlicet mentē delectatio praua ex cō sensu nō supat. nam tanto quisqꝫ a superno amore disiungit: quanto inferius delectatur.

Aug⁹ de mendacio. Tunc ꝯsentimus cuꝫ approbamus ꝛ volumus. Idē. Pudici ciā corpis nō ꝯsentiēte aut nō pmittente ani ma: nemo violat. quicqd enim nobis inuitis ꝯtingit in nostro corpe: nulla impudicicia est

Idem in epistola. Bene agere ꝛ illicita n̄ ꝓhibere: ꝯsensus erroris est. Idem super gene. ꝯ Manicheos. Si ratio humana con sentiat: vt qđ libido cōmouerit: faciendū esse decernat. ab omni vita bona tanq̄ꝫ de para diso expellitur homo: ꝛ iam ei peccatū impu tatur etiam si nō sequatur factū: que rea te net in ꝯsensione ꝯscientia. Bern̄. in medi ta. Demonū est malas suggestiones ingere re: nostrum est illis nō ꝯsentire. nā quotiens resistimus: diabolū superamus: angelos le tificamus: deū honoramus. Idem in ser mone. Si carnalibus distrahor desiderijs: ꝛ illis qđ absit consensero quantum possum: etiam si non sequat factum: in morte quideꝫ sum mortuus vtiqꝫ ꝛ ꝯsequenter sepeliend⁹ in infernū. Idē. Nulla est his qui sunt in christo iesu damnatio: si ꝯcupiscentie sensus sit absqꝫ consensu. Idē. Peccatum in fo ribus est: nisi tu ipse apias nō intrabit: appeti tus in corde prurit: sed subter te ē: nisi tu spō te cesseris nil nocebit. Audi ꝯsolationē: con sensum cohibe ne preualeat appetitus ꝯcupi scētie ꝛ imaculatus eris. Idē. Potest ini micus excitare tentationis motum: sed in te ē si volueris dare vel negare cōsensuꝫ. Idē. Nemo fratres. Infra li. iiij. de correptione bona.

De peccato.

Capitulum v.

Grego. super Ezech. Quotiēs actu quotiens ꝟbo: quotiēs cogitatōe de linqmus: deum ꝯ nos totiens irrita mus. Idē. Districta sunt oīpotētis dei iu dicia: ꝛ qui pctorem diu expectat vt redeat: non redeuntē atqꝫ ꝯtemnentē grauius dam nat. Idem. Peccatū quippe qđ p penitē tiā citius nō delet aut peccatū est ꝛ causa pec cati. aut peccatū ꝛ pena peccati. aut peccatuꝫ simul ꝛ causa ꝛ pena peccati. Idem. Gra uiores culpe sunt: que supinducta specie vir tutis virtutes se mentiuntur esse. Idem in mora. Peccatū qđ penitētia non diluit: ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Idem. Tribus modis peccatū admittit. s. ignorātia. infirmitate: ꝛ studio: ꝛ grauius quidem ifir mitate q̄ꝫ ignorantia. sed multo grauius stu dio q̄ꝫ infirmitate peccatur. Idē. In gra uibus peccatis quis positus: cū suis premit: aliena nō diluit. Idē in pasto. Nōnunq̄ꝫ in parua deterius q̄ꝫ in maiore culpa pecca tur. Maior enī quo citius q: sit culpa agno scitur: eo etiā celeri⁹ emēdat. minor ꝟo dum quasi nulla credit: eo peius quo ꝛ securius i

vsu retinet. Idem in regis. Apud hoies
culpa: ⁊ apud deū pena est: nolle quēq̃ bo-
num imitari qḋ placet. Idē. Plerunq̃
qḋ in laicis culpa est: hoc crimē est in sacro
ordine ꝯstitutis: Idē. Nōnunq̃ dn̄s. In
fra li. iiij. de certamie. Aug⁹ de ꝯfes. Ibā
ad inferos portantes oia mala q̄ ꝯmiserā: ⁊
in te: ⁊ in me: ⁊ in alios multos: ⁊ grauia sup
originalis peccati vinculū. Idē de ci. dei.
Paucissimi sunt tante felicitatis: vt ab ipa in
eunte adolescentia nulla damnabilia peccata
ꝯmittant. Idē. Que sint ista peccata que
ita impediūt puentōem ad regnū dei vt tn̄ sā
ctoꝝ amicoꝝ meritis impetret indulgentiā:
difficillimū esse inuenire piculosissimū ē dif
finire. Idem. Nūc vsq̃ adeo. Infra lib.
iij. de volūtate mala. Idē de spū ⁊ littera.
Sicut nō impediunt a vita eterna iustū q̄daꝫ
peccata venialia sine quibus hec vita nō du
cit. sic ad salutē eternā nihil ꝓsunt impio ali-
qua bona opa: sine quib⁹ difficillime vita cu
iuslibet pessimi hois inuenit. Idē ꝯ iulia
num. Diluunt in baptismate cuncta peccata
⁊ originaliter tracta: ⁊ ignoranter vel sciēter
adiecta. Idē. Cū nō ad suū referunt au-
ctorē dona dei: hoc ipo male his vtētes effici
unt iniusti. Idē ad Orosium. Malū na
tura nō est: sed priuatio boni hoc nomen ac-
cepit. Idē de baptismo paruuloꝝ. Sicut
eoꝝ p quos renascunt puuli iusticie spūs rn̄
sione sua traijcit in eos fidē quā volūtate ꝓ-
pria nōdū hr̄e potuerūt. sic eoꝝ per quos na
scunt caro peccati traijcit in eos noxā quam
nōdum vita ꝓpria ꝯtraxerūt. Idē in me-
ditatōibus. Certe o miser hō ipsa sola pl⁹ est
vitanda peccati feditas: q̃ quelibet tormen-
toꝝ immanitas. Idē in epistola. Quem
non potest diabolus deuorare seductū ad ne
quitiam: famā ipius inquinare conat. vt si fi
eri potest opprobrijs ⁊ malaꝝ linguaꝝ ꝯtra
ctione deficiat. ⁊ sic i ei⁹ fauces ruat. Si autē
nec famam innocentis maculare potuerit: h
ci persuadere tentat: vt per maliuolas suspi-
cationes de fratre suo iudicet. ⁊ sic ab illo im

plicatus absorbeatur. Idem de virginita
te. Quia satagentibus vigilantibusq̃ ne pec
cent subrepunt quodāmodo ex humana fra
gilitate peccata: q̃uis parua: q̃uis pauca. n̄
tamen nulla eadem ipsa magna fiunt et gra-
uia: si eis superbia incrementū ⁊ pondus ad
iecerit. Idem de pacientia. Tāto rectius
maiori supplicio dignū iudicaueris animuꝫ.
quanto magis vicijs subdit instrumenta vir
tutū. Idē de penitētia. Nullū peccatum
adeo paruū qḋ nō crescat neglectū. nō enim
ꝯsiderandū est quid fecerit: sed quē offende
rit q̃ bonus: q̃ benignus: q̃ pius. Idē.
Qui peccat ⁊ gr̄am suā recupare non amat
⁊ nunq̃ curat ab eo diligi qui totus ē amor
⁊ charitas. nec ad illud tendit vn̄ sumpsit ar
ram: in spiritū peccat: ⁊ nunq̃ post mortem
sicut nec viuens consequet veniam. Idē
sup cano. Iohis. Ista que dicimus peccata
leuia noli ꝯtēnere. si ꝯtēnis qn̄ ponderas ex
pauesce qn̄ numeras: multa leuia faciūt vnū
grande. Ad idem de. x. cordis: ⁊ super Ioh.
Gre. in pas. Isiḋ. de sum. bo. Item Aug⁹
Ex quo incipit hō. Supra de homine. Idē
Voluntas auersa. Infra li. iij. de voluntate.
Ambro. de offi. Qui nō repellit a socio suo
iniuriam si potest: tm̄ est in vicio q̃ ille qui
facit. Idem in apolo. Peccatū donatur
per gratiā: delet per sanguinē crucis. tegit p
charitatē: Ioh. Chry. super ioh. Excogi
ta quantū est malū nos ex hoibus pares an-
gelis ad feras trāsponere. Ventri enim fui-
re ⁊ pecuniaꝝ concupiscentia detineri: ⁊ ira
sci ⁊ mordere: ⁊ calcitrare: nō hoim sed fera
rū est. Isido. de sum. bo. Si vnū viciū di
stricte iudicet: ⁊ alia negligant: inanis est la
bor. Idem. Iudicio diuino in reatu ne-
quiori labuntur: qui distinguere minora sua
facta contēnunt. Idem. Maioris est cul
pe manifeste q̃ occulte peccare. dupliciter
enim reus est q apte delinquit. q: ⁊ agit ma-
lum: ⁊ docet malū facere. Vn̄ esaias. Pec-
catū suū quasi sodoma pdicauerūt. Bern̄.
in sermo. Cauete ne qs parua reputet quan

tũlibet parua scienter cõmissa. nemo dicat i corde suo: leuia sunt ista: non curo corrigere: non est magnum si in his maneã venialibus minimisq; peccatis. Hec est impenitentia dilectissimi: hec blasphemia in spm̃sanctũ: blasphemia autem irremissibilis est. Ansel. de silitu. Natura peccati est vt non facile videatur ab illo qui eo premit. sed mox vt cessauerit ⁊ ab illo se alienauerit: tunc demũ cõsiderat in quanta feditate ⁊ miseria iacuerat

Idem. Si hinc peccati pudorem lib. iiij. de innocentia.

¶ De superbia.

Capitulum vi.

g Rego. in mora. Septẽ principalia vicia de supbie virulenta radice ꝑducunt. s. inanisgloria: inuidia: ira: tristicia: auaricia: ventris ingluuies: luxuria.

Idẽ. Scimus ꝙ aliqñ minus est in corporis corruptione cadere: ꝙ cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare. sz tñ minꝰ superbia turpis creditur: minus pctm̃ a simplicibus iudicat. luxuriã vero eo magis erubescunt hoĩes quo simtil oẽs eam turpẽ eẽ nouerũt. Idẽ. Quisqs supbie. Infra li. iij. ꝺ dijudicatõe. Idẽ. Cũctis supbia apud se cogitatione tumentibꝰ inest clamor in locutõne. amaritudo in silẽtio: dissolutio in hilaritate: furor in tristicia. inhonestas in actione. honestas in imaginatione: erectio in incessu: rãcor in responsiõe. Hoꝝ mens semp est ad irrogandas ꝯtumelias valida: ad tolerandas infirma. ad obediendum pigra: ad lacessendos vero alios importuna. ad ea q̃ facere ⁊ dz ⁊ ꝑualet ignaua. ad ea vero q̃ facere nec debet nec ꝑualet parata. Idẽ. Hoc ꝑpriũ arrogantiũ esse viciũ solet: vt ⁊ pauca credãt q̃ ipsi multa dixerũt. ⁊ multa credũt q̃ ipis pauca dicunt. q: enim sua dicere sp volũt: aliena audire nõ pñt. Idẽ. Tolerabiliꝰ deo ẽ vt in ifirmitate atq; ignorãtia cũ hũilitate qsq; iaceat: q̃z cũ elatõne cordis alta ꝯprehendat.

Idẽ. Adiuuare imbecillẽ charitatis ẽ: ad iuuare ꝟo velle potentẽ elatõis est. Idez. Per elationẽ plerũq; ad seniũ ꝟuata ꝟginitas viciat. q: enim negligitur humilitas cordis: rectus iudex despicit etiã integritatẽ corporis. Idẽ. Difficile in se qsq; inueteratã superbiã deprehẽdit: q: nimirũ hoc vicium quanto magis patimur: tanto minus videmus. Idem. Arrogantes sicut inflantur laudibus: ita correptõibus inflãmantur: ⁊ a quolibet se vel iusto rephẽdi despiciũt: mox q; in malis suis fomitẽ defensionis exqrunt.

Idẽ. Omnino difficile est vt elatio q̃ regnat in corde: nõ erũpat in voce. Idẽ. Arrogantes graue se dãnum ꝑpeti iudicant: si scientiã suam breuitate ꝯstringãt. Tanto eniz semetipos credunt doctiores ostendere: q̃nto se poterũt multiplicitate loquacitatis apire. Hiero. in epistola. Initiũ oĩs peccati superbia est: que natõe celestis: sublimiũ mentes inhabitat. sub cinere ⁊ cilicio latitans.

Idem. Nihil ita a puericia vitare conatus sum: sicut tumentẽ animũ: ⁊ erectam ceruicem: dei ꝯtra se odia ꝑuocantẽ. Noui enim magistrũ ⁊ dñm meum in carnis humilitate dixisse. Discite a me q: mitis sum ⁊ humilis corde. Augꝰ in regula. Alia quecũq; iniqtas in malis opibus exercet vt fiant. supbia vero etiã bonis operibus insidiat vt peant.

Idem de virginitate. Mensura hũilitatis cuiq; ex mensura ipsius magnitudis data ẽ. cuiq; est valde piculosa supbia q̃ amplius amplioribus insidiat. Idẽ. Quia satagẽtibꝰ supra in. c. de peccato. Idẽ de gr̃a noui testamenti. Superbia odit ꝯsortiũ: ⁊ quantũ in ipso est solus cupit eminere omnis superbus

Idẽ de ci. dei. An forte corrigi pudet: et hoc vicium nõ nisi supboꝝ est. Idez. Superbia peruerse imitat deũ: odit nãq; cum socijs equalitatẽ sub illo. sz imponere vult socijs dñationem suã ꝑ illo. Idem. Facilius seruit homini q̃z libidini. cum seuissimo dominatu vastet corda mortaliũ: vt alias omittam libido ipa dominandi hominibus alijs.

Idem. Audeo dicere. Infra li. iij. de recidiuatione. Idẽ in epl'a. Fit miris modis

in anima hoīs vt de falsa humilitate magis inflectꝰ q̄ȝ si apertus supbiret. Idē de ↄfes. Humiliasti tanq̄ȝ vulneratū supbū: ⁊ tumore meo sepabar abs te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos. Idē. Plus hostis vincit in eo quē plus tenet: ⁊ de quo plures tenet. plures aūt supbos tenet noīe nobilitatis: ⁊ d̄ his plures noīe auctoritatꝭ Joh. Chryso. sup Joh. Supbia in nobis existente oīs nr̄a vita immūda fit. etsi sobrietatē: et si v̓ginitatē: ⁊ si ieiuniū: etsi orōes: etsi elemosynam: etsi q̇dcūq̄ȝ aliud pficiemꝰ. Isi. de sum. bo. Supbia sicᵗ ē origo oīm criminū. ita ruina cunctarꝫ v̓tutū. ipsa enim est i pctō prima. in ↄflictu postrema. Idē. Oīs peccās supbꝰ est: eo q̄ faciēdo vetita ↄtēptui hȝ diuina p̄cepta. Bern. de. xij. gra. Gloriosa res humilitas: q̄ ipsa quoq̄ȝ supbia palliare se appetit ne vilescat. Idē. Arrogās d̄ alia oī re plus sibi credit q̄ȝ alijs: de seipo plus alijs credit q̄ȝ sibi. Idē. Monachꝰ psumptuosus primꝰ in ↄuentibꝰ residet: in ↄsilijs primus respōdet. nō vocatus accedit. nō iussus se itromittit. reordīat ordinata: reficit fctā. Quicq̄d ip̄e nō fecit aut ordinauit: nec recte factū nec pulchre estimat ordinatū. iudicat iudicātes. preiudicat iudicaturis. Si cum ip̄e aduenerit nō pmoueatᵗ ad prioratū. abbatē aut inuidū iudicat aut deceptum. Idē sup can. Argumentū supbie priuatio grē est. humilibꝰ. n. dat deus grām. sȝ superbis resistit.

Idē. Perniciosa pauptas: penuria meritorꝫ: presūptio aūt spūs: fallaces diuitie. et iō diuitias ⁊ pauptatē ne dederis mihi dn̄e.

¶ De vanagloria.

Capitulum vij.

G Rego. in mora. Inobediētia: iactātia: hypocrisis: ↄtentōes: ptinacia: discordie: ⁊ nouitatū p̄sumptōes oriūtur de inanigloria. Idē. Quattuor sūt species q̇bus oīs tumor arrogātiū demonstratᵗ cū bonū aut a semetipis hr̄e se estimāt. aut si datū desup credāt. p suis se h̄ accepisse meritis. aut certe cū iactant se hr̄e q̇d nō habēt. aut despectis ceteris singularitᵗ videri appetunt hr̄e q̇d habēt. Idē. Sepe bono opi supra. c. de delectatōe. Idē. Qui accepta bona sibi arrogat: suis ↄ̄ deū donis pugnat.

Idē. In cogitatiōe tumidi pprij fauores oriuntur: sibiq̄ȝ de singularitate sapientie blāditur. ipsa fatuitas pensat ea que audierit. ac verba que pfert: ⁊ miratᵗ sua: ⁊ deridet aliena. Item. Cuncti vaneglorie. Infra li. iij. de dijudicatione. Idē. Sicut labor iustorꝫ est videre praua nec corrigere. ita grauius ē labor arrogantiū si q̇d sapiūt non ostēdunt.

Idē. Quasi latrunculus ē appetitus laudis humane: q̄ recto itinere gradiētibꝰ ex latere iūgitur. vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur. Idē. Agitᵗ vt añ iusti iudicis oculos fouea mentis fit memoria virtutis. q̄r remiscendo q̇d gessit dum se apud se erigit: apud humilitatis auctorem cadit. Isi. Maxime p cenodoxiam. supra d̄ monachis malis. Idē. Qui ex deteriore. supra de incipientibꝰ. Joh. Chry. sup Johānem. Gloriā vanā cupe ingloriatio est: gloria aūt vera est hāc despicere: ⁊ nullam eius curā facere. sed ad id q̇d deo placet oīa ⁊ dicere ⁊ facere. Idē. Qui oīum ↄtemptuȝ pecuniarum habuerunt. ⁊ nulli huius mūdi imaginationi se immiscuerūt: ⁊ magis tyrannicas corporꝫ ↄcupiscentias domuerunt. hi multotiens capti a vanagloria omnia perdiderunt. Idem. Si laudes amamus. eas q̄ a deo sunt diligentius queramus. Nam que quidē ab hoībus est laus: qualiscūq̄ȝ fuerit: simul vt apparuit perijt. Augꝰ de confessi. Dn̄e gloria nostra tu esto: ppter te amemur ⁊ verbū tuū ⁊ nomē tuū timeatᵗ in nobis. q̄ enim laudari vult ab hoībus vitupante te: nō defendetᵗ ab hoībus iudicāte te. nō eripietᵗ dānante te. Ambro. de offi. Fortitudo glorie caueat appetentiā. que frequenter nocuit īmoderatius appetita. semp aūt nocuit vsurpata. Bern. in epistola. O stulti filij adā: qui ↄtēnentes pacē: ⁊ gloriā appetētes: ⁊ pacem perdunt ⁊ gloriam.

## De inuidia.
### Capitulum viij.

Grego. in mora. De inuidia: odiũ:
g susurratio: detractio: exultatio in ad
uersis ꝓximi: ⁊ afflictio in prospe-
ris nascitur. Idẽ.. Qui post puniendi sũt
retributionis supplicio: nũc semetipos affi-
ciunt inuidie tormento. Idẽ. Inuidia iraꝫ
generat: quia quãto interno liuoris vulnere
animus sauciatur. tanto etiã mãsuetudo trã
quillitatis amittit. Idẽ. Dũ electi ꝓficiũt:
reprobi ad rabiẽ furoris ⁊ inuidie excitantur
⁊ bona nascentia que nolunt imitari graui9
persequunt. Idem. Inuidi dum bonum.
Infra li. iij. de stultilogo. in accusatõe. Idẽ.
Antiquius hostis vnde bonos cernit ꝑ cha
ritatem ꝓuehi ad gloriã. inde peruersos per
inuidiam rapit ad penam. Idem in ome.
Quicquid in mundo concupiscimus. h pro
culdubio ꝓximis inuidemus. videt etenim
q: nobis desit quod alius assequit. Joh.
Chrys. in sermo. O zelus: o inuidia omĩ ma
licia cumulata. Inuidia ignis inextinguibi-
lis est. etenim sicut tinea ꝯmedit vestimentũ.
sic ⁊ inuidia eum qui zelat consumit. eũ autẽ
cui inuidet clariorẽ reddit. Ideꝫ sup iob.
Inuidere passio ⁊ fornicatione ⁊ adulterio
multũ est deterior. Idem. Inuidi oculus
liquatur tristicia: inuidus cũ morte viuit con
tinua. Aug9 de doc. christiana. Auertat de
us inuidie pestem ab animis omniũ nedum
christianoꝝ. Viciũ enim diabolicum est inui
dia. quo solo diabolus reus est ⁊ inexpiabi
liter reus. Non enim dicit diabolo vt dam
netur: q: adulteriũ ꝯmisisti: furtum fecisti: vil
lam alienam rapuisti. sed q: homini stanti tu
lapsus ꝯtinuo inuidisti. Idem de ꝟginita
te. Superbiã sequit inuidia tanq̃ꝫ filia ⁊ pe-
dissequa. Eam quippe superbia cõtinuo pa
rit. nec vnq̃ꝫ est superbia sine tali prole atqꝫ
comite. Hiero. in epistola. O inuidia pri
mũ mordax tui. o sathane calliditas semper
sancta persequens. Isido. in syno. Inui-
dia cuncta bona ardore pestifero deuorat. in
uidia anime tinea sensum ꝯmedit. pect9 vrit.
mentẽ afficit. cor hoĩs quasi quedã pestis de
pascit. Ansel. de silitu. Qui bonis alteri9
arridet: sanctis consentit. qui vero ĩuidet dia
bolus similis est. Siquidẽ magis puto eẽ sal
uatiõem sperandã eius qui paꝝ boni facit ⁊
factis alioꝝ fauet: q̃ꝫ illius qui multa ⁊ inui-
det alijs. Sene. in prouer. Nondum felix
es si nondum turba te deridet. Naꝫ etsi nul
los tibi inimicos facit iniuria: multos facit in
uidia. Glo. super psal. cxxiij. Ira ⁊ ĩuidia
iudicio carent.

## De ira.
### Capitulum ix.

Grego. ĩ moral. De ira rixe: tumor
g mentis: ꝯtumelie: clamor: indignatõ
blasphemie proferuntur. Idem.
Plerũqꝫ mentẽ sub obtentu iusticie ire im
manitas vastat. ⁊ dum quasi seuit zelo recti-
tudinis. rabiẽ explet ira furoris. Idẽ. Qui
humanoꝝ actuũ subtili examĩe gressus enu
merat: iram sine voce iudicio. iram in voce
concilio: iram vero in voce atqꝫ sermone ge
henne ignibus mancipiat. Idem. Plus
semper ira ĩ vindicta exigit: q̃ꝫ de iniuria ac
cipit. Idem in dialo. Tanto metuenda ẽ
ira iustoꝝ: quanto ⁊ ꝯstat q: in eoꝝ cordib9
ille presens est qui ad inferendam vltionem
quã voluerit inualidus nõ est. Idẽ in re-
gis. Ira etiã cũ delinquentiũ culpas insequit
non debet menti nostre quasi dña preire: sed
post rationis tergũ quasi ancilla rõis subni-
xius famulari. Idẽ. Nemo põt diligere il
luꝫ quẽ ex ira vel odio nõ vult videre. Idẽ
Ira si semel mentẽ possidere cepit: iustũ eẽ
deputat etiam illud quod crudeliter facit.
Idẽ in pasto. Illa que mater est omniuꝫ:
custosqꝫ virtutũ per ire vel impatiẽtie viciũ
virtus charitatis eneruatur. Hierony. in
origi. sup mich. Prope modũ naturale ẽ vt
⁊ nurus socrũ: ⁊ socrus oderit nuꝝ. Au-
gustinus ĩ epistola. Sicut acetũ corrũpit vas
si diutius ibi fuerit. sic ira corrumpit cor si in
aliũ diem durauerit. Idem. Multo me-

li⁹ nec iuſte cuiq̄ʒ iraſcimur: q̄ʒ velut iuſte ira ſcendo in alicuius odiū ira ⁊ oculta facilitate dilabimur. Idem in ſer. domini in monte. Si iraſci non eſt fas fratri ſuo ſine cauſa. aut dicere racha: aut dicere fatue. multo minus fas eſt animo tenere aliquid vt in odiuʒ indignatio ꝯuertat̃. Idē. Odiū eſt ira inueterata. Idem de ciui. dei. Irā nil aliud eſſe q̄ʒ vlciſcendi libidinē veteres diffinierūt.

Idem i regula. Melior eſt qui q̄ʒuis ira ſepe tentatur: tñ impetrare feſtinat vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam: q̄ʒ qui tardius iraſcitur: ⁊ ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem nunq̄ʒ petit veniā: aut nō ex animo petit: ſine cauſa eſt i monaſterio etiā ſi inde nō ꝓijciat̃. Glo. mat. xviij. Si non dimiſerimus ex corde qḋ i noſ delinquitur. etiā hoc qḋ per penitentiā dimiſſum erat a nobis exigitur Glo. caſſio. p̃s. iiij. Venialis ira eſt que nō ducit̃ ad effectuʒ

Joh. Chryſo. ſuper iohānem. Qui iraſcitur ſine ratione multis ſupplicijs dignus erit voluntarie ſeipm̄ in barathra perditionis ferens: ⁊ ante futurā gehennā hic iam vindictam ſoluens. Idem. Nō iracundos tm̄ ⁊ illate malicie memores punit deus: tanq̄ʒ reos. ſed ⁊ eos qui ⁊ iraſcentes aut offenſos fratres placare negligunt ⁊ contēnūt. Idē Oſculū pacis porrigere tp̄e quo ſacramenta offerunt̃ in vſu eccleſie eſt. ſed vereor ne plures ex nobis labijs tm̄modo pacē faciāt. cū tñ xp̄s non ex ore ſed ex corde deſideret ⁊ affectu velit ꝓximū nō labijs ſalutari. Idē Si tm̄modo nō ledas eū qui te leſit: auertas eūt te ab eo nec libenter eū videas: manet ſine dubio vulnus in pectore: ⁊ ire dolor augeſcit in corde. Ambro. de offi. Si iraſcimur q: affectus nature nō eſt nr̃e ꝑtātis: malū ſermonē nō ꝓferam⁹ de ore nr̃o ne in culpam ruamus. Idem. Is qui cito iniuria illata mouet̃: facit ſe dignū iudicari cōtumelia. dū vult ea indignus haberi Bern. in ep̄l'a. Non iraſci vbi iraſcendū ſit: nolle emendare peccatū eſt: prius vero iraſci q̄ʒ iraſcendū ſit: peccatū peccato addere eſt.

## ¶ De accidia.

### Capitulum x.

Grego. in mora. De triſticia vel accidia naſcit̃ malicia: rancor: puſillanimitas: deſpatio: torpor circa p̄cepta vagatio mētis circa illicita. Idē. Humana anima q: ad deū ſolū appetēdū facta eſt: omne aūt qḋ infra deū appetit minus eſt. iō ei iure nō ſufficit omne qḋ deus nō eſt. hinc eſt ꝙ huc illucq̄ʒ ſpargit̃: ⁊ ab vnaquaq̄ʒ re faſtidio impellente remouet̃. Idē in paſtor̃. Plerūq̄ʒ piger dū neceſſaria agere negligit: quedā ſibi difficilia opponit: quedam vero incaute formidat. ⁊ dū quaſi īuenit qḋ velut iuſte metuat: oſtendit ꝙ in ocio q̄ſi nō iniuſte torpeſcat. Idem. Si qḋ mortuū in nobis eſt ad vitā nō accendit̃. hoc etiam extinguitur qḋ quaſi adhuc viuū tenet̃. Idē. Qui adhuc in peccatis eſt: ꝯuerſionis fiduciā nō amittit. qui vͦ poſt ꝯuerſionem torpeſcit: etiam ſpem que potuit eſſe de peccatorū conuerſiōe ſubtraxit. Aug⁹ de ꝯfeſ. Palato non ſano pena eſt pannis qui ſano eſt ſuauis. ⁊ oculis egris odioſa eſt lux: que puris amabilis ē. ⁊ iuſticia tua dñe diſplicet triſtibus ⁊ iniquis. Idē. Nullomodo decet. Infra li. iiij. de exercitio. Joh. Chry. de ꝯpunctione cordis. Nō video ꝙ aliq̄s nr̃m vera ⁊ ꝑfecta cupidine celeſtium teneat̃. alioq̄n omnia q̄ vident̃ eſſe grauia: vmbras putaret ⁊ riſum. Ambro. ſup Luc. Diſce rogare qḋ cupis impetrare. faſtidioſos viros celeſtiū profectus munerꝫ nō ſequunt̃. Idē in epiſtola. Sicut dominus nō vult mortem peccatoris tm̄ vt reuertat̃ ⁊ viuat: ita tepidoſ odit ⁊ cito ei nauſeam faciunt. Iſiḋ. de ſū. bo. Tepidus in conuerſione ocioſa verba ⁊ vanas cogitationes noxias eſſe non conſpicit. ꝙ ſi a tepore mentis euigilauerit ea que prius leuia eſtimabat: confeſtim quaſi horrēda atq̄ʒ atrocia pertimeſcit. Idem. Dei ſeruū ſine intermiſſione legere: orare ⁊ operari oportet ne forte mentem ocio deditam

spūs fornicationis surripiat. Cedit.n. labori voluptas: animum aūt vacantem cito ꝑoccupat. Berñ.in epl'a. Pro vitando ocio ociosa sectari ridiculum est. ociosum autem est qđ vel nullam habet vtilitatē: vel vtilitatis intentionem. Idē. Miror ꝙ ad gustū cibi dulcissimi nauseas. si tamen gustasti q̃ꝫ dulcis est domin⁹. aut certe nondū gustasti ⁊ nescis quid aut quomodo sapit christ⁹. ideoqꝫ non appetis icognitū ⁊ inexptū: aut si forte gustasti. ⁊ dulce non sapit: sanū non habes palatū. Idē sup canti. Doleo aliquos nostrū graui in sacris vigilijs deprimi somno. nec celi ciues rereri. sed in presentia principum tanq̃ꝫ mortuos apparere: cuꝫ tñ ipsi nostra alacritate permoti nr̄is interesse solēnijs delectenť. vereor ne nostraꝫ desidiā aliqñ abominantes cū indignatione recedant. Idē Cum te tepore acidia vel tedio affici sentis. noli propterea diffidere atqꝫ desistere a studio spūali. sed iuuantis regre manū: trahi te obsecrans. Idē in ser. Tepescim⁹ ꝓcessu tpis a feruore conuersationis nr̄e: paulatim refrigescit charitas: abūdat iniquitas: vt heu consummemur in carne qui spū ceperamus

Idem. Quid istud negligentie: qđ pigricie: immo quid vecordie est: vt nō crebris suspirijs ⁊ feruentissima affectiōe abrumpere hinc: ⁊ in illa tam felicia agmina iaculari animos studeamus. Ve nobis a duricia cordis nostri. ve nobis a peccato gentium quas apostolus sine affectione cōmemorat esse. Seneca in epistola. Cito inerti ocio vita torpebit. si relinquendum est quicquid offendit.

Idem. Ocium sine litteris mors est ⁊ viui hominis sepultura.

¶ De auaricia.

Capitulum xi.

g Rego. in mor. De auaricia: proditio: fraus: fallacia: piuria: ingetudo: violētie: ⁊ ꝯtra misericordiā obdurationes cordis oriunť. Idē. Auaricia desideratis rebus habitis non extinguitur sed augetur. Nam more ignis cum ligna que cōsumat exceperit magis excrescit. Ambro. in sermo. Quosdam gradus cupiditas habet: quo plures ascendit eo ad altiora festinat: vnde fit grauior ruina lapsuro. Idem Ibi abundantia vbi satietas: vbi autem fames cupiditatum: vbi inexplebilis appetentia: ibi vtiqꝫ paupertas. Augu. in sermo. Non solum auarus est qui rapiť aliena. sed ⁊ ille auarus est qui cupide seruať sua. Idē de verbis domini. Inexplebilis est sola auaricia diuitum. semper enim rapit ⁊ numq̃ꝫ saciatur. nec deum timet: nec hominem reueretur. nec patri parcit: nec matrem agnoscit. nec fratri obtemperat: nec amico fidem seruat. viduā opprimit. pupillorꝫ res inuadit. liberos in seruitium redigit: testimoniū falsuꝫ profert. res mortui hois occupanť: quasi nō ⁊ ipsi qui hoc faciūt morianť. Idē de libero arbitrio. Dictū est radicē oiuꝫ malorum esse auariciam. hoc est plus velle q̃ꝫ satis est. Tantū autem satis est q̃ntū sibi exigit nature in suo genere cōseruāde modus. Ideꝫ de. x. chordis. Qua fronte ventur⁹ es ad filium tuū q ꝓcessit: cui ꝓcedēti nō mittꝭ ptem suā in celū: Potes prorsus. Audi ipsuꝫ dn̄m dicentem. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Isi. etymo. Auidus dictus est ab auēdo. auere enim cupere est. hinc ⁊ auarus. Naꝫ quid est auarū esse nisi ꝓgredi vltra q̃ꝫ sufficit. Auarus em̄ dict⁹ est: eo ꝙ sit auidus auri. ⁊ numq̃ꝫ opibus expleať. Idem de sum. bo. Qui bona mundi diligit: velit nolit timoris ⁊ doloris pene succumbit. Johannes chry. super ioh. Quemadmodū in fontem mundū stercus qs immittēs totū eū immundum facit. ita ⁊ in diuitias iustas auaricia intrans: oīa spirare facit ab eo qui illic est auaricie fetore. Idem. Nō amabit ꝓximū qui aurū amat. Berñ. de ꝯtēptu mundi. Nūc trahit sua quēqꝫ voluptas: ⁊ odorē turpis lucri sectantes q̄stū estimāt pietatē quorꝫ certa dānatio est. Idem. Utinā sapes miser ⁊ intelligeres cum thesauro pecunie: thesaurum ire pariter cumulari. vtinam nouissi

ma ꝑuideres.aiaduerteres nō facile p'fora
men ac⁹ trāsituros diuitiaꝝ cumulos. Se
ne.in ep'la. Uidisti aliqñ canem missa a dño
frusta panis ac carnis aperto ore captantem
quicqd accipit: ptin⁹ integrū deuorat.⁊ sem
p ad spem venturi hiat. Idē. Euenit nobis
quicqd expectantib⁹ fortuna proiecit. id sine
vlla voluptate dimittimus:statim ad rapinā
alterius erecti ⁊ attoniti. Idem. Quisqs
de accipiendo. Infra li.iiij.de ingratitudine.
¶ De gula.

Capitulum xij.

Grego.in mora. De ventris inglu
uie inepta leticia: scurrilitas:imun
dicia:multiloquiū.hebetudo sensus
circa intelligentiā orit. Idē. Quinqz nos
modis gule viciū tētat. Aliqñ nāqz indigētie
tpa ꝑuenit. Aliqñ vo tpus nō ꝑuenit:sed ci
bos lautiores qrit. Aliqñ qlibet sumēda ꝑpa
rari accurati⁹ expetit. Aliqñ aūt ⁊ qualitati
ciboꝝ ⁊ tpi congruit:sz in ipsa ciboꝝ q̄ntita
te sumēdi mensurā refectiōis excedit. Non
nunqz vo ⁊ abiectum est qd desiderat: ⁊ tñ
ipso estu immēsi desiderij deteri⁹ peccat. Ex
emplū de primo in ionatha.i.Reg.xiiij. De
scdo in israeliticis.numeri.xi.a. De tertio in
filijs heli.i.Regū.ij.c. De quarto Eze.xvi.
c. De quinto in esau.Gene.xxv. Idē. Se
pe dum q̄si ꝯcussi carni parcimus:ad ꝑlium
cōtra nos hostē nutrim⁹. Eisdē nanqz alimē
tis vicia suppbiunt qb⁹ nutrice virtutes viuūt.
⁊ cū virtus aliter plerūqz vires vicijs augent
Idem in pasto. Gule deditos superfluitas
locutionis leuitas operis atqz luxuria.absti
nentes vero sepe impatientia atqz tristicia:se
pe vero superbie culpa comitat. Hiero.
in ep'la. Difficile inter epulas seruat pudici
cia.nitens cutis sordidum ostentat animum.
Idem. Nihil sollicitius.infra li.iiij.de le
ticia. Isi.de sum.bo. Ebrietas perturbatio
nem gignit mentis:furorē cordis: flāmam li
bidinis.ebrietas ita mentez alienat vt vbi sit
nesciat.vñ etiam ⁊ malū non sentit qd p ebri
etatē cōmittit. Idē. Cui abstinētia non est
epularū:ardētis diuitis attendat suppliciū. cu
ius tanta in inferno inter ignes erat in opia:
q̄nta hic fuerat epularū copia. Idē. Qui
nimiū cibis vtunt:q̄nto magis vētrē pascūt
tāto amplius sensum mētis obtūdūt. Nā gre
ci dixerūt.ex crasso vētre subtilē sensuz gigni
non posse. Aug.de doc.christiana. Fieri
pōt vt sine aliquo vicio crapule vel voracita
tis preciosissimo cibo sapiens vtat. insipi
ens aūt fetidissima gule flāma in cibuz vilis
simum ardescat. Basili⁹ in regula. Sicut
miles plurimo onere pregrauatus ꝑpeditur
ita monach⁹ vel cleric⁹ ipedit ad vigilias cū
escarum plenitudine torpescit. Bern. in
apolo. Sanius est modico vino vti propter
infirmitatē:qz multa aqua ingurgitari p aui
ditatem. Legit in scientia naturali q inter
animalia magnoꝝ corporum nulli dedit na
tura tam paruū os ſm corporis quantitatem
sicut homini.qd factum est ad cōmendatio
nem tꝑantie ⁊ ad detestationem gulositatis.
Gre. Quanto corpus iplet:tanto aīa mi
norat. Vñ Hiero. Qui luxuriat viuens
mortu⁹ est:⁊ q inebriat mortuus ⁊ sepultus.
Sene. Ciboꝝ copia subtilitas impeditur.
Idem. Vētri obediētes loco animaliū vi
uimus:nō hoiuz. Bern. Voluptas gut
turis q̄ tanti hodie estimat vix duoꝝ habet
longitudinē digitoꝝ:non durat nisi q̄ztū du
rat trāsit⁹ ille p gulam:⁊ pro illo transitu vult
dña gula tot ⁊ tanta sibi preparari.
¶ De luxuria.

Capitulum xiij.

Grego.in mor. De luxuria cecitas
mētis:icōsideratio:icōstātia:ꝑcipita
tio:amor sui:odiū dei: affect⁹ ꝑsen
tis seculi:horror vel desperatio futuri generat.
Idē. Nulla ante dei oculos iusticie pieta
tisqz sunt opera: que corruptionis contagio
monstrant immūda. Idem in dia. Carna
lis delectatio mentē quā ificit obscurat: vt vi
dere veri luminis claritatē nō valeat.sed vn
de inferius delectat:inde caliginē ad supna
patiat. Aug.de fide ad petrum. Quia dū

sibiĩnuiceꝫ vir mulierqꝫ miscenť vt filios gi
gnét.sine libidine nõ est parétũ cõcubitus.⁊
ob hoc filiorꝝ ex eorꝝ carne nascétiuꝫ nõ põt
sine pctõ esse ꝯceptus:⁊ pctm̃ in ꝑuulos nõ
transmittit ꝓpagatio:ſ libido. Isi.ď sum.
bo.Luxurie imagines quas in ꝟitate gessi-
mus:sepe dormientibus nobis in aio appa-
rent:ſ innoxie si non cõcupiscédo occurrũt.
idest si non cõsentimꝰ vigilátes. Idé.Qui
nocturna illusione polluiť.⁊ si extra memori
am turpiũ cogitationũ sese presentiat inquina
tum.tñ hoc vt tentareť culpe sue tribuat.suá
qꝫ immũdiciam statim fletibꝰ tergat. Ideꝫ
Deus nõnũqꝫ deijcit occultam métis super
biam per carnis manifestá ruiná. Idem.
Inter septé vicia fornicatio maximũ é scelus
q: ꝑ carnis immundiciam téplũ dei violat:⁊
tollés membra christi facit mébra meretricis.
Ioħ.chrys.sup mat. Viciũ libidinis facile
ex vacantia ⁊ ocio nascitur. Nam diffinitio
amoris hec est aie vacantis passio. Idem
Per omnem actũ carnalé hõ animalibꝰ siľis
inueniť:maxime autem per vsum libidinis.
Idem super ioħ. Porci sunt qui vitá suá
cenose libidini ⁊ voluptatibꝰ seculi mancipa
runt. Hiero.in ori.super ose. Sicut vinuꝫ
⁊ ebrietas eum qui biberit mentis sue impo
tem facit.ita fornicatio ac voluptas peruertit
sensum.animumqꝫ debilitat.⁊ de rationali
hoie brutum efficit aial. Idem. Sicut gu
le seruientes habent venté deum.ita qui libi
dini seruiunt habét deũ beelphegor. Ideꝫ
in ori.sup naũ.iij.Corruent in corporibus su
is.lxx.infirmabunť in corporibꝰ suis. Mul
ti ꝓpter res venereas in corpe debilitati sũt:
⁊ cũ perditione anime carné quoqꝫ frágunt
cui seruiũt. Glo.,puer.vi.sup illõ ꝑciũ
scorti.Breuis voluptas fornicatiõis:⁊ perpe
tua pena fornicatõis. Interľ.Lu.xv.Lu-
xuria cõsumit oia bona grẽ ⁊ nature. Se
ne.in epľa.Luxuria voluptas fragilis é bre-
uis fastidio obiecta.quo auidiꝰ acta é ociꝰ in
ꝯriũ recidens.cuiꝰ subinde necesse est aut pe
niteat aut pudeat:in q̃ nihil est magnificum.
aut ꝙ naturá hois dijs proximi deceat.res
humilis mébrorꝝ turpiũ aut viliũ ministerio
exitu feda. Idem.Nihil tam mortiferꝝ in
genijs q̃ꝫ luxuria. Idem.Vis magna mé
tis blandusqꝫ animi calor amor est:iuuéta gi
gnitur:luxu ⁊ ocio nutritur inter leta fortune
bona.quem si fouere atqꝫ alere desistas ca-
dit.breuiqꝫ vires perdit extinctus suas.illici
ta amanť ⁊ excidit quicquid qsquis in ꝑmo
obstitit.pepulitqꝫ amorem tutus ac victor re
dit qui bládiédo dulce nutriuit malum sero
recusat ferre qđ subijt iugũ. Hiero.Appe
titꝰ fornicatiõis anxietas est:satietas pnĩa.Et
.i.ad Chorin.vi.Qui fornicať in corpꝰ suuꝫ
peccat. Glo.In fornicationis opere totus
hõ absorbeť a carne qui fornicať:vt iam hõ
non possit animꝰ suꝰ esse.sed siľ totꝰ hõ pos-
sit dici caro. Et dicit q̃dam glo.sup leuiť. ꝙ
cum demones de omni pctõ gaudeant preci
pue tñ gaudét de fornicatiõe.q: ibi corpus ⁊
aia maculať:⁊ ideo maxime cauendum.

¶ De perplexitate.

Capitulum xiiij.

g Rego.in mora.Cũ mens inter mi
nora ⁊ maxima pctá ꝯstringiť.si oi-
no nullus sine pctõ euadédi aditus
pateat minora sꝑ eligantur. Idem.Cuꝫ in
dubijs ꝯstringimur:vtiliter minimis subdi-
mur.ne in magnis sine venia peccemus.
Isi.in syno.In malis promissis rescinde fi
dem.in turpi voto muta decretum. Idem
de sum.bo.Argumenta machinationuꝫ ma-
larũqꝫ cogitationum semina que in cordibus
hominũ diabolus fundit.ita sepe captam im
plicant mentem:vt ex quacũqꝫ parte euade
re quisqꝫ tentauerit:sine periculo non possit
veluti si iures hoc facere:qđ si feceris pecces
si non feceris:reus periurij sis. In tanto er-
go mali discrimine:vt euadendi aditꝰ pateat
minora potius eligenda sunt:vt maiora vité-
tur. Aug.de mendacio.Illa desinunt esse
peccata:que propter grauiora vitanda susci-
piuntur.Sicut enim in rebus vtilibus nõ vo
catur dannum quod propter maius lucruꝫ

amittitur. sic ⁊ in rebus sacratis non vocat peccatum quod admittitur ne grauiꝰ admittatur. Ambro. de offi. Si non potest alteri subueniri nisi alter ledatur: ꝯmodiꝰ ē neutrum iuuari: q̄ꝫ grauari alterum.

¶ De conflictu viciorum ⁊ virtutum.

Capitulum xv.

Augustinus in li. de conflictu. O q̄ꝫ amarus est sup̄bie ꝯgressus: que angelos de celo proiecit. hoīes de paradiso minauit. Superbia dicit. certe multis immo pene oībus melior es: verbo: scientia: diuitijs: honoribus: ⁊ cunctis que carnalibus vel spiritualibus suppetūt charismatibꝰ. Cūctos ergo despice: cūctis teipsuꝫ superiorē attende. Humilitas respondet. Memento q: puluis es: q: cinis es. q: putredo ⁊ v̄mis es: quiqꝫ etsi altus es: nisi tanto te humilies: quāto magnus es: p̄dis omnino q̄ḋ es. Nū quid tu altior es q̄ꝫ primus angelus. nunq̄d splendidior in terra q̄ꝫ lucifer in celo. Q, si ille de tanta sublimitate per sup̄biam cecidit. quō tu ad tantam celsitudinem sup̄biens de imis ascendes. Inanisgloria dicit. Age bonum quod vales: ostende bonum cunctꝭ q̄ḋ agis: vt bonus a cunctis dicaris. vt sanctus ⁊ venerabilis ab hominibus prediceris. vt dei dilectus voceris. vt nemo te contemnat. nemo te despiciat: sed vniuersi debitum tibi honorem persoluant. Timor dei respondet. Si boni aliquid agis: nō pro transitorijs sed pro eternis honoribꝰ age: occulta q̄ḋ agis in quantum vales. sit in animo tuo occultandi voluntas: ⁊ non erit de ostentatiōe vlla temeritas: nec criminis erit aliq̄n manifestare q̄ḋ semper vis celatuꝫ habere. Simulatio dicit: q: nihil boni in abscondito facis: ne a cūctis cognitus detestabilis habearis: finge te foris esse q̄ḋ intra non appetis. Vera religio r̄ndet. Immo magis satage esse q̄ꝫ ostētare q̄ḋ non es. Nam hoc hominibꝰ ostendere q̄ḋ non es: quid aliud q̄ꝫ damnatio est. Contemptus dicit. Quis tu vt tibi peioribus obtemperes: deterioribus famulatum exhibeas: te magis q̄ꝫ illos decuerat imperare qui tibi non possunt ingenio vel industria coequari. Obtēpera igit̄ soliꝰ dei īpio: ⁊ nō sit tibi cura de aliquo. Subiectio respondet. Si dei obtemperandū est imperio: etiaꝫ humano subdi necesse ē magisterio. Ipse. n. dicit. Qui vos audit me audit: ⁊ qui vos sp̄nit me spernit. ita inquis oportet si talis esset qui loco dei imperaret. sed non est talis per quem deus imperet. Sed audi apostolum ꝯ dicentem tibi. Ait enim. Non est potestas nisi a deo: que autem a deo sunt: ordinata sunt. Quales enī esse debeant hi qui imperāt nō est a subditis discutiendum. Inuidia dicit. In quo illo vel illo minor es: Cur ergo eis eq̄lis vel sup̄ior nō es: Quāta vales que ipi non valent: Non ergo tibi aut superiores eē aut equales debēt. Cōcordia fraterna respondet. Si ceteros virtutibus antecellis: tutius in loco infimo q̄ꝫ in summo temetipsuꝫ conseruas. sp̄ enī de alto peior fit ruina. Q, si tibi vt asseris quidaꝫ sup̄iores vel equales sunt: quid te ledit: quid te nocet. Caue prorsus ne dum alijs locū celsitudinis inuides: illum imiteris de quo scriptū est. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū: imitantur autem illū qui sunt ex parte illiꝰ. Odium dicit. Absit vt illum ames: quē in oībus contrariū habes. qui tibi derogat: qui tibi insultat: qui te conuitijs exasp̄at: qui tibi peccata tua improperat: qui te dictis ⁊ operibꝰ atqꝫ honoribus semper p̄uenire festinat. nisi. n. ipse tibi inuideret: nequaq̄ꝫ se tibi ita preferret. Dilectio vera respōdet. Nunquid q: hec que narras odio habenda sunt in hoīe: propterea non est amāda dei imago in homine: sicut christus qui in cruce positus inimicos suos dilexit. ⁊ ante crucis tormentuꝫ ammonuit dicēs. Diligite inimicos vestros ⁊c̄. Omnem ergo amaritudinem cordis euome ⁊ quo pacto valueris: charitatis dulcedineꝫ sume: nihil enim illa suauius. nihil illa beatius. Detractio dicit. Quis potest sustinere. quis silentio valet tegere: quāta ille vl' il-

la praua ꝯmittit:nisi forte qui ꝯsentit. Li-
bertas iuste increpationis respõdet. Nec ta
cenda sunt mala ꝓximi:nec ꝯsentienda. sed
charitate fraterna in faciẽ ꝓximus est redar
guendus. Et infra. Nõnunq̄z errata delin-
quentiũ ad tp̄us silentio tegẽda sunt:vt apti
ori tp̄e corrigant. Ira dicit. Que erga te
agunt equanimiter ferri nõ possunt. imo h̄
patienter tolerare peccatũ est:q᷑ etsi non eis
cũ magna exaspatione resistit:contra te dei
ceps sine mensura cumulant. Patientia
r̃ndet. Si passio redemptoris ad mentẽ re-
ducit:nil tã durum quod nõ equo aĩo tolere
tur. Christus enim vt ait petrus ꝑ nobis pas
sus est vobis relinquẽs exemplũ vt seq̄mini
vestigia eius. Sed quanta sunt hec que pati-
mur in comparatõe illius. Ille enim oppro-
bria:irrisiones ꝯtumelias:alapas:sputa:fla-
gella:spineã coronã:crucẽ quoq̄z sustinuit:at
q̄z mortẽ. ⁊ nos miseri ad nr̃am ꝯfusionem
vno sermone fatigamur:vno verbo deiici-
mur Proteruia dicit. Nunquid stultis:
nũquid insensatis ac brutis aĩalibus leuia v̄-
ba ⁊ nõ magis aspa vt tales decet dũ delin-
quũt obiicienda sunt: Mãsuetudo respõ
det. Nõ tua in his ꝑsuasio:sed apostoli seq̄n
da est preceptio. Seniorẽ ne increpaueris.
Et rursum. Seruũ dñi nõ oportet litigare:s̄z
mansuetum esse ad omnes. Quod videlicet
malũ ꝓteruie deterius adhuc subditis q̄z p̄
latis nocet. Sepius enim ꝯtingit vt leniter et
cũ charitatis dulcedine ꝓlatam correctionez
subditi spernant:⁊ contra humilitatis verba
despectõis iacula emittant. Tumor mẽtis
dicit. Testem habes deũ in celis:non tibi sit
cure quid de te suspicent homines in terris.
Satisfactio debita respondet. Non ẽ dã
da detrahendi occasio:non susurrandi suspi
tio:sed si assunt que corrigantur manifestan-
da:aut certe si desunt:humili ꝓtestatione ne
ganda. Torpor ⁊ ignauia dicũt: Si lectio-
ni continuato studio semꝑ insistis:oculorum
caliginẽ incurris. si indesinenter lachrymas
fundis:ipsos etiam oculos amittis:si prote-
latis vigiliis psalmoꝝ censum persoluis:in
saniã capitis acquiris. si quotidianos labore
ꝯ officis ad opus spiritale quando ꝯsurges.
Exercitiũ bonum respondet. Quid tibi
ad hec perferẽda tã longa tempoꝝ ꝓponis
spacia. Nunquid scis si die crastina viuas:
immo si vel etiã vnã horã in hac vita facias.
An forte de tua mente excidit q̄d saluator in
euangelio dicit. vigilate:q᷑ nescitis neq̄z diẽ
neq̄z horam. Quapropter discute torporis
inertiam:semperq̄z memento q᷑ regnum ce
lorum non tepidi:non molles:non desides:
sed violenti vimq̄z facientes dirripiũt. Cu
piditas siue auaricia dicit. Valde sine culpa
es ꝙ quedam habenda concupiscis:quia nõ
multiplicare appetis:sed egere pertimescis.
⁊ quod malus alius male retineret: ipse
melius expendis. Mundi contemptus
respõdet. Ista nec apud homines seculares
sine periculo ꝓcurantur:quia quanto quis
amplius habere ceperit:tanto amplius ha-
bere concupiscit. fitq̄z vt modũ in concupi-
scendo nõ habeat:dũ innumeris huius secu
li curis deseruire festinat. Si ergo secularib⁹
viris ita est periculosa cupiditatis industria:
quanto magis illis periculosior qui iam ha-
bitu ⁊ conuersatione seculares esse desierũt.
qui totum quod viuũt domino deuouerũt.
Dicis forte ideo a sanctis religiosisq̄z viris
plura habenda sunt:vt melius ab ipsis q̄z a
popularibus erogentur christi pauperibus.
Et ego consentio:sed prelatis:non aũt subie
ctis. Obduratio dicit. Si ea que possides
egentibus tribuis:vnde subiectos absq̄z pe-
nuria nutris. Misericordia respondet.
Memento quid purpurato diuiti contige-
rit:qui non ideo damnatus est ꝙ aliena tu-
lerit:sed quod egenti pauperi sua non tribue
rit. ⁊ in inferno positus ad petenda minima
peruenerit:qui hic parua negauit. Ven-
tris ingluuies siue gula dicit. Ad esum domi
nus omnia munda creauit:⁊ qui saturari ci
bo respuit:quid aliud q̄z muneri concesso cõ
tradicit. Ciboꝝ parsimonia respondet.

Unū horum que dicis verū est. Ne eni ho-
mo fame moreret̃: omnia ad esum deꝰ mun
da creauit. sed ne comedendi mensuraȝ exce
deret: abstinentiam imperauit. atqȝ inter cete
ra sua mala saturitate maxime panis sodoma
perijt. Quapropter sicut eger ad medicinaȝ.
sic ad sumendas dapes debet quisqȝ accede-
re: nequaq̃ȝ. s. in illis voluptatem appetens.
sed necessitati succurrens. ille auteȝ plene hu
iusmodi vicium superat: qui in sumendis da
pibus non solum parsimoniam tenet. vt. s. re
fectionem corporis semper esuries imperet:
verumetiam accuratiores simul ⁊ lautiores
epulas excepta corporis infirmitate ⁊ hospi
tum suseeptione contempsit. Inepta leticia
dicit vt quid animi gaudium intus abscon-
dis. Egredere in publicum letus. dic aliquid
foris vnde vel tu vel proximi rideant. Fac
eos letos tua leticia. Moderatus meror
respondet. Unde tibi inest tanta leticia. Nun
quid iam diabolum vicisti. nunquid iam de
exilio ad patriam venisti: An forte in obliuio
nem venit quod dñs dicit. Mundus gaude
bit: vos autem cōtristabimini. sed tristicia ve
stra vertetur in gaudium. Comprime ergo
inanem leticiam: q̃ nondum euasisti penaleȝ
erumnam. Nōne apud omnes insanꝰ iudica
tur is: qui carceralibus tenebris reclusus gau
dere conatur. Multiloquium dicit. Non
reus ille tenebitur: qui plura quidem: sed bo
na loquit̃. sed ille qui saltem rara sed mala di
cere probatur. Discreta taciturnitas re-
spondet. Uerum est quod dicis: sed dū mul-
ta bona proferri vident̃: sepe contingit vt a
bonis locutio inchoans ad praua deriuet. B
ipsum sacra scriptura pronūciat: quia in mul
tiloquio non deerit peccatū. Ac forte inter in
numera verba declinant̃ criminosa. sed nun
q̃ȝ declinari poterunt inutilia atqȝ ociosa. de
quibꝰ ratio erit in futuro reddenda. tenēdus
est ergo modus in loq̃ndo: atqȝ ab ipsis non
nunqȝ vtilibꝰ verbis parcendū. Luxuria
dicit. Cur te in voluptate tua modo nō dila-
tas: cū te quid sequatur ignoras. Acceptum
tempus in desiderijs pdere non debes. q̃ q̃ȝ
citius ptrāseat nescis. Si eni deꝰ misceri ho-
minem in voluptate carnis nollet: in ipso hu
mani generis exordio masculum ⁊ feminaȝ
non fecisset. Carnis mundicia rñdet. No
lo vt ignorare te fingas quid post hanc vitaȝ
recipias. Si enim pie ⁊ caste vixeris: sine fi-
ne gaudebis. Si autem impie ⁊ luxuriose.
eternis incendijs subiacebis. Inde auteȝ ma
gis caste viuere debes. vnde q̃ȝ citius tempꝰ
acceptum transeat ignorare te dicis. Et infra
O q̃ȝ parua est concubitus hora: qua perdi
tur vita futura. Isido. de sum. bo. Inter-
dum vicia cum virtutibus ad vtilitatem cō
fligunt: vt ipso certamine vel mens exercea-
tur. vel ab elatione concussus animus re-
stringatur.

¶ De gratia.

Capitulum xvi.

Rego. in mora. Quia de grã debe
mus supna presumē: vt nō simꝰ ne-
gligentes in orone vl' ope: voce ve
ritatis exprimit̃. Oportet sp orare ⁊ nō defi-
cere. Petamus ergo orando: q̃ramꝰ legēdo
pulsemus opando. Ideȝ. Quelibet occul
ta loca sine dei grã aiam saluare nō possunt
Quod aliq̃n in ipsis quoqȝ erratibꝰ conspi
cimus electorum. Nam loth in pversa ciuita
te iustus fuit: in monte peccauit. Idem in
mora. Cū mentē nostrā elatio erigit: a nobis
summi protinꝰ compunctio amoris recedit.
cuȝ vero superna nos gratia visitat: statim p
lachrymas ad sua desideria instigat. Ideȝ
Quanto quisqȝ se minꝰ videt: tanto sibi mi-
nus displicet. ⁊ quanto maioris gratie lumen
pcipit: tanto amplius rephensibilē se cogno
scit. Idē. Iusti animam gratia vocat: ten-
tatio interrogat. Idē. Quia per occultaȝ
gratiam ad amorē dei ꝑpata desup mensura
proficimus: quāto in nobis quotidie de dei
spiritu virtus crescit: tanto noster spūs defi-
cit. Idem. Unūquēqȝ electum suū diuina
gratia tunc magis erudiendo custodit. cū eū
quasi pcutiens deserit. Idē. Miles dei su

perne gratie fretus auxilio sic vulnera infirmitatꝫ sue curat: vt aliena nō deserat. Idē. Bonū quod agimus ꝛ dei est ꝛ nostꝝ. Dei per ꝑuenientē gratiam. Nostrū ꝑ obsequētē liberam voluntatē. Idem sup Eze. Siue hi qui electi in testamento veteri fuerunt: siue hi qui in testamento nouo secuti sunt: nimirū constat: quia omnes ex amore trinitatis accensi sunt. neqꝫ enim vnū deū diligerēt si eiusdem trinitatis que de⁹ est gratiā nō accepissent. Idem. Sunt quidaꝫ qui per donum gratie ꝛ ipsa intelligunt: que exponi a doctoribus non audierūt. Isi. de sum. bo. Hoīs meritū superna gratia vt inueniat ꝑuenit. ꝛ postq̄ꝫ ꝑuenerit ꝑficit: atqꝫ ad indignaꝫ mentē veniens facit in ea meritū qđ remuneret: que solū inuenerat quod puniret.

Idē in syno. In omni opere tuo dei auxilium posce: omnia diuine gratie diuino dono ascribe: nihil meritis tuis tribuas: in v̓tute tua nihil presumas. Aug. de ꝯfes. Grē tue deputo ꝛ misericordie tue dn̄e: q̄ peccata mea tanq̄ꝫ glaciē soluisti. grē tue deputo ꝛ q̄cūqꝫ nō feci mala. Idē de natura ꝛ grā. Christi grā sine qua nec īfantes nec etate g̃ndes salui fieri p̄nt: non meritꝫ reddit: sꝫ gratꝫ dat. ꝓpter qđ grā noīat. Idem de correptione ꝛ grā. Desiderare auxiliū grē: initiū grē est. Idē. Grā sola hoīes liberantur a malo: sine q̄ nullū ꝓrsus siue cogitando: siue volēdo ꝛ amādo: siue agēdo faciūt bonum.

Idē. Voluntas humana nō libertate ꝯsequit̄ grām: sed ex grā poti⁹ libertatē: ꝛ vt ꝑseueret delectabilem perpetuitatē: ꝛ insupabilem fortitudinē. Idē de qnqꝫ rn̄sionibus. Opa liberi arbitrij bona q̄ vt fiant ꝑparant̄ ꝑ grē ꝑuentū. nullis liberi arbitrij meritꝫ. ꝛ ipsa faciente gubernāte ꝛ ꝑficiēte vt abūdēt in libero arbitrio non dānam⁹. q: ex his vl' huiusmodi hoīes dei iustificati sunt: iustificant̄: ꝛ iustificabunt̄ in christo. Idem de gratia ꝛ li. ar. Charissimi vita nostra bona nil ē aliud q̄ꝫ dei grā. ꝛ vita eterna q̄ bone vite redditur dei grā est: ꝛ ipsa. n. gratꝫ dat. Idem ibidem. Gratia dei nos facit legis dilectores lex vero ipsa sine grā nō nisi preuaricatores.

Idem ꝯ iulianū. Quia caro cōcupiscit aduersus spm̄: etiam baptizatis sctis ingerit pugnandi necessitatem. contra qđ: nisi ꝯ malū. non ꝯ substantiā sꝫ substantie viciuꝫ: dei grā regenerante nō imputādū. dei grā adiuuante frenandū. dei grā remunerante sanādum.

Idē de. v. q̄stiōib⁹. Salus religiōis hui⁹ ꝑ quā solā salus v̓a veraciter ꝓmittit̄ nulli vnq̄ꝫ defuit q̄ dign⁹ fuit. ꝛ cui defuit dign⁹ non fuit. ab exordio nāqꝫ ꝓpagatōis hūane vsqꝫ in finem quibusdā ad ꝑmiū. q̄busdā ad iudicium ꝑdicat̄. Idē de spū ꝛ lr̄a. Per legeꝫ cognitio pc̄ti. per fidem īpetratio grē ꝯ peccatum. ꝑ grāꝫ sanatio aīe ꝛ abolitio pc̄ti. per aīe sanitatē libertas arbitrij. ꝑ libeꝝ arbitriū iusticie dilectio. ꝑ iusticie dilectionē legis operatio. Idē. Lex data ē vt grā q̄rerēt̄. grā aūt data ē vt lex ipleret̄. neqꝫ. n. suo vicio nō implebat̄ lex: sꝫ vicio prudētie carnis. qđ vicium ꝑ legē demonstrādū. ꝑ grāꝫ sanādū fuit. Idē de ci. dei. Parit ciues terrene ciuitatis pc̄ō viciata natura. celestis v̓o ciuitatꝫ ciues parit a pc̄ō naturā liberans dei gratia

Idē de pn̄ia. Presto sp̄ est grā q̄ nūq̄ꝫ deficit nisi prius expulsa fuerit. Continue necessario qđ suū est inspirat: si est qui recipiat.

Ioh. chryso. super Matth. Grā rectas mētes diligit. ꝛ sine fuco propositum. Idē super Matth. Debet volūtas ꝑcedē. ꝛ sic sequet̄ grā. nā nec grā sine volūtate aliquid operatur: nec voluntas sine grā potest. Naꝫ ꝛ terra non germinat nisi pluuiam susceperit. nec pluuia fructificat sine terra. Amb. super. Lu. Nescit tarda molimina spūssancti grā. Auctor de spū ꝛ aīa. Aīa quam dei pietas respicit: humilitas subijcit. pn̄ia reducit: iusticia deducit: obedientia conducit. perseuerantia perducit. deuotio introducit. puritas iugit: charitas vnit. Idem. Facultates ꝛ quasi instrumenta cognoscendi ꝛ diligendi habet aīa ex natura. cognitionem v̓o v̓itatis ꝛ ordinē dilectionis nequaq̄ꝫ habet

nisi ex gratia. Idem. Vasa que creatrix sapientia format vt sint: adiutrix grā replet ne vacua sint si strēnuū operarium inuenerit.

Berñ. super cantic̄. In veritate dedici nihil eque efficax esse ad gratiam promerendam: retinendam: recuperandam. q̄z si omni tempore inueniaris non altum sapere: sed timere.

¶ De penitentia.

Capitulum xvij.

Grego. in omē. Penitētiā agere est ⁊ ꝑpetrata mala plangē: ⁊ plangenda nō ꝑpetrare. Nā q̄ sic alia deplorat vt tamē alia ꝯmittat: adhuc penitētiā agē aut ignorat: aut dissimulat. Aug. de mirabilibus sacre scripture. Qui per penitentiaꝫ peccata diluerit. angelice felicitatis consors in eternum erit. Idem in li. de penitentia Conuertiꝭ. i. totus ⁊ oīno vertiꝭ qui iam nō penas tm̄ timet. sed ad bonum deū redire se stinat. que conuersio si contigerit alicui etiaꝫ in fine: desperandū non est de pctōꝝ suorum remissione: sed qm̄ vix vel raro est tam iusta cōuersio: timiēdū est de sero penitēte. Idē Pietas fidei expostulat credere: ꝙ oēs elemosyne totius ecclesie ⁊ orationes: ⁊ opa iusticie ⁊ misericordie succurrāt recognoscenti mortē suam ad conuersionē suā. Ideoq̄ȝ nemo penitē digne potest quē nō sustineat vnitas ecclesie. Idem. Penitēs oēs fructus sue pnīe paruos habeat. nunq̄ȝ sufficiat. semꝑ doleat: sꝑ corā dn̄o an̄ quē peccauit erubescat. ⁊ dolorē cū vita finiat. Idē. Vbi dolor finiꝭ: deficit ⁊ penitentia. Idem. Penitens semper doleat: ⁊ de dolore gaudeat.

ceptus es a passione flagelloruʒ: exceptus
es a numero filiorum. Idem in epl'a. Ter-
ror tpalium potestatum qn̄ veritatem oppu
gnat iustis: fortibus gl'iosa probatio est. infir-
mis periculosa tentatio. Ideʒ sup gen̄. ad
lrām. Ipse sibi homo in tentationibus certi
us inotescit: ⁊ iuste sal⁹ illa perpetua que tur
piter amissa est per voluptatem: fortiter reci
pitur per dolorem. Isido. in syno. Aduer
sa corporis anime remedia sūt. egritudo car
nem vulnerat: mentem curat. languor enim
vicia excoquit: languor vires libidinis fran-
git. Idem de sum. bo. Viri scti plus formi
dant prospa q̄ʒ aduersa. q: dei seruos prospe
ra deijciūt: aduersa ṽo erudiunt. Bern.
super qui habitat. Bonū mihi dn̄e tribula-
ri: dūmodo ipse sis mecum: q̄ʒ regnare sine
te: epulari sine te: sine te gloriari. Bonuʒ mi
hi in tribulatione magis amplecti te. in cami
no habere te mecum: q̄ʒ esse sine te: vel in ce
lo. quid enim mihi est in celo ⁊ a te quid vo
luit super terram. Idem super canti. In
petra. Infra de martyrio.

De martyrio. Caplm xlix.

Grego. in regis. Sicut btũs Cypria
g nus ait: martyrẽ nõ facit pena: sꝫ cã.
Idem in ome. Mori a ꝑsequen-
te martyriũ in aperto ope est. ferre vero ꝯcõ
tumelias ⁊ odientem diligere martyriũ est i
occulta cogitatione. Idem. Habet pax no
stra martyrium suũ: qꝛ etsi carnis colla ferro
non subdimus: spũali tñ gladio carnalia desi
deria trucidamꝰ. Isido. in ethymo. Duo
sunt genera martyrij. vnum in aperta passio
ne: alterum in occulta animi virtute. Nam
multi hostis insidias tolerantes: ⁊ cũctis car
nalibus desiderijs resistentes: per hoc ꝙ se
omnipotenti deo in corde mactauerunt: ⁊ pa
cis tempore martyres facti sunt. Johãnes
chryso. in ser. Habet paupertas martyrium
suũ: ⁊ egestas bene tolerata facit martyrium
sed egestas propter christũ: nõ ꝓpter necessi
tatem. Hiero. in legẽda sancte paule. Nõ
solum effusio sanguinis in ꝯfessiõe martyriũ
reputatur. sed deuote quoqꝫ mentis seruitus
quotidianũ martyrium est. Idem in epi.
Hec est sola digna retributio cũ sanguis san
guine compensatur. ⁊ redempti cruore christi
pro redemptore libenter occumbimus. quis
sanctoꝝ sine certamine. ⁊c. supra de certamie
Aug. de ci. dei. Quicũqꝫ etiam non ꝑce-
pto regeneratiõis lauacro ꝓ christi ꝯfessiõe
moriuntur: tantum eis valet ad dimittenda pec
cata: q̃ntum si abluerentur sacro fonte baptis-
matis. Idem. Quanto erit acrior impetꝰ
belli: tanto maior glĩa non cedenti: tanto den
sior corona martyrij. Bern. super cantica
Stat martyr tripudians ⁊ triumphans. to-
to licet lacero corpore ⁊ rimante latera ferro
non modo fert fortiter: sed alacriter sacrum
e carne sua circũspicit ebullire sanguinem.
Ubi ergo tunc anima martyris. Nempe in
tuto: nempe in petra. nempe in visceribꝰ iesu
Idem. In petra habitãs q̇d mirũ si ĩ mo
dum petre duruerit. sed neqꝫ hꝫ mirũ si exul
a corpe dolores non sentiat corpis: neqꝫ hoc
facit stupor: sꝫ amor. submittitur enim sensus nõ
amittitur. non deest dolor: sꝫ ꝯtemnitur. Idem
in ser. Est martyrij genus ⁊ effusio q̇dã san
guinis in quotidiana corpis afflictõe. est etiaꝫ
baptismus aliq̇s in compunctiõe cordis ⁊ la
chrymarũ assiduitate. sic quippe infirmis ⁊
pusillis corde necesse est: vt quem semel po-
nere pro christo non sufficiũt: saltẽ mitior q̇-
dam sed diuturniori martyrio sanguineꝫ fun
dant. sic ⁊ baptismi sacramentum qm̃ iterari
non licet his qui sepius in multis offendunt:
frequentiori ambulatione suppleri.

¶ De gloria.

Caplm I.

Grego. in mora. Quia in hac vita
g nobis est discretio operũ. erit in illa
ꝓculdubio discretio dignitatum: vt
sm ꝙ hic alius aliũ merito supat: illic aliꝰ ali
um retributione trãscendat. Idẽ sup illud
Job. iij. donec impleatur risu os tuum ⁊c.
In illa eterna patria cum iustorũ mens i ex
ultationem rapitur: lingua in canticum laudis
eleuatur. Idem. Ibi vniuscuiusqꝫ mentem
ab alterius oculis membroꝝ corpulentia nõ
abscondet: sed patebit animus: patebit cor-
poralibus oculis ipsa corporis armonia. sicqꝫ
vnusquisqꝫ tunc erit conspicabilis alteri: sicut
nunc esse potest conspicabilis sibi. Idem.
Sicut hi qui adhuc viuentes sunt mortuorũ
animas quo loco habeãtur ignorant. ita mor
tui vitam in carne viuentium post eos quali
ter disponatur nesciunt. quia ⁊ vita spiritus
longe est a vita carnis. ⁊ sicut corporea atqꝫ
incorporea diuersa sunt genere. ita etiam di-
stincta cognitione. quod tamen de animabus
sanctis sentienduꝫ non est. quia que intus om
nipotentis dei claritatem vident. nullo mo-
do credendum est: qꝛ sit foris aliquid quod
ignorent. Idem. Cũ ad ipsum fontem vi
te venerimus erit nobis delectabiliter impis-
sa sitis simul atqꝫ satietas. sed longe aberit a
siti necessitas. longe a satietate fastidium. qꝛ
sitientes satiabimur: ⁊ satiati sitiemꝰ. Idẽ.
Eterna contemplatione agitur vt omnipo-
tens deus quo magis visus fuerit: eo magis
diligatur. Idem. In illa resurrectiõis glo

ria erit corpus nostrum subtile quidem per
effectum spiritualis potentie. sed palpabile p
veritatem nature. Idem in ome. Creden
dum est q ante retributionem extremi iudi-
cij iniusti in requie quosdam iustos conspici-
ant: vt eos videntes in gaudio non solum de
suo supplicio: sed de eorum bono crucient.
iusti vero in tormentis semper intuentur in-
iustos. vt hinc eorum gaudium crescat. quia
malum conspiciunt quod misericorditer eua
serunt. tantoqz creatori suo maiores gratias
referunt: quanto vident in alijs quod ipsi p-
peti si essent derelicti potuerunt. Idem in
dial. Sicut electos beatitudo letificat. ita cre
di necesse est q a die exitus sui ignis repro-
bos exurat. Augustin9 de ciui. dei. Erit il
lius ciuitatis et vna in omnibus et insepara-
bilis in singulis volūtas libera: ab omni ma
lo liberata. et impleta omni bono: fruens in-
desinenter eternorum iocunditate gaudiorū
oblita culparum: oblita penarum: nec tamē
ideo sue liberationis oblita: vt liberatori suo
non sit grata. quantum ergo attinet ad scien-
tiam rationalem memor erit preteritorū eti
am malorū suorū. quantū autem ad experien
tis sensum prorsus immemor. Idem. Pax
celestis ciuitatis est ordinatissima societas fru
endi deo: et inuicem in deo. Idem. Quan
ta erit illa felicitas: vbi nullum erit malū: nul
lum latebit bonum: vacabitur dei laudibus
qui erit omnia in omnib9. Nam qd alid age
tur vbi neqz vlla desidia cessabitur: neqz vl
la indigentia laborabit nescio. Idem. Ip
se finis erit desideriorum nostrorum: qui sine
fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fa
tigatione laudabitur: hoc munus: hic affe-
ctus: hic actus profecto erit omnibus sicut ip
sa vita erit cōmunis. Idem. In nobis ip-
sis dei imaginem contuentes tanqz iunior il
le euangelicus filius ad nosmet reuersi surga
mus: et ad illum redeamus a quo peccando
recesseramus. ibi esse nostrum non habebit
mortem. ibi nosse nostrum non habebit er-
rorem. ibi amare nostrū non habebit offensi
onem. Idē. Absit omnis deformitas: oīs
infirmitas: omnis tarditas. omnisqz corru-
ptio: etsi quid aliud illud non decet regnum.
in quo resurrectionis et promissionis filij eq̄-
les erunt angelis dei: si non corpore: non eta
te: certe felicitate. Idem. Ita deus erit no
tus atqz conspicuus: vt videatur spiritu a sin
gulis nobis: in nobis videatur ab altero. in
altero videatur: in seipso videatur: in celo no
uo: et in terra noua. atqz in omni q tunc fue-
rit creatura videat. Et per corpa in omni cor
pore quocūqz fuerint spiritualis corporis ocu
li acie perueniente directi: patebunt etiā co
gitationes nostre inuicem nobis. Idē de
trini. Cōtemplatio est merces fidei: cui mer
cedi per fidem corda mundant. sicut scriptū
est. Mundans fide corda eorum. Idem.
Illud quod agit iusticia. Supra li. ij. de quat
tuor virtutibus. Idem libro. iij. de li. arbi.
Tanta est pulcritudo iusticie: tanta iocundi-
tas lucis eterne. hoc est incōmutabilis verita
tis atqz sapientie: vt etiā si non liceret in ea
amplius viuere qz vnius diei mora propter
hoc solum innumerabiles anni huius vite ple
ni delicijs et circumfluentia temporaliū bo-
norum recte meritoqz contemnerentur. non
enim falso aut paruo affectu dictum est. qm̄
melior est dies vna in atrijs tuis super milia.
Idem in sermo. Tunc non peccabimus
non solum factis: sed nec cōcupiscē[illegible]ijs: cum
illam faciē videbimus que vincit oēs concu
piscentias. tam enim dulcis est frēs mei: tam
pulcra: vt illa visa nihil aliud possit delecta-
re. satietas enim erit insatiabilis: nullum fa-
stidium: sp esuriem9: sp saturi erimus. Idē
de conflictu. Recedat amor p̄sentis seculi in
quo oēs sic viuificant vt deinceps moriant:
et succedat amor futuri seculi i quo oēs sic vi
uificant vt deinceps non moriant. vbi nulla
aduersitas turbat: nulla necessitas angustat.
nulla molestia inquietat. sed perennis leticia
regnat. Iohānes chryso. super ioh. Bea
ti et ter beati et multotiens beati: qui beati il-
la potiuntur requie. quemadmoduz miseri. et

ter miseri: ⁊ infinite miseri: qui a beatitudine illa seipsos abijciūt. Fulgentius in episto. Sicut per speculum vitreum trina nobis visio administrat. qua nosipsos: ⁊ ipsum speculum: ⁊ quidquid presens adest videmus. sic per speculū diuine claritatis ⁊ ipsum deuz vt est videbimus: quantū possibile erit creature: ⁊ nosipsos ⁊ omnia alia vera ⁊ certa scientia cognoscemus. Bernar. super canti. Qui replet in bonis desiderium anime: ⁊ ipse rationi futurus est plenitudo lucis. ipse volūtati plenitudo pacis: ipse memorie continuatio eternitatis. Idem. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me: spera in deo: qm̄ adhuc confitebor illi. cum error videlicet a ratiōe: a voluntate dolor: atq3 a memoria timor omnis recesserit: ⁊ successerit illa quam speramus mira serenitas: plena suauitas: eterna securitas. Idem in sermo. Quemadmodū circa rōnale nostrū ⁊ scientia ⁊ ignorantia constat tanq̄3 habitus ⁊ priuatio. sic circa concupiscibile desiderium ⁊ contemptus. ⁊ circa id qd̄ dicit irascibile: ⁊ leticia pariter ⁊ ira versatur. Implebit ergo deus rationale nostrū luce sapiētie. ita vt penitus nobis nihil desit in vlla scientia. implebit concupiscibile nostrum fonte iusticie. vt omnino desideremus eam ⁊ ea penitus repleamur. sicut scriptum est. beati q̄ esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: qm̄ ipsi saturabuntur. per quam iusticiam quicq̄d respuere debet anima respuet: ⁊ quicq̄d concupiscere concupiscet. ⁊ ex his omnibus magis appetet quod magis fuerit appetendum. Iam vero qd̄ dicitur in nobis irascibile: cum repleuerit illud deus. perfecta erit in nobis tranquillitas: ⁊ i summam iocunditatē atq3 leticiam replebimur pace diuina. Idem. Sicut replebit animas nostras deus cum fuerit perfecta in eis scientia. perfecta iusticia: perfecta leticia. sic replebit maiestate eius omnis terra nostra cum fuerit corpus immortale: agile: impassibile. configuratum deniq3 corpori claritatis sue. Idem. Eterna omniū beatorum solēnitas est facie ad faciem deū intueri: eius dulcedine sine fastidio satiari. vt quem semper habent semper habere velint: ac eius visione sine defectu perfrui. Ansel. de simili. Partes beatitudinis sunt pulcritudo: agilitas: fortitudo: libertas: sanitas: voluptas: longeuitas: sapientia: amicitia: concordia: honor. potestas securitas: gaudium. Ista vt estimo sunt que propter se ⁊ propter que alia queq3 ab hominibus appetunt. Et ita notandum q̄ septem priores beatitudinis partes ad corporis beatitudinem: septemq3 posteriores ad animam pertinent. Idem. In illa vita pulcritudo iustorum solis pulcritudini. que septemplicitur q̄3 modo sit splendidior erit: adequabit.

Idem. Velocitas nos tanta concomitabitur: vt ipsi angelis dei eque celeres simus: q̄ a celo ad terras ⁊ econuerso dicto citius dilabuntur. Idem. In futuro sic iustus fortis erit: vt etiam si velit terram commouere possit. ⁊ sic econuerso iniustus imbecillis: vt nec etiam vermes amouere queat ab oculis suis. Idem. Gaudiū erit iusto intus ⁊ extra. gaudium sursum atq3 deorsum: gaudium circumcirca: vbiq3 gaudium plenū. Idem. Tunc iusti scient cuncta q̄ deus fecit scienda. tam ea que preterita: q̄3 ea que postmodum sunt. Ibi a singulis omnes: ibi ab omnibus singuli cognoscent. nec quenq̄3 omnino latebit qua patria: qua gente: qua stirpe quis editus fuerit: vel quid etiam in vita sua fecerit. Si autem fueris malus: vera omnino sapientia priuatus tantis vrgeberis doloribus: vt non solum insipiens: verumetiam omnino fias ⁊ amens. Idem. In illa vita si bonus fuerit nihil patiet quod nolit: sed agere permittet quodcūq3 voluerit. si vero fuerit malus: ad omnia que noluerit coget: ⁊ ab omnibus q̄ voluerit prohibebitur.

¶ Finit liber quartus de gratiosis.

¶ Tractatus sancti Bonauenture ordi-nis minoꝝ de paupertate christi contra ma-gistrum vilhelmũ.

q

Uestio est de paupertate. Et querunt duo. Primo queritur de paupertate q̃n tum ad abrenũciationem. Scḋo quantũ ad mendica tionem. Circa primũ sic ꝓcedit: ⁊ queritur. vtrum christiane ꝑfectionis sit abrenũciare omnibꝰ tam in cõmuni q̃ȝ in priuato. Et ꝙ sic: videt Matth. xix. Si vis perfectus esse vade et vende oĩa que habes: ⁊ da paupibus: ⁊ ve ni sequere me. Glo. Ecce ꝯtemplatiua q̃ ad euangeliũ ptinet: ꝯstat ꝙ dñs istũ ad diuitias nõ vocabat. ⁊ tñ renũciare oĩbus ꝯsulebat. nec ad opera manualia: imo ad ꝯtemplatiuã sicut dicit glo. Tanta a sequẽtibꝰ dimissa sũt. quanta a nõ sequentibus ꝯcupisci poterunt. ergo perfecta imitatio totaliter extinguit ap-petitũ diuitiaꝝ. Sed hec extinctio potissime est in eo q abrenũciat oĩbus. ergo ⁊c. Itẽ Marci. x. Uade ⁊ vende oĩa que habes. Glo. nõ partẽ: sicut ananias. sed qui totũ dat nihil sibi reseruãs ipse potissime facit quod dñs ꝯsulit: nihil sibi reseruãs nec in cõmuni nec in spẽali. ⁊ qui hoc facit ꝑfectissime facit. ergo ⁊c. Itẽ Marci. xij. dixit dñs de vi-dua. Amen dico vobis ꝙ hec vidua paup plus q̃ȝ oẽs misit. Nã oẽs ex eo qḋ abũda-bat eis miserunt. hec aũt de penuria sua oĩa que habuit misit totũ victũ suũ. Sed in hoc laudatur vidua paupcula. ergo qui hoc faci-unt quanto ꝑfectius agunt: tanto magis lau-biles sunt. ergo ⁊c. Itẽ Lu. xij. Respicite coruos. Glo. Sancti merito auibus ꝯparã-tur. qui nihil in mũdo agentes nec laborãtes sola eterna appetunt iam similes angelis. Sed quanto magis hec dimittit quis: tanto magis angelis assimilat. ergo ⁊c. Item Lu. xiiij. Nisi quis renũciauerit oĩbus que possi. Glo. hoc distat inter renunciare oĩbꝰ ⁊ relinquere omnia. q: renunciare conuenit omnibus qui ita licite vtuntur mũdanis que possident vt tamen mente tendant ad eter-na: relinquere aũt est tm̃modo perfectorum: qui omnia tpalia postponũt. ⁊ solis eternis inhiant. sed qui ꝓsus oĩbus renunciat in cõ muni ⁊ in priuato: ille maxime oĩa postponit ergo ⁊c. Itẽ hoc ipsum ostendit exemplo christi: de quo Matth. viij. Uulpes foueas habent ⁊c. Chrysost. Quid pecunias expe-ctas sequens me ꝯgregare. Nõ vides q: di uersoriũ mihi neq̃ȝ est tantũ quantũ auibus: ergo christus ꝓsus nihil habuit. ergo ⁊c.

Itẽ sup illud matth. xvij. Uade ad mare. glo. Dñs tante paupertatis fuit: vt vnde tri-buta solueret non haberet. habebat quidem iudas cõmunia in locul'. sed res pauperum ĩ vsus suos assumere nefas duxit. idipm dãs exemplũ nobis. Si ergo christus tante pau-pertatis fuit ꝙ nõ potuit soluere denarium: manifestũ est ꝙ fuit in summa paupertate.

Item Lu. ix. Uulpes foueas habẽt. glo. Ego. iante paupertatis sum vt nec hospitiuȝ quidem habeã: nec meo vtar tecto. ergo ⁊c.

Item Joh. xiiij. Uenit princeps mundi huius ⁊c. glo. Noluit dñs habere quid ꝑde ret. pauper venit: ne haberet dyabolus qḋ auferret. ergo si omnia tpalia possunt perdi: nihil habuit tpale. Item. ij. Chorin. viij. Scitis grãm dñi nostri iesu christi: quoniam ꝓpter vos egenus factus est cũ esset diues: vt illius inopia ⁊c. ergo qui sic abrenũciat vt egeat magis se christo conformat. Item su per illud qḋ sequitur. In hoc consilium do. Augu' in ori. Factus est egenus intantũ vt non haberet qḋ habent vulpes: ⁊ in hoc cõ silium do. subaudit vt eius paupertatẽ imite mini. sed qui abrenunciat oĩbus: eius paup-tatem imitatur. ergo ⁊c. Item super illud Jaco. ij. Nõne deus elegit pauperes. glo. Pauperes elegit parentes quoꝝ educaret officio: sed parentũ christi magna fuit indigẽ tia: ſm illud Lu. ij. Pãnis eum inuoluit ⁊c. Ergo christus nõ tm̃ in seipso paupertatẽ di lexit: verũ etiam in alijs. Item christus ma

time fuit imitabilis sm statū quem habuit in cruce: sm illud .i. Pe. ij. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius: sed in cruce fuit oino nudus. Unde hiero. ad ebidiā. Uis esse pfecta: ꝛ in primo stare fastigio dignitatis: fac qd fecerunt apostoli. vende omnia que habes: ꝛ da pauperibus: ꝛ sequere saluatorē: ꝛ nudam solamq crucē: virtute nuda sequaris ꝛ sola. ergo ꝛc. Item hocipsum videt sanctoꝝ testimonijs. Ambro. sup lucā. Qualis debeat esse qui euangelizat regnū dei: preceptis euangelicis designat: vt sine virga: sine pera. sine calciamento: sine pane: sine pecunia hoc est subsidij secularis amminicula nō requirens: fideiq totū putet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere. Si igitur hoc attestatur perfectioni predicatoris euangelice perfectionis: vt nullū prorsus qrat āminiculū seculare: ꝛ hoc est esse in altissima paupertate: patet ꝛc. Item hiero. ad eliodorum monachū. Nolo pristinaꝝ necessitatum recorderis: nudos amat herem9. non solo te antique peregrinatōis terreat difficultas. Qui in christū credis: ꝛ eius crede sermonibus. Querite primū regnū dei: ꝛ hec omnia adijcient vobis. Nō pera tibi sumenda est: non virga. afatin diues est qui cū christo pauper est. omnia igit relinqui possunt. spe posita in solo christo. Item Ambro. in lib. de offi. Nullū amminiculū prestant diuitie ad vitā beatam. quod euidenter domin9 demonstrauit in euāgelio dicēs. Beati pauperes spiritu. ꝛc. Itaq paupertatē. famem: dolorem: que putant non solū non impedimento esse ad vitam beatā. sed etiā adiuuamentū esse euidentissime probant. Sic ergo non solū amminiculo nō sunt ad vitā beatā corporis externa bona. sed etiā dispēdio sūt: sed que non sunt adminiculo: sed dispendio perfectū est relinquere. ergo ꝛc. Itē Hiero. sup illud Mat. vi. None anima plus est q esca. In pmissis veritatis nemo dubitet. sit homo qd esse debet. ꝛ mox adduntur ci omnia: propter quē facta sunt omnia. Ergo qui omnia reliquit ppter christū confidens in pmisso christi: agit: sm perfectā fidē ipi9. Hoc aūt potissime facit qui oino nihil sibi reseruat: nec in cōmuni nec in speciali. g ꝛc.

Item Aug. tractans illud Mat. vi. Respicite volatilia celi. Sācti merito auibus cōparant: q celum petunt: qui iam ita remoti sunt a mundo vt iam in terris nihil agant: nihil laborent. sed sola contēplatione iam in celo degent. Si ergo hec vita altissima ē. ergo spretis oibus totam spem vite sue in deo cōstituere est virtutis perfecte. Itē Aug. de bono piug. Bene faciebant qui de sua substantia christo ac discipulis eius necessaria ministrabant. sed melius qui omnē substantiam suā dimiserūt: vt expeditores eundē dominū sequerent. sed quanto quis magis dimittit: tanto expeditior. ergo tanto laudabilior. Itē in lib. de eccle. dog. Bonum ē facultates cū dispensatione pauperibus erogare. melius pro intentōe sequendi dn̄m semel donare. ꝛ absolutū a solicitudine cum christo egere. Ergo qui magis eget ꝛ a solicitudinibus mundi absoluit: perfectius christum sequitur. ergo ꝛc. Item Gre. viij. ome. ij. partis ezech. Cum quis suū aliquid deo vouet ꝛ aliquid non vouet sacrificium est. cum vero omne qd habet: omne qd viuit: omne qd sapit omnipotenti deo vouerit holocaustum est. Qui enim semetipsis nihil reseruāt sed sensum: vitā: linguam: atq substantiam quā perceperunt omnipotēti deo immolāt. quid isti nisi holocaustū offerunt. Un̄ Paulo ante dixit: q ille holocaustū offert: qui ea que possidet apud semetipm decreuit indigentibus cuncta tribuere: nihil sibi reseruare: vitam soli superne gubernationi cōmittere. Sed hoc potissime facit qui sic distribuit q nihil sibi reseruat. nec in cōmuni nec i speciali. ergo ꝛc. Itē Joh. chryso. in li. q nemo leditur nisi a seipso. Quid apostolos penuria reꝝ corpalium lesit. None in fame et siti ꝛ nuditate degebant: ꝛ pro his clari ma-

gis ⁊ magnifici habebant: atqꝫ ingenté per
hoc fiduciá quesierűt apud deű. Ergo paup
tas illa laudabilior in qua maior est penuria
rex. Ité Berñ. ad henricű senoné. archi
epm. Felix qui nihil sibi retentat ex omnib⁹.
non habet foueá vt vulpes: nó tanqꝫ volu-
cres nidum: non loculos quó iudas: non do
mos: sicut nec maria locű in diuersorio. imi-
tatus profecto illű qui non habebat vbi icli-
naret caput. Sed qui omnia ꝓsus dimittit:
nihil sibi oino nec in cõmuni nec in speciali
retinédo: hoc potissime facit. ergo ⁊c. Itē
Prosper laudat paulinű ⁊ hilarium de hoc
ꝙ facultates suas omnes pauperibus eroga
uerunt. licet ratione episcopalis officij eccle-
siastica bona postmodű dispensauerunt. sicut
habetur. xij. q. i. Expedit: vbi ait sic. Deniqꝫ
sanctus paulinus ingentia predia que fuerűt
sua pauperibus erogauit. Et infra. Quid sã
ctus hilarius: Nõne ⁊ ipse oia sua aut pau-
peribus reliquit: aut vendita omnia paupe-
rib⁹ erogauit. Laudant hi ⁊ laudabiles sűt.
quia omnia sua ꝓpter deű ꝯtempserunt. Sꝫ
hoc potissime faciunt qui nec in cõmuni nec
in speciali sibi aliquid retinét. ergo tales ma
xime accedűt ad culmen perfectionis euáge
lice. Item hocipm ostédit rõne. Duplex
est ciuitas. scꝫ dei ⁊ diaboli. Hierusalé ⁊ ba-
bylon. que oppositioné habent ⁊ in seipis ⁊
in suis fundamentis. sed fundamentű ciuita-
tis babylonis: vt dicit Augustinus: est cupi-
ditas. ergo quáto magis quis recedit a cupi
ditate: tanto magis recedit de diaboli ciuita
te. Sed paupertas in qua quis in cõmuni et
in speciali prorsus omnibus abrenunciat tam
effectu: qꝫ affectu: ipsa est que maxime elon
gat ab auaricia. ergo ⁊c. Item diuitie sűt
incentiuű cupiditatis: quia difficile est habe
re ⁊ non amare. sed quanto quis magis se
elongat ab incentiuo peccati: tanto perfecti⁹
agit. Hoc aűt facit qui in cõmuni ⁊ in specia
li omnibus abrenűciat. ergo ⁊c. Item tri-
plex est consiliű: paupertatis: obedientie: ⁊ ca
stitatis. sed quanto quis generalius obedit ⁊
vniuersalius: tãto perfectius agit. Similiter
⁊ de consilio castitatis. ergo pari ratione ve
rum erit ⁊ de consilio paupertatis. Item
si dicas ꝙ nõ est simile. quia diuitie sunt de
necessitate vite. Hoc nihil est: cum multi q
nihil prorsus habent proprietatis viuere pos
sunt. Item perfectior est paupertas quam
perfectior concomitat obedientia. Sed qui
habent ꝓpriű in cõmuni ab illo per obedié-
tiam nõ possunt excludi: nisi ratione peccati.
Qui aűt nihil prorsus habent obedire tenē
tur vbiqꝫ terrarum. Si ergo perfectio euan
gelica maxime consistit in perfectione obedi
entie: vniuersaliter omnibus abrenűciare ni
hil prorsus reseruando: ad culmen facit per-
fectionis euangelice. Item. Contemptus
presentis seculi est laudabilis: hec est per se
vera. ergo maior ꝯtemptus magis laudabi-
lis: ⁊ maximus ꝯtemptus maxime laudabil'.
Sed maxime ꝯtemnit presens seculum qui
abrenűciat in cõmuni ⁊ in speciali. ergo talis
perfectissime agit. Ité pauptas alta é lau
dabilis. hec est per se vera. ergo altior lauda
bilior: ⁊ altissima laudabilissima. sed huius-
modi est que nec in cõmuni: nec in ꝓprio ali-
quá ꝓprietatem sibi reseruat. ergo ⁊c. Ité
tanto via rectior quanto eius medium ꝯfor-
mius est extremis. sed summa paupertas est
tam in principio vite qꝫ in termino: ergo si
medio omnia abdicentur via rectissima ꝓ-
ceditur. Sed quanto via rectior: tanto perfe
ctior est. ergo via ⁊ vita pauperrima est per
fectissima. Sed cõtra. Eccli. xxvij. Pro-
pter inopiá multi deliquerunt. sed nihil qđ é
ducens ad culpá spectat ad perfectioné euá
gelicam. ergo ⁊c. Item Ecclesiastes. vij.
Utilior est sapientia cum diuitijs. Glo. qꝫ so
la. Sed diuitie non faciunt hominé ꝑfectű:
ergo minus pauptas ⁊ indigétia. Item
Prouer. xxx. Diuitias ⁊ mendicitaté ne de
deris mihi. Et post. Ne egestate compulsus
furer ⁊ piurem nomen dei mei. Sed nihil fa
cit ad ꝑfectõem euangelicam quod sapiens
sapiéter recusat. ergo ⁊c. Item Luce. vi.

Perfectus omnis erit si sit sicut mgr̄ eius. Sed xp̄s loculos habuit. sicut patz Joh̄. xij. vbi dicit: ꝙ iudas loculos ferebat. ergo proprietatem nolle in cōmuni habere non videt esse perfectio: sed potius superstitio. in q̄ discipulus videtur se velle preferre magistro.

Si dicas ꝙ localos non habuit. Contra Aug. dicit. ⁊ habet. xij. q. i. Habebat dn̄s loculos: a fidelibus oblata conseruans. ⁊ suoꝝ necessitatibus ⁊ alijs indigētibus tribuebat.

Item sup illud. i. ad Thim̄. vi. habētes alimenta ⁊c. glo. Etsi nihil intulerimus in hunc mundū: nō tn̄ prorsus abijcienda sunt hec tēporalia: ergo q totū abijcit male facit. Itē .ij. ad Cho. viij. Si voluntas ꝓmpta est ƀm id qd̄ habet. Glo. Necessaria retineant: nō vltra vires dādo. Ergo male facit qui sic dispensat ꝙ nihil sibi ꝓsus reseruat. Itē q tentat deum peccat mortaliter. sed qui habet humanū refugium ⁊ illo pretermisso querit diuinū: tentat deū. hoc aūt facit qui habet vnde sustentetur: ⁊ illo dimisso expectat diuinitus sustentari. ergo talis facit contra euangelium. Item virtus circa mediū consistit: sed oīno omnia dimittere est ad extremū declinare. ergo hoc magis est vicij q̄z virtutis seu perfectionis euangelice. Item sicut omnia tenere semper est auaricia. sic omnia dare semper est prodigalitas. sed omnia tenere semp est vicium. ergo similiter ⁊ omnia dare. Item. Qui subtrahit alij necessaria peccat mortaliter. sed tantum tenetur quis sibi prouidere sicut alij. ergo qui omnia dimittit ⁊ nihil sibi reseruat peccat mortaliter. quia facit contra perfectionem euangelicā.

Item qui exponit se periculo interfectionis peccat mortaliter. ergo similiter qui exponit se periculo famis. sed talis est qui omnia dimittit: ⁊ nihil sibi reseruat. ergo ⁊c. Itē nullus debꝫ reijcere omnino quod quotidie petit a deo. sed omni die petimus in oratiōe dn̄ica. panem nostrū quotidianū. ergo male facit qui deserit totū. Rn̄sio dicendum ꝙ abrenunciare nmnibus tam in priuato q̄z in cōmuni est christiane perfectionis nō solum sufficientis: sed etiam abūdantius: tanq̄z pfectionis euangelice ꝯsiliū principale: ⁊ principiū fundamentale: ⁊ fuadamentū sublime. Primū suadet natura. scd̄m scriptura. tertiū gratia. Primū inq̄m est consiliū principale. q: vitam prebet ad alia. Nam abundans paupertas disponit ad carnis mortificatōez: ⁊ ad voluntatꝭ ꝓprie perfectā abnegationē: cum nihil sibi detineat: nec domū: nec tectū. nec aliquā rem. ad ipsam aūt specialiter viā facit ipsa natura: siue instituta siue lapsa. Nā homo nudus formatus est. etsi in statu illo stetisset: nihil sibi ꝓrsus appropriasset. hō vero lapsus nudus nascitur: nudus moritur. Et iō hec rectissima via est: vt ab extremis non declinens: quantum potest natura pati pauper ⁊ nudus incedat: ⁊ hoc est quod dicitur. i. ad Thi. vi. Nihil intulimus in hunc mundūz: haud dubium q: nec auferre quid possum⁹. Et ex hoc concludit. Habentes alimenta et quibus tegamur ⁊c. Hoc autem nihil arti⁹ vel pauperius q̄z simplici victu ⁊ operimēto esse contentū. qd̄ ex nature documento ꝑsudet apostolus tanq̄z bonum ⁊ perfectum. Est etiam principiū fundamentale. Lex enīz vetus differt a noua in hoc: ꝙ illa timorem: hec amorē. illa tēporalia ꝓmittit: hec temporalia contemnere docet. Si igitur fundamētum perfectōis ciuitatis dei principaliter consistit in charitate: ⁊ illa potissime est perfecta quando omnis excludit cupiditas. q: venenum charitatis est cupiditas. Hanc aūt cupiditatem omnino foras mittit: qui omnia oīo ⁊ re ⁊ voluntate relinquit. sicut radix oīum maloꝝ est cupiditas. sic radix ⁊ principium perfectōis est altissima paupꝫtas. Vn̄ Aug⁹ in lib. lxxxiij. quest. Charitatis venenum est spes adipiscendoꝝ ac retinendoꝝ temporalium. nutrimentū eius imminutio cupiditatꝭ. perfectio eius nulla cupiditas. Signum ꝑfectus eius imminutio timoris. sinum perfectionis eius nullus timor. quia radix oīm maloꝝ est cupiditas: ⁊ perfecta charitas foras

mittit timorem. Illa igitur paupertas est ꝑ-
fectissima: que oīno cupiditatem extermiat.
Est nihilhominus fundamētum sublime.
quia cū duplex sit vita ad quā disponit gra-
tia. sc3 actiua ⁊ contēplatiua. Actiua deorsum
ordinat. sed contemplatiua sursum in celum
erigit. Nullus aūt spiritus magis idoneus
ad hoc q̄3 ille qui penitus est exoneratus ab
onere tpalium: ⁊ qui thesauꝝ suū totum ha-
bet in celo: ⁊ cuius regnū nō est de hoc mū-
do: qui nō habet h̄ manentem ciuitatem: sed
futurā inquirit. Talis aūt est qui oībus ter-
renis perfecte abrenūciauit. ⁊ ideo talis iam
fundamentū sui edificij collocatum habet in
excelsis. Vn̄ Aug. in li. de agone christiano.
Cum cognitio ⁊ actio beatū hominē faciāt.
sicut in cognitione cauendus est error. sic in
actione cauenda est nequitia. Errat aūt si qs
putat se veritatē posse cognoscere: cū adhuc
nequiter viuat. Nequitia aūt est mundum
istum diligere: ⁊ ea que nascuntur ⁊ transeūt
ꝓ magno habere ⁊ ea ꝯcupiscere. ⁊ ꝓ his la-
borare vt acquiranf. ⁊ letari cū abundauerit
⁊ timere ne peant: ⁊ contristari cum peunt.
Ille igitur potissime est idoneus ad contuitō
nem sublimiū: ⁊ ibi sublimiter fundatus: qui
est perfectissimus contēptor omniū istorum.
talis est qui totū cogitatū suū iactat in dn̄o ⁊
omnē sollicitudinē: qui nullam prorsus hab3
possessionem. Est igitur professiōis chri-
stiane: pro christo nihil in mundo possidere:
nec in cōmuni nec in proprio. Idem dn̄s ex-
pressissime consulit: idem exemplū in semet-
ipso ostendit. idē spūssanctus in sanctis hoc
multipliciter persuasit. Nam hmōi arduissi-
mā paupertatē sicut ostensum est ꝑsuadet na-
tura: scriptura: ⁊ grā. Persuadet dn̄s iesus
christus instruendo: cōuersando: inspirādo.
Quis enim spūs nisi dei facit hoīem contē-
nere presentia: ⁊ amare celestia. Nā hoc nō
faci spūs diaboli: nec mundanus: nec ꝓpri⁹.
cum semp inclinēt ad bonum priuatum. facit
igitur spūssanctus. Et hinc est ꝙ spūsancto
dictante istum modū viuendi summus ponti-
fex approbauit. sicut dicit decretalis d̄ exces.
ꝑla. Nimis praua ꝙ ordinē ⁊ regulam fra-
trum predicatoꝝ ⁊ minoꝝ sedes apostolica
noscitur approbasse. Unde huic contrariu3
nulli prorsus licet sentire. Quare tales viden-
tur stulte agere: periculis se exponere: ⁊ deū
tentare. Nam contra tales dicitur in regula
beati francisci: in qua paupertas hmōi cōfir-
matur. Nulli ergo oīno hominū licet hanc
paginā ⁊c̄. Contra tales etiam dicit Aug. in
tractatu de elemosyna. Helias in solitudine
coruis ministrantibus pascif. ⁊ danieli in la-
cu ad leonū predam iussu regis incluso pran-
diū diuinitus apportaf. ⁊ tu metuis ne ope-
ranti etiā apud dn̄m promerenti desit alimē-
tum. cum ipse in euangelio ad exprobratōem
eoꝝ quoꝝ mens dubia: ⁊ fides parua: conte-
stetur ⁊ dicat. Aspicite volatilia celi: quoniā
nō serunt neq3 metūt: neq3 congregant ī hor-
rea: ⁊ pater vester celestis pascit illa. Nonne
vos pluris estis illis. Volucres deus pascit
⁊ volucribus alimenta diurna prestatur. et
quibus nullus diuine rei sensus est: eis nec ci-
bus nec potus deest. ⁊ tu christiano: tu dei ser-
uo: tu bonis opibus dedito: tu dn̄o suo cha-
ro aliquid existimas defuturū. An eis terre-
na deerunt: quibus celestia ⁊ diuina tribuun-
tur. Unde hec incredula cogitatio. vnde im-
pia ⁊ sacrilega ista meditatio. Quid facit in
domo dei perfidum pectus. Quid ī christo
omnino non credit. appellatur ⁊ dicitur chri-
stianus. Pharisei tibi magis cōgruit nomē.
Nam cum in euangelio de elemosynis di-
sputaret: ⁊ vt nobis amicos de terrenis lu-
cris prouida operatione faceremus. qui nos
postmodū in eterna tabernacula susciperent
fideliter ⁊ salubriter ꝑmoneret. addit post h̄
scriptura dicens. Audiebant hec omnia pha-
risei qui erant auari ⁊ deridebant illū. Qua-
les nunc sunt in ecclesia quoꝝ quosdam vi-
dent. quoꝝ ꝑcluse aures ⁊ corda cecata nul-
lum de spiritualibus ac salutaribus monitis
lumen admittunt. de quibus mirari non de-
bet ꝙ contēnant in talibus seruos: quando a

talibus ipsi dn̄m videamus esse contēptuꝫ.
Ex hoc apparet euidenter ꝙ omnino oib⁹
abrenūciare vniuersaliter pro christo culpan
dum nō est: sed potius laudandū tanq̄ꝫ cul-
men euangelice perfectionis. Unde rōes ex
empla ⁊ auctoritates ꝯcedende sunt ad istaꝫ
partē. ad quā sufficiētissime astruendā vna
sola auctoritas expressa ex ore christi ꝯsulentꝭ
dimittere omnia esset sufficiētissima. etiamsi
multa glosaꝝ expositaꝝ ⁊ sanctoꝝ dicta vi-
derent esse cōtraria. Ait enim Aug. ad pau
linam de videndo deo sic. Attende que cre-
dis. ⁊ in eis ipis q̄bus nō visis accōmodas
fidem: ipsa testiū pondera discernēda sunt.
Nec enim mihi sic credis quēadmodū am-
brosio. aut si ambobus nobis equa lance pu
tas esse credendū. nūquid vllo mō euāgelio
cōparabis. An scripturā nostrā scriptis ca-
nonicis coeq̄bis. Profecto si recte in iudicā
do sapis: longe nos infra vides ab illa aucto
ritate distare: ⁊ me quidē longius. Sꝫ vtriqꝫ
nostrū quantūlibet credas vtrūqꝫ illi excellē
tie nequaq̄ꝫ comparas. Igitur qm̄ diuina
auctoritas sic expresse dicit omnia dimittēda
ei q ad perfectionem conscendere cupit euā
gelicam: manifestū est ꝙ verū certitudinali-
ter debet teneri ꝙ ei nō possit sine periculo
fidei obuiari. Ad illud vero qđ primo obiij
citur in contrariū: qđ pertrahit ad peccatuꝫ.
⁊ de egestate que facit piurare. Dicendū ꝙ
duplex est inopia. Quedā voluntaria: ⁊ que
dam inuolūtaria. Inopia inuolūtaria inducit
defectū mentis: ⁊ ꝓnitatē ⁊ occasionē indu-
cit ad peccandū. Inopia aūt seu pauptas vo
luntaria hec habet adiunctam sufficientiam.
Iuxta illđ. ij. ad Chorin. vi. Tanq̄ꝫ nihil ha-
bentes ⁊c. Et hec disponit ad iusticiam per-
fectam. q: mentem facit ad omne bonū ido-
neam. sicut econtra radix oim maloꝝ ē aua
ricia. Et est qđ dicit Chrysost. xlvij. ome. sup
Matth. Si volueris videre amantis aurū
animam: quēadmodū vestimentū a decem
milibus corrosum vermibus. ⁊ nihil habēs
sanū. ita inuenies perforatam eam vndiqꝫ a
sollicitudinibus: ⁊ a peccatis putrefactam:
erugine plenam. Sed nō anima inopis vo-
luntarij talis est. sed fulget quidem velut au
rū. splendet aūt velut margarita. florescit aūt
velut rosa. Non illic tinea: non est illic fur: nō
est illic sollicitudo vite huius negociorū. sed si
cut angelus ita conuersat. Non subiacet de-
monibus: non assistit regi: sed assistit deo: et
non militat cum hominibus: sed cum ange-
lis. non habet thesaurū terram: sed celū. non
indiget seruis. magis aūt habet seruos pos-
sessiones ⁊ cogitationes que rebus domina-
tur. Quid igit paupere hoc melius ē vnq̄ꝫ.
Pauimentū deniqꝫ habet celū. Si autē pa
uimentū tale est: excogita tectū. Sed non ha
bet equos ⁊ currū. Quid autem ei opus est:
qui super nube vehi debet: ⁊ esse cum chri-
sto. Ex his apparet ꝙ in voluntaria pauper
tate magna est sufficientia. magna est nobili-
tas que facit transcendere cuncta terrena.
Uel potest dici aliter ꝙ illa dicta sunt tem
pore legis scripte: que temporalia ꝓmittebat
non eterna. in qua paupertas ꝯtemnebatur.
Unde chryso. xviij. ser. super epistolam ad
hebre. tractans predictū verbū. Diuitias et
mendicitatē ⁊c. dicit. Hec dicebant in vete-
ri testamento: vbi multa ratio diuitiarū ha-
bebat. vbi paupertatis plurimus erat contē
ptus. vbi hoc quidem maledictū: scilicet pau
pertas. illud aūt benedictio: scilicet diuitie.
Sed nūc nequaq̄ꝫ ita. Sed si vis audire pau
pertatis predicatū. ipsam professus est chri-
stus: ⁊ dixit. Filius aūt hominis non hꝫ vbi
caput suū reclinet. Et iteꝝ discipulis dicebat.
Nolite possidere aurū. Ex quo apparet ꝙ
auctoritas illa non est contraria assumentib⁹
voluntariaꝫ paupertatem. cum illud dictum
sit tempore legis scripte. istud autem fuit tem
pore legis gratie. Nec illud dictū est in per-
sona viri perfecti: sed potius infirmi: vt ex ꝟ
bo chrysostomi patet. Et per hoc patet rn̄sio
ad tres auctoritates primas. Ad illđ quod
obiijcitur ꝙ christus habuit loculos: dicēdū
ꝙ christus habuit loculos tribus de causis.

Habuit enim loculos pro pauperibus alijs.
ſm qđ dicit Hiero. in auctoritate ſupra poſi
ta. chriſtus tante paupertatis fuit ⁊c̃. Et hoc
non tollit paupertatem ſummã. Habuit etiã
loculos compatiendo infirmis. Sicut dicit̃ i
glo. ſuper illud p̃s. Producens fenũ iumen
tis. Dñs loculos habebat vel habuit ĩ vſus
eorum qui cum eo erant ⁊ ſuos. ⁊ religioſas
mulieres in comitatu: que miniſtrabant ei đ
ſubſtantia ſua in his infirmorũ magis perſo
nam ſuſcipientes. preuidit enim multos infir
mos futuros ⁊ iſta queſituros: vt ⁊ ibi earũ-
dem perſonam ſuſcepit: vbi dixit. triſtis eſt
anima mea vſq; ad mortem. Et de his duo-
bus ſuper illud Joh. xij. Ea que mittebãtur
⁊c̃. Glo. Cui angeli miniſtrabant loculos ha
bet in ſumptus pauperũ condeſcendens ĩfir
mis. Habuit etiam loculos in articulo neceſ
ſitatis. vtpote quando tranſibat per ſamari-
tanos. Jn quo etiam articulo diſcipulis locu
los habere permiſit. ſm illud Lu. xxij. Qñ
miſi vos ſine ſaculo ⁊ pera ⁊c̃. Glo. Nõ ea-
dem regula viuendi perſecutionis qua pacis
tempore diſcipulos informat. miſſis quidem
diſcipulis ad predicandũ: ne quid tollerent ĩ
via precepit. ordinans ſc; vt qui euangelium
nunciat de euangelio viuat. Jnſtante vero
mortis articulo: ⁊ tota illa gente paſtorem ſi
mel ⁊ gregem perſeq̃nte congruam tempori
illi regulã decreuit: permittens vt tollerent
neceſſaria victui: donec ſopita perſecutorum
inſania tempus euangelizandi redeat. Ex his
enim gloſis manifeſte apparet: ꝙ modus ha
bendi loculos ĩ domino in nullo minuit pau
pertatem. Sic enim dñs condeſcendit infir-
mitati ⁊ neceſſitati: vt tamen ſalua eſſet for-
ma paupertatis ⁊ exemplũ: quod precipue
monſtrare venerat hominibus. Juxta qđ di
cit apoſtolus. Factus eſt ꝓ nobis egenꝰ: vt il
lius inopia diuites eſſemꝰ. pauptatẽ ſc; altiſ
ſimã volũtarie imitãdo. Ad illud qđ obij
citur de glo. i. Thimo. vi. Habẽtes alimenta
vbi dicit̃: ꝙ nõ ſunt abijcienda omnino tem
poralia. dicendũ ꝙ intelligit de abiectione tẽ
poraliũ quantũ ad vſum: nõ quãtũ ad dñium
Nam vſus tẽporaliũ neceſſarius eſt vite hu
mane. qui tamen haberi poteſt abſq; domi-
nio ⁊ ꝓprietate. Sic patet in pauperibus qui
nihil ꝓprietatis habẽt. Et ꝙ iſte ſit intellectꝰ
patet per illđ qđ ſequit̃ in glo. ĩmediate vbi
ſubdit̃. Sed habentes alimenta ⁊ q̃bus tega
mur his contẽti ſimus. q̃ vltra tendit: malũ
inuenit. Eſſe igit̃ contentũ vſu tegumenti et
alimenti eſt modus perfecte virtutis. Et ſic
glo. debet intelligi: nec hoc repugnat altiſſi-
me paupertati. Qui aũt ſic vellet tempora-
lia abijcere: vt nec vellet alimenta ſuſcipere:
nec operimentũ habere: non operaretur ꝑ-
fecte ſed ſtulte. Et hoc vult glo. illa ĩſinuare.

Ad illud quod obijcit̃ de illa glo. ij. Cho
rin. viij. Si volũtas prompta eſt. Glo. vt ne
ceſſaria remaneant. dicendũ ꝙ glo. illa trun-
cata eſt. quia ſtatim ſequit̃. Non hoc dicit q̃
melius eſſet ſc; totũ dare. ſed infirmis timet:
quos ſic dare monet vt egeſtatem non patiã
tur. Ex quo apparet ꝙ glo. illa potius facit
ad contrarium q̃; ad propoſitu;: ſi ſano ocu
lo ⁊ recto inſpiciatur. Ad illud quod obij
citur: ꝙ qui ſic vniuerſaliter omnibus abre-
nunciat tentat deum: dicendum ꝙ falſum eſt
tum propter diuina promiſſa. tum propter
plurima remedia que haberi poſſunt. tum
propter exempla quibus manifeſte videmꝰ
ꝙ tales pauperes ſuſtentantur. Ex quo ma-
nifeſte colligitur ſi obdurati nõ ſumus ꝙ ta
lis modus abrenunciandi diuinitus inſpira-
tur. nec facit tentare deum. ſi ſic abrenũcians
diuinis promiſſionibus innititur. Quin po-
tius ille deum tentat: qui de diuinis promiſ-
ſionibus dubitat. Propter qđ Hierony. ſu
per illud. Nõne anima plus eſt q̃; eſca. Jn
promiſſis veritatis nemo dubitet. ſit homo
quod eſſe debet: ⁊ mox adduntur ei omnia.
Qui igitur de hoc dubitat: ſicut filij iſrael
deum tentat. qui dicebant. Nunquid pote-
rit deus parare menſam in deſerto. His aũt
nõ debent viri perfecti conformari: ſed po-
tius apoſtolis: de quibus. ij. ad Chorin. iiij.

Apꝛiamur ſed non deſtituimur.i. pauperes
ſumus adeo vt neceſſaria deſint:ſed non de
ſtituimur a deo omnino:qꝛ deus paſcit nos.
Et ꝙ illud extendat non ſolum ad aplos:ve
rumetiam ad eoꝝ imitatores : apparet ꝑ il-
lud qḋ dicit ad hebꝛe.vlti. Sint moꝛes ſine
auaricia:contenti ꝓ̃ſentibus. Ipſe enim dixit
Non te deſeram:neqꝫ derelinquã. Ibi glo.
Ipſe dñs omnipotens ad ieſum naue non:te
deſeram quin dem neceſſaria. neqꝫ derelin-
quam.derelinqueret ille qui fame periret. Sꝫ
qꝛ hoc non eſt:non ſit homo cupidus . Hoc
poſt moꝛtẽ moyſi dixit ioſue.hoc etiam dicit
omni ſperanti in ſe.ſicut ioſue. hec enim no-
bis pꝛomittit.ſed in illo ſpem noſtram pona-
mus . Non tenacibus:non cupidis:ſed ſpe-
rantibꝰ in eum ſit iſta pꝛomiſſio. Etiam qꝛ po
terat illis videri ꝙ hec pꝛomiſſio ad ioſue tã
tum ꝑtineret. Ad hoc aplus reſpõdet dicẽs
ꝙ nos iuuabit ſicut iuuit illum.q.d. Non eſt
dubitandum de ꝓmiſſione:qꝛ ieſus chꝛiſtus
qui heri.i.in ꝓ̃terito adiuuit ioſue:⁊ ipſe ho-
die.i.in pꝛeſenti adiuuat nos ⁊ alios fideles ⁊
adiuuabit ĩ futuro ĩ ſecula.i.ſine fine. ¶ Ad
illud quod obijcitur:ꝙ virtus conſiſtit circa
medium.dicendum ꝙ illud eſt verum quan
tum ad ea que ſunt neceſſitatis.ſicut eſt largi-
tas.ſed fallit in his que ſunt ſupererogatio-
nis.ſicut eſt conſilium paupertatis ⁊ caſtita-
tis. Talium enim perfectius potius attendi-
tur ſm ꝑfectam conſiderationem ad chꝛiſtũ
⁊ diuine dilectionis modum:qui eſt vt deus
ſuper omnia diligat:qꝫ ſm ſuperfluũ ⁊ dimi
nutum circa exterius obiectum. Et ꝙ illḋ ſit
verum patet ꝑ ambꝛo.in lib.de offi.vbi dic.
Officium omne aut eſt medium:aut ꝑfectuꝫ
eſt:quod ſcripturarum auctoꝛitate pꝛobare
poſſumus. Habemus enim in euãgelio. Si
vis ad vitam ingredi ſerua mandata . Non
homicidium facies ⁊c. Hec ſunt media offi
cia quibus aliquid deeſt. Si vis perfectus eẽ
vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da paupi
bus.vbi diligendos inimicos:⁊ oꝛandum di
cit pꝛo calumniantibus ⁊ perſequentibꝰ nos
ſi volumus perfecti eſſe. Hoc eſt igitur per
fectum officium quod cathoꝛthonia dixerũt
greci:quo coꝛrigant omnia que aliquos po
tuerũt lapſus habere. Largitas igit que at-
tendit ſm officiũ medium in largiẽdo ſeruat
modum. Paupertas vero ſpũs que attendi
tur ſm officium perfectũ tribuit totum. Un
de eodem libꝛo in tractatu de libertate d.cit.
Liquet debere eſſe modum libertatis ne fi-
at inutilis largitas:cuius ſobꝛietas eſt tenen-
da. De quo modo ſubiungit. Modus liber
tatis tenendus eſt.vt quod bene facis:id con
tinue facere poſſis.ne ſubtrahas neceſſitati:
quod indulſeris effuſioni. Potuit enim do-
nare ioſeph totas egypti opes:effundere the
ſauros regios.noluit tamen de alieno effu-
ſus videri. Maluit frumẽta vendere:qꝫ do
nare eſurientibus. quia ſi paucis donaſſet:
pluribus defuiſſet. Sed hoc ſpectat ad offi-
cium medium.ſm ꝙ ipſe alibi dicit:tractans
in eodem libꝛo illud apli. Non vt alijs refe-
ctio:vobis autem anguſtia. Aduertimus quẽ
admodum beniuolentiam ⁊ libertatẽ: ⁊ mo
dum compꝛehendit:⁊ fructuꝫ atqꝫ perſonas
Ideo modũ:qꝛ imperfectis dabat conſilium
Non enim patimur niſi imꝑfecti. Veruꝫ qꝛ
ꝑfectioni non repugnat modũ tenere ſi quis
diſpenſet bona eccleſie.ideo ſubiungit . Sed
ſi quis nolens eccleſiam grauare in ſacerdo-
tio cõſtitutꝰ aliquo aut miniſterio:non totum
qḋ habet conferat:ſed operetur cum hone-
ſtate qꝫ officio ſat eſt:non mihi imperfectus
videt. Ex dictis igitur colligitur ꝙ licet vir-
tutis ſm ſtatum cõmunẽ ⁊ officium mediuꝫ
ſit tenere mediũ:ꝑfectionis tñ euangelice eſt
relinquere totum. Sed tamen in cõmuni ali-
quid habeat vt diſpenſet.hoc non facit im-
perfectũ.nec totũ vniueſaliter relinquere di-
cit exceſſum:qꝛ hoc ſpectat ad perfectũ offi-
cium:vt patet ex his que dicta ſunt:⁊ ex hoc
quod ambꝛo.pꝛemittit in pꝛecedenti ca . vbi
ſic ait. Ceterum dñs non ſimul vult effundi
opes:ſed diſpenſari.niſi foꝛte vt heliſeus bo-
ues ſuos occidit ⁊ pauit pauperes ex eo qḋ

habuit. vt nulla cura tenerentur domestica: sed relictis omnibus in disciplinam se ꝓphe-ticam daret. Si ergo pro disciplina prophe-tica sunt omnia relinquenda: multo fortius ꝑ perfectione euangelica. ¶ Ad illud qđ obij-citur ꝙ omnia dispergere est prodigalitas. dicendum ꝙ tunc est prodigalitas qñ omnia dispgunt pro vanitate. non autez qñ dantur pro vtilitate. ⁊ sic est de euangelica pauperta-te. q: sicut dicit Marci. x. Dominus centu-plum restituet in presenti cum tribulatione ⁊ in futuro vitam eternam. Secus autem é de vniuersali retentione omnium. Illa eni non fit pro spirituali vtilitate: sed magis pro terre-na cupiditate. ideo non est simile hinc ⁊ inde. ¶ Ad illud qđ obijcitur: ꝙ qui alij subtra-hit necessaria ⁊c. dicendum ꝙ non est simile quia qui subtrahit alij necessaria violentiam facit: ⁊ inducit eũ in pauptaté inuolũtariam Qui autem subtrahit sibi voluntarie facit ⁊ in paupertatem voluntariam se inducit. Ac per hoc sicut argumentum illud non valet. Paupertas inuoluntaria non est laudanda ergo nec voluntaria. sic non cogit ratio ꝑdi-cta. Alius etiam est defectus in arguméto ꝑ dicto: q: procedit per falsi suppositioné: pro eo ꝙ omnibus vniuersaliter abrenũciás ne-cessaria sibi omnia non subtrahit: quia diui-ne prouidentie regimini se cõmittit: ⁊ mul-tos viuendi modos ⁊ querédi necessaria si-bi relinquit. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ se exponit periculo famis: dicendum ꝙ falsum est: sicut omnino apparet ex predictis: ⁊ ma-nifeste colligit ex omnibꝰ téporibꝰ retroactꝭ. Nusq̃z ⁊ nunq̃z legitur ꝙ aliquis volens in paupertate deo seruire pro defectu cibi fame perierit. Et hoc est quod dicit Aug. in tracta-tu quodam de oratione dominica. Neqz eni deesse quotidianus cibus potest iusto. cum scriptum sit. Non occidet dominꝰ fame ani-mam iusti. Et iterꝝ. Junior fui etenim senui. ⁊ non vidi iustum derelictum. Et iterꝝ. Que-rentibꝰ regnũ dei ⁊ iusticiam eius omnia ꝓ-mittit apponi: ⁊ iam cũ sint dei omnia: habé-ti deum nihil deerit: si deo ipse nõ desit. Sic danieli in leonũ lacu iussu regis incluso: prá-dium diuinitus procuratur: ⁊ inter feras esu-rientes homo dei pascitur. Sic alitur helias in fuga coruis ministrantibus: ⁊ volucribus cibum apportantibus in persecutione nutri-tur. O humane malicie detestanda crudeli-tas. fere parent: ⁊ aues pascunt: ⁊ homines insidiantur ⁊ seuiunt. Ex his manifeste colli-git ꝙ non est periculũ sed refugiuz. spretꝭ om-nibus totaliter se dedicare ad deuz colendũ ¶ Ad illud quod obijcit: ꝙ in oratione do-minica petimus panem nostrũ quotidianũ. dicendum ꝙ hoc potius facit ad oppositum q̃z ad propositum. Ex quo enim quotidie pe-timus victum diurnũ: nec petimus qđ habe-mus: manifestum est ꝙ euangelice perfectio-nis est: quotidiano victu esse contentum.

Quod q: non potest videri perfectio in cor-dibus auarorꝝ: dñs non solũ ad hoc induxit consilijs sapientie: verũetiam exemplis na-ture ⁊ oraculis gratie: vt sic saltem ꝑ illud tri-plex testimonium paupertatis consiliũ firmi-ter comprobet. sicut totius perfectionis euã-gelice altissimum ⁊ stabile fundamentum.

q Verit de mendicatione. vtrũ men-dicare pro christo sit christiane ꝑfe-ctionis. ⁊ voco mendicare elemosy-nam querere: seu de quotidianis elemosynis viuere. Et ꝙ non. videt ꝑmo auctoritate ps̃. Timete dñm omnes sancti eius. qm̃ non est inopia timentibꝰ eum. ergo non stát simul es-se inopem ⁊ timẽ deum. Ité ps̃. Non vi-di iustum derelictũ: nec semen eius querens panem. ergo qui pané querit nõ est iustꝰ nec semen iusti. Item psal. Nutantes transfe-rant filij eius ⁊ mendicent. sed nihil qđ ps̃. i dei spiritu loquens imꝑcat spectat ad ꝑfecti-onem euangelicam seu ad perfectam iusticiã mendicare est hmõi. ergo ⁊c. Item. Ecc̃i. xl. Fili mi in vita tua ne indigeas. melius est enim mori q̃z indigere. ergo melius est mor-tuũ esse q̃z médicũ. Item Actuũ. xx. Be-atius est magis dare q̃z accipere. sz dare ele-

mosynam non facit hoiem puenire ad pfecti onem euangelicā: ergo multo magis nec accipe. Ité Luce. xij. Uendite que possidetis glo. vt omnibus simul pro deo spretis: postea labore manuū operemini vnde viuatis vel elemosynam faciatis. vnicuiqz igit̄ de ꝓprio labore viuere ⁊ elemosynam facere spectat ad euangelicam perfectionem. ergo oppositum eius. s. mendicare ⁊ de alieno labore viuere est contrarium pfectioni euangelice. Ité. i. ad Theſ. iiij. Nullius aliquid desideretis glo. ne dum rogetis vel tollatis. Si ergo plus est rogare vel petere q̄z appetere ⁊ primum tanq̄z illicitū ab aplo prohibetur: sc3 desiderare vel appetere quod est alterius ergo multo fortius petere. Item. i. ad thessa. v. Rogamus vos vt noueritis eos qui laborant inter vos: ⁊ presunt vobis domino. Glo. Sicut diuitie negligentiam pariunt saluti. sic egestas dum saturari cupit a iusticia declinat. sed quod facit declinare a iusticia nō pertinet ad perfectionē euāgelicā. ergo ⁊c̄.

Ité. ij. theſ. iij. Si quis non vult operari non manducet. ergo vult aplus seruos dei corporaliter operari: vt habeāt vnde viuāt. ⁊ non compellantur egestate necessaria petere. sed hoc est mendicantium. ergo seruoꝝ dei nō est mendicare ſ̄m aplm. Item eodem caplo: sup illud: vt formam daremꝰ vobis Glo. Qui frequenter ad alienā mensā conuenit: ocio deditus necesse est vt aduletur pascenti se: sed adulari est contrarium veritati ⁊ pfectioni. ergo ⁊c̄. Item. xij. q. i. videntes. dicit vrbanus papa: q̄ episcopi omnibꝰ cōmuni vita viuere volentibus ministrare cuncta necessaria debent prout melius poterunt: vt nemo in eis egens inueniat̄. Et post Si quis extiterit modernis aut futuris temporibus qui hoc auellere nitatur. iam dicta damnatione feriatur: ergo contra canonicas sanctiones est q̄ aliqui viuant vita cōmuni in ecclesia egendo ⁊ mendicādo in ea. Ité de conse. di. i. Inhibetur ne ecclesia consecretur: nisi prius dotetur. ergo si ecclesia nō debet consecrari nisi habeant vnde sustententur qui in ea ministrant. multo fortius nec aliqua religio institui debet sine possessione sustentatiua. Item in iure ciuili inhibetur: q̄ validi non mendicent. lege. de mendicantibus validis. sed magis debet esse ordinata ecclesia q̄z respublica. si ergo q̄ validi mendicent est contra rectam gubernationem reipublice. multo magis contra pfectionis sublimitatem euangelice. Item hoc ipsū ostendit ratione. Mendicare est opus indifferēs sed indifferens nō fit opus pfectionis pro additione finis. sicut apparet manifeste in alijs operibus. vt ire ad ecclesiā: ⁊ facere elemosynam. ergo ⁊c̄. Ité pfectiōis est gratis ⁊ liberaliter seruire ⁊ obligationes peccatorū refugere: sed q elemosynam recipit obligat se ad interueniendū ꝓ peccatis alienis. si ergo obligatio hmōi perfectioni nō consonat. ergo ⁊c̄. Item hmōi qui mendicant ex ꝓfessione: aut hoc faciunt q: pauperes: aut q: p̄dicatores. Si q: pauperes: ergo oēs pauperes qui mendicant perfecti sunt. qđ est cōtra Aug. in li. de opere monachorum: q reph̄ēdit monachos mendicantes ⁊ nihil operari volentes. Si q: p̄dicatores. ergo nullus mēdicare debet inter eos qui non p̄dicat: cuius contrariū videmꝰ tota die. Item p̄dicare est quid sp̄ūale: sed qui spirituale dat ⁊ tēporale accipit similis est giezi. qui pecuniam accepit a naamā obtentu b̄n̄ficij sp̄ūalis prius sibi exhibiti. hoc aūt est dānabile. ergo damnabile est predicatori mēdicare. non ergo perfectionis euangelice. Ité pfectoꝝ est abstinere a mala specie. sed hoc est mala sp̄ēs q̄ p̄dicantes tpalia petant. q: in hoc sunt similes pseudo p̄dicatoribꝰ. ergo ⁊c̄. Ité hmōi: aut habent auctoritatem in p̄dicando: aut nō habent. Si non habēt: ergo male faciūt in predicando. ergo nihil merent̄. Si habēt. ſ3 qui habent possunt petere potestatiue. ergo tales predicādo iniuriant̄ auctoritati p̄dicatōis euāgelij. ergo i hoc nō sunt pfecti: ſ3 impij. Ité tutius ⁊ pfectius est sequi viros pfectiores: ꝓ

batiores:⁊ sapientiores. sed viri ꝓbatissimi ⁊ sapientissimi in religionib⁹ fuerūt Basili⁹ Bñdictus: Aug⁹: Hiero⁹: Gregori⁹: Hilarius: ⁊ Paulinus. ⁊ tales sic sua reliquerūt ꝙ cōmunia possederunt: nec mendicasse leguntur. ergo modus ita mendicādi de nouo introduct⁹ per dominicū ⁊ franciscū iudicatur supsticiosus. ⁊ vanus. cū stultum videatur sensum ⁊ spiritū duoꝝ pauperū hominū ꝓponere tante sapiētie ⁊ sublimitati sanctorum ꝑcedentium ⁊ doctorū. Sed cōtra matth. x. Nolite possidere aurum vel argentū neqꝫ pecuniam in zonis vestris. neqꝫ peraꝫ in via neqꝫ duas tunicas: neqꝫ calciamenta. Glo. Nec ipsa necessaria: nec cellarium secum vehant: nihil ꝑter indumētū quo qs ꝯtētus eē pōt. In h̄ tradit̄ forma ipsis aplis: ⁊ qd̄ perfectionis est ꝑfectū est imitari. ergo talit̄ per mūdū ire spectat ad ꝑfectioné euāgelicā: sed h̄ est mēdicare ⁊ viuē de elemosyna. igit̄ h̄ spectat ad euangelicaꝫ ꝑfectioné. Ité mar. vi. ꝑcepit eis ne quid tollerét in via: neqꝫ panem: neqꝫ in zonis es. Aut igit̄ ꝑcepit tanq̄ꝫ ꝑlatis: aut tanq̄ꝫ ꝑfectꝭ. Si tanq̄ꝫ ꝑlatis. ergo ad illud adhuc essent astricti: quod manifeste falsum est. Precepit igitur eis tanq̄ꝫ viris ꝑfectis. Sed ꝑfectio ꝓponit̄ cōmuniter oībus imitanda. q: dr̄ q pōt capere capiat. ẽ sic viuē spectat ad ꝑfectionem euangelicam. Item Lu. ix. Nihil tuleritis in via neqꝫ virgam: neqꝫ peram: neqꝫ pané. neqꝫ pecuniā. Glo. Virgam non ferre est nō eé sollicituꝫ de his q̄ necessaria sunt humane sustentatiōi: q: hec debentur predicatorib⁹. Si ergo excludā sollicitudinem de necessaria sustentatione: dominus ꝑsuasit aplis quos etiam ad ꝑdicādū inter infideles misit. multo fortius cum predicatur euangelium fidelibus ꝑfectionis est de hmōi non esse sollicitum: sed victu' ⁊ vestitu sibi dato esse contentum. Item Luce. ix. Quicunqꝫ susceperit pueruꝫ in nomine meo Interli. pauperem. Et alia glo. Qui imitatorem christi recipit: christum recipit. Ergo cum suscipitur pauper imitans christum suscipitur christus. Si ergo perfectionis euangelice est esse pauperem ⁊ christi imitatorem perfectionis euangelice est in tali paupere ꝓ christo suscipi. Qui ergo hoc mendicando petit a perfectione euangelica non recedit.

Item Luce. x. Nolite portare sacculuꝫ neqꝫ peram. Glo. Tanta debet predicatori esse fiducia in deo: vt presentis vite sumptus etsi non preuideat: sibi tamen nō defecturos certissime sciat. ne dum occupatur mens ad temporalia: minus predicet eterna. Ad expeditiorem igitur predicationem veritatis facit ꝙ quis temporalia non preuideat sibi: sed expectet sibi ab alijs dari cum necesse habuerit. ergo talis modus viuendi consonat veritati ⁊ euangelice perfectioni. Item Luce. xvi. Facite vobis amicos de mámona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Glo. Non quoslibet pauperes. sed eos qui possunt in eterna tabernacula recipere. sed tales sunt pauperes spiritu: quorum est regnū celoruꝫ. ergo ꝫm diuinum consilium est ꝙ elemosyne talibus paupibus dentur: ⁊ ꝙ ab eis suscipiantur. sed quod diuino consilio consonat: ꝑfectioni euangelice non repugnat: ergo ⁊c̄. Item Hierony. aduersus Vigilantium tractans premissum verbum dicit. Num isti pauperes: inter quorum sordes ⁊ illuuiem corporis flagrans libido dominatur possunt habere eterna tabernacula. qui nec presentia possident nec futura. Non enim simpliciter pauperes: sed pauperes spiritu beati appellantur. De quibus scriptum est. Beatus q intelligit sup egenuꝫ ⁊ pauperé: in die mala liberabit eum dominus. In vulgi paupib⁹ sustentādis nequaq̄ꝫ intellectu: sed elemosyna opus est. i sctis pauperibus beatitudinis intelligentia: vt ei tribuat qui erubescit accipere: ⁊ dum acceperit doleat: metens carnalia: ⁊ seminans spiritualia. Hec Hiero. Ité. ij. ad Chorin. viij. Vestra abundantia illorum inopiaꝫ suppleat. vt ⁊ illorum abundantia vestre inopie sit supplementum. Glosa. Vestra abundantia terre-

noꝝ suppleat illorum inopiam: vt econuerso
abundantia illoꝝ spiritualiũ qui diuinis va-
cant vestre sit inopie supplementũ. Si ergo
hoc spectat ad perfectioné dñici corporis ꝙ
mébra sibi cómunicent ratione dati ⁊ acce-
pti: ad perfectioné ecclesie ⁊ euãgelij facit ꝙ
pauperes iusti sustentatóem petant ⁊ accipi-
ant a diuitibus mundanis ⁊ imperfectis. Si
dicas ꝙ possunt accipere: sed non petere. Hoc
nihil est. quia diuites mundani possunt pete
re orationes viroꝝ spiritualiũ ad releuandũ
inopiam meritoꝝ suoꝝ. ergo versa vice pos
sunt pauperes spirituales petere elemosynã
corporalem ad sustentationem corpoꝝ. Jté
hocipm ostenditur exemplo christi. ps. Ego
autem mendicus sum ⁊ pauper Glo. Hoc
dicit christus de se. Ego médicus sum in for-
ma serui. Mendicus est qui ab alio petit.
pauper est qui sibi non sufficit. Sed constat
ꝙ hoc non intelligitur de christo quantũ ad
dona siue bona spiritualia. quia comprehen
sor ⁊ omnis gratie plenus erat. ergo intelligi
tur quantũ ad dona temporalia. igitur quan
tum ad illa mendicus erat ⁊ ab alio petebat.
Jtem ps. Persecutus est hominé inopem
⁊ mendicum. glo. s. christũ. Pauperes per-
sequi sola seuicia est. Alij vero pro diuitijs ⁊
honoribus interdum huiusmodi patiuntur.
Aut ergo dicitur christus mendicus q: men
dicabat a patre. aut quia mendicabat ab ho
mine. Si quia mendicabat a patre: ergo om
nes homines sunt mendici. tam diuites ꝗ̃
pauperes. ergo sic christum persequi non fu
isset summa seuicia. Si quia mendicabat ab
hominibus habemus propositum. Jtem
Marci. xi. Circunspectis omnibus exijt in
bethaniam. glo. si quis eum hospitio suscipe
ret. táte enim paupertatis fuit: ⁊ ita nulli adu
latus: vt in tanta vrbe nullum hospitium in-
ueniret. ⁊ constat si voluisset hospitium con
ducere inuenisset ad conducendum. ergo cir
cũspiciebat tanꝗ̃ pauperculus ⁊ mendicus.
Jtem Luce. xix. zachee festinans descéde:
q: hodie in domo tua oportet me manere.

Glo. Non inuitatus inuitat: sed inuitare aliũ
ad hoc ꝙ eum recipiat hospitio nihil aliud
est ꝗ̃ mendicare ⁊ petere: ergo ⁊c. Jtem
Joh. iiij. Da mihi bibere. Aug. in ori. ome.
xv. super iohem. Jn omni re quam christus
gessit. vt homo hominibus in se credituris
prebeat exemplũ. Et post. Petit bibere ⁊ p
mittit bibere. eget quasi accepturus: ⁊ pmit
tit quasi satiaturus. Sed constat ꝙ potu spi-
rituali non egebat. ergo corporali potu ege-
bat: ⁊ illũ postulabat. Sed obijcies glo. q̃si
contrariam: que dicit. licet iesus post fatiga-
tionem sitire posset: tamen hunc potum non
exigit. sed hoc intelligitur ꝙ pncipaliter hũc
potum non petebat: ne glo. facto contradi-
cat. Jtem Hiero. ad rusticum. Quid sa-
maritana vilius. ipsa tamen non solũ credit
messiam quem cognoscit ad fontem: sed ⁊ di
scipulis ementibus esurientem reficit: lassũ-
q; sustentat. ergo videtur ꝙ christus ab illa
fuerit sustentatus corporaliter. Jtem sicut
euangelica narrat historia: christus inuitatus
a phariseis cómedebat cum eis: aut ergo sicut
dominus: aut sicut pauper. Si tanꝗ̃ dñs: er
go nõ dedit exemplum paupertatis. si tanꝗ̃
paup. sed hoc est mendicare. ergo ⁊c. Jté
ad hoc est exemplũ sanctoꝝ. Hebre. xi. dicit
in laude sanctoꝝ. Circuierunt in melotis: in
pellibus caprinis: egentes ⁊c. sed taliter cir-
cuire est mendicare. ergo ⁊c. Jtem exem-
plum de Helia. iij. Regũ. xvij. de quo Au-
gustinus in quodã sermone. Nunqd deus
defecerat seruũ suũ Heliam. Nóne illo cui
deerant hoies ministrabant aues. Ostendit
ergo deus: q: vnde voluit ⁊ qñ voluit pasce
re seruos suos potuit. ⁊ tamen vt posset eũ
religiosa vidua pascere fecit eũ egere. Jté
ad hoc est exemplum discipuloꝝ Johannis
euangeliste. de quibus in eius legenda dicit.
ꝙ vendentes omnia que habere potuerunt
dederũt egenis: ⁊ post subditur ꝙ tentati sũt
ꝙ se in vno pallio viderent egentes. seruos
autem suos diuites atq; fulgentes. Jté ex
emplum discipuloꝝ pauli. Unde chryso. de

laudibus pauli. Paulus pecunias non poſ-
ſedit. nam ipſe hoc teſtatᷣ. Uſqꝫ ad hanc in-
quit horam ⁊ eſurimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſu-
mus. ⁊ colaphis cedimur ⁊ inſtabiles ſu-
mus. ⁊ quid dico pecuniam: cū ille quidē ne
ceſſariū ſepe non haberet cibū: nec quod cir
cundaret indumentum. Et ſequitᷣ. Diſcipu-
lorum qꝫ plurimi pauperes imperiti: ac totiꝰ
eruditionis extranei. in fame ⁊ egeſtate viuē
tes: ignobiles ⁊c. ergo diſcipuli pauli fuerūt
mendici. Item ad hoc exemplum de bea
to Benedicto. de quo legitur in. ij. dialogo-
rum. ꝙ per triennium fuit in ſpecu: nihil om
nino operans: ſed romanus quidā monachꝰ
ſibi panem miniſtrabat. ⁊ conſtat ꝙ bñdictꝰ
in hoc non peccabat. Itē exemplū de ſan
cto alexio qui fuit vir mire ſanctitatis. in cuiꝰ
legenda legitur: ꝙ cum eſſet filius ditiſſimi
romani: contempto patrimonio iuit mendi-
cando per mundū. Itē exemplū de ſancto
dominico. qui in morte ſua imprecatꝰ eſt om
nibus maledictionem qui in ordinem ſuum
poſſeſſiones conarentur inducere. ergo vole
bat ꝙ de elemoſynis viuerent: iuxta qđ ipſe
dixit. Itē ad hoc eſt exemplum de beato
franciſco: qui non ſolum mendicauit ⁊ men
dicare conſuluit: ſed etiam mendicationē ſuā
miraculis confirmauit: ſicut patuit in nautis
quos ciborum ſuorum reliquijs ſatiauit. ⁊ ſa
tiatos liberauit. ⁊ per regulam quam a ſum-
mo pontifice approbatam cōfirmari fecit. in
qua dicit. ꝙ fratres in paupertate ⁊ humili-
tate deo famulātes: vadāt pro elemoſyna cō
fidenter ⁊c. Itē Grego. in mora. ſuper il
lud. Noctes laborioſas enumeraui mihi.
Electi conditori rerum ſeruiunt: ⁊ ſepe rerū
inopia coanguſtantᷣ. per amorē deo inherēt.
⁊ tamen ſubſidijs preſentis vite egēt. Egere
ergo ſubſidijs preſentis vite competit ſancto
rum perfectioni. Item Hiero. in epiſ͠a. xli.
ad quendam virū hoſpitalē. Multus a te ꝑ
inſulas dalmacie ſanctorum numerꝰ ſuſtēta-
tur. ſed melius faceres ſi ⁊ ipſe ſanctus inter
ſanctos viueres. Ergo melius eſt de elemoſy
nis viuere: qꝫ elemoſynas dare. Itē hoc
ipſum oſtenditᷣ ratione. Qualis eſt habitus
talis eſt ⁊ actus. ſed omnino pauperis ſm ꝙ
pauper actus eſt egere ⁊ mendicare. ergo ſi
eſſe pauperem bonū eſt. mendicare ꝓ chri
ſto laudabile eſt ⁊ perfectum. Item mēdi
care non prohibetᷣ lege nature: nec lege ſcri-
pture: nec lege gratie. ſed quod non ꝓhibi-
tum: per obediētiā impoſitū efficitᷣ laudabi
le ⁊ meritoriū. maxime ſi ſit difficile ⁊ onero
ſum. ergo ſi aliqui ex profeſſione habeāt mē
dicare: cum hoc ex obedientia faciant: erit in
eis laudabile ⁊ perfectum. Item eccleſia
imponit in penam ſatiſfactionis mendicatio
tionem temporalem vel etiam perpetuam.
ſed non imponeret niſi eſſet ſatiſfactorium.
ſed qui ad opus ſatiſfactorium voluntarie ſe
aſtringit perfecte agit. ergo qui pro chriſto
ſemper deuouit mendicare hic agit perfecte
⁊ laudabiliter. Item contemptus ſui eſt ꝑ
fectionis. ⁊ maior contemptus maioris per
fectionis. ſed qui pro chriſto mendicat maxi-
me ſeipſum contēnit ⁊ abijcit. ergo talis per
fectiſſime agit. Itē plus placet deo paup-
tas voluntaria: qꝫ inuoluntaria. ergo ⁊ mēdi
catio ex illa paupertate ꝓcedēs magis ē deo
placida: ſed prima poteſt eſſe laudabilis ⁊
meritoria. ergo multo magis ſcđa. Item
qui ſeruit alicui dño meretᷣ ſuſtentari ab illo.
ſed qui oibus abrenunciat ⁊ cōſilia iplet ma
ximo dño ſeruit. ergo talis maxime meretur
a domino ſuſtentari. ergo ⁊ a ſeruis dñi. Si
ergo pauper volūtariꝰ ē: hoc ipſo ꝙ tal' ſi ele
moſynā petit iuſte petit. Itē qui dat ma-
iora poteſt recipere minora. ſed paup orans
impendit miſericordiā ſpiritualē: ergo mul-
to fortius poteſt recipe elemoſynā corpalem.
Itē ꝑdicans ex auctoritate pōt recipe ſum
ptus ꝑcatiue. ergo ꝑdicans ex ſubauctorita-
te ⁊ cōmiſſione ſeu demandatiōe petere pōt
ſupplicanter. Itē qui ſeruit alteri iuſte ſu-
ſtētatᷣ ab illo. ergo qui vniuerſali eccl'ie deſer
uiunt iuſte ſuſtentantᷣ ab vniuerſali mundo.
ergo ſi qui ſunt q̇ verbo ⁊ exēplo ꝑ mūdū

discurrendo deseruiunt pplo christiano: merito sustentationeȝ petere pñt ab ipso. Jtẽ si licet recipe maius: multo fortius lȝ recipe minus. sed paupibꝰ religiosis qui ꝓprijs renunciauerũt licet recipe amplissimas possessiones. ergo multo fortius licet recipe diurnas sustentationes. Aliogn monstruosuȝ videt dicẽ: ꝙ liceat recipere centuȝ marcas auri: ⁊ non liceat recipere centum frusta panis Si dicas ꝙ licet accipe: sed non licet petere. hoc nihil prorsus est. q: petẽ ordinat ad accipe: ⁊ ꝓpter illud est. ⁊ sicut plus est dare q̃ȝ promittẽ. sic plus est recipe q̃ȝ petere. Sed constans est ꝙ q̄cquid licet dare lȝ promittẽ. ergo quicquid licet accipere licet petẽ. Jtẽ si amicus petit ab amico suo donum contra nullam legẽ agit. nec iste petendo: nec ille dãdo: nec iste rursus accipiendo. sed lex charitatis ⁊ amoris diuini est magis cõmunicatiua q̃ȝ lex socialis. ergo si quis petat sibi aliquid dari amore dei in nullo offendit. nec in aliquo a pfectione recedit. Jtẽ indubitanter licet petere aliqd in cuiꝰ donatione potior sit conditio dantis. sed q dat aliqd ꝓ deo feneratur dño: ⁊ tpale ꝯmutat pro eterno: ⁊ ad opus virtutis nobilissime se exercet. s. pietatis. ergo si hec omnia eueniunt ei ratione postulantis: pauper qui elemosynam petit potissime facit ſm legem charitatis. ergo a pfectione in nullo recedit. Respõsio. Ad pdictorum intelligentiã est notandũ ꝙ tripliciter contingit mendicare. Et primus modus est ex necessitate nature: ⁊ hic modus est. cuȝ quis mendicat non solũ quia paup: verũetiam q: habet infirmitatem vel debilitatẽ: vel vtrunqȝ. hic autem modus miserabilis est ⁊ tolerabilis: ⁊ per patientiam bonã fit meritorius ⁊ laudabilis. Sicut legit Lu. xvi. de lazaro. Q, erat quidam mendicus noĩe lazarus: qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus. Et post subdit. Q, mortuꝰ est mendicus. ⁊ platus est ab angelis in sinum abrae De diuite autem dicit ꝙ sepultus est in inferno. Ex quo colligit ꝙ mendicitas etiam ex necessitate veniens: occasio ductiua est in viã salutis eterne. Juxta qđ dicit Grego. ꝙ mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Secundus modus mendicãdi est ex viciositate culpe. ⁊ hic est cum quis mendicat: vel pro ocio souẽdo: vel pro lucro cumulando. vel vtroqȝ modo. Et hic inq̃ȝ modus vituperabilis est in omnibus taliter mendicantibus. De quibus dicit ambro. in lib. de offi. Petitionis causa veniunt validi: nullam causam nisi vacandi habentes. ⁊ volũt subsidia euacuare pauperum: exinanire sumptũ. nec exiguo contenti maiora querunt. ambitu vestium captantes petitõis suffragium: ⁊ natalium simulatione licitantes incrementa q̄stuum. Licet autem in omnibꝰ merito debeat repꝛehendi repꝛhẽdẽdus est tñ potissime in eis qui habent speciem pietatis ⁊ sanctitatꝭ. De quibꝰ dicit Aug. in lib. de opere monachoruȝ. Nullo modo decet vt in ea vita vbi senatores fiunt laboriosi: ibi fiãt opifices ociosi. ⁊ quo veniant derelictis diuitijs suis qui fuerunt prediorum domini: ibi fiãt rustici delicati. Et post ad reprehendendum eoruȝ ocium ⁊ questum subiungit. Callidissimus hostis tamẽ multos hypocritas sub habitu monachorum vsqȝquaqȝ dispersit: circũeuntes prouincias: nusq̃ȝ missos: nusq̃ȝ fixos: nusq̃ȝ stantes: nusq̃ȝ sedentes. alij membra martyrum si tamen martyrum sibi vendicant. Alij fimbrias ⁊ phylatria sua magnificant. Alij parentes suos vel ꝯsanguineos: illa vl' illa regione se audisse viuere ⁊ ad eos pergẽ mentiuntur: ⁊ omnes petunt: omnes exigunt: aut sumptus lucrose egestatis: aut simulate precium sanctitatis. Contra tales multum inuehit beatus Aug. in lib. de opere monachorum pro eo ꝙ pigriciã non tm̃ in seipsis mendicãdo fouebant: iterũ etiã pdicando alijs suadebant: male intelligentes euangelium. vbi videtur insinuare ꝙ non sit ab hominibꝰ sicut nec ab auibus laborandum. ⁊ peius exponentes aplm. vbi persuadet fratribꝰ opari: dicẽtes esse intelligendum illũd de labore spũali

⁊ non corporali. Et quia in hoc ſeipſos deci-
piebant ⁊ alios: ideo reprehendit eos Augu
ſtinus: ⁊ multipliciter oſtendit contrarium p
totum librũ de ope monachorũ: q totus eſt
contra illos qui approbant hunc ſecundum
mendicandi modũ. vnde in talib⁹ dicit. Qui
tanq̄ conſeruatricé euãgelij predicãtes erãt
pigriciam: tanq̄ p̄uaricatricem accuſantes
miſericordiam. Utinã iſti qui vacare volunt
manibus omnino vacarent ⁊ linguis. neq̄
enim tam multos ad imitationem inuitarét
ſi eis etiam non tm̃ pigra: verũetiam muta
proponerent. Nunc autem cõtra aplm̃ chri
ſti recitant euangelium chriſti. Ita enim mi-
rabilia ſunt opera pigrorum vt impedire ve
lint euangelium. Tertius aũt modus men
dicandi eſt ex ſupererogatõe iuſticie. ⁊ hoc é
cum quis mendicat pro chriſto imitãdo. vel
pro chriſto euangelizando: vel vtroq̄ modo
Pro chriſto inquam imitando quantum ad
contemptum ſui: affectum ꝓximi: ⁊ cultũ dei
Nam in his tribus potiſſime debem⁹ chri-
ſtum imitari. Quod quidem facit qui volun
tarie mendicat pro noĩe chriſti. vt ſeipſum vi
lificet ⁊ humiliet. vt proximum ſuũ edificet ⁊
prouocet ad pietatem. ⁊ vt vacet deo libera
mente depoſita omni ſeculi ſollicitudine. Et
de talibus Aug. in quodam ſermõe quadra
geſimali. In iſto tempore quantum cõmen-
dat deus opa miſericordie: ipſos ſctõs ſuos
egere fecit: vt cum fuerint facti amici dei de
mãmona iniquitatis recipiant ⁊ ipſi amicos
ſuos in eterna tabernacula. id eſt cum ſerui
dei pij dum iugiter deo vacant: aliquotiens
indigent. illi qui habent mundi diuitias ele-
moſynas largiuntur. ⁊ quõ illos participes
faciunt in terrena ſubſtantia. ſic cum illis par
tem habere merebuntur in vita eterna. Ex
quo apparet q̄ talis mendicatio laudabilis
eſt: que fit pro chriſto imitando. Similit̄ ⁊ ea
que fit pro chriſto euangelizando. q̄ viã pre
bet euangelio rõne eius quod predicatur. q̄
predicamus mundi contemptũ: qđ efficaci⁹
ſuadetur verbo ⁊ exemplo: q̄ ſolo verbo.

A plurib⁹ ⁊ p̄dicat̄ ſi p̄dicantes viuũt d̄ euã
gelio: q̄ ſi compellerent̄ viuē de ſumptu aut
labore proprio. A plurib⁹ etiã efficaci⁹ ſuſci-
pientib⁹ documenta: largiuntur beneficia ſu
ſtentantia. Hoc eſt qđ dicit Ioh. chryſo. ſu-
per Math. ome. xxxij. Manifeſtũ q̄m di
ſcipulos ab eis quib⁹ p̄dicabant cibari opor
tebat. vt neq̄ ipſi magna ſapiãt aduerſus eos
qui docebant: vt oĩa prebentes ⁊ nihil acci-
pientes ab eis: nec illi rurſus abſcindant̄ de-
ſpecti ab eis. Deinde vt non dicant mendi-
cantes. igitur iubes nos viuere ⁊ verecun-
dent̄. in hoc monſtrat hoc debitum exiſtere:
⁊ operatores eos vocans: ⁊ quod datur mer
cedem nominans. Ne enim quia in ſermoni
bus eſt operatio exiſtimet̄ paruũ beneficiũ
quod eſt a nobis. Etenim labores habet hic
multos: ⁊ quicquid dederint qui docent̄: nõ
largientes prebent: ſed retributioné redden
tes. Quando igit̄ quis mendicat pro chriſto
imitando ⁊ euangelizando ſm̃ formam pre-
ſcriptam: non ſolum nõ peccat. verũetiã im
plet p̄fectam iuſticiam. primũ q̄ multum de
betur ſuſtẽtatio pauperi iuſto imitanti. Se-
cundo q̄ magis debet̄ tanq̄ pauperi euan-
gelico chriſtum euangelizanti. Tertio q̄ ma
xime debet̄ paupi grato debitum pro gratia
humiliter accipienti ⁊ humiliter supplican-
ti. quippe cum ſit liber ex omnibus facit ſe
omnium ſeruum. Et hoc eſt quod dicit Au-
guſtinus ſuper illud pſal. Producens fenũ
iumentis ⁊c̄. Producens inquit fenum. id é
temporalia. iumentis. id é predicatoribus vt
de euangelio viuant qui euangelium annun
ciant. ⁊ herbam. i. temporalia ſeruituti ho-
minum. id é p̄dicatoribus ſeruis hominũ ꝓ
chriſto. Unde aplus. Cũ eſſem liber. ex om
nibus: omniũ me ſeruum feci. Que ſeruitus
eſt ex charitate: que facit humiles qui ꝓ chri
ſto ſerui hominum fiunt: vtilitati fratrum at
tendentes. Hec ſunt iumenta quib⁹ debetur
herba vt merces: quia ſeruiunt. De quibus
dicitur. Non alligabis os bouis trituran-
tis. Et dignus eſt operarius mercede ſua.

Debenť enī ꝑdicatoribus tpalia: q: largiunť
spiritualia. Unde aplꝰs. Si seminauimꝰ vo
bis spūalia non magnū est si. vestra carnalia
metamꝰ. Pro q̇bus dicit̄ Beatus qui ꝑoc
cupat vocē petituri. id est qui ītelligit sup ege
nū ⁊ pauperē. Non. n. ita debes agē boui tri
turāti vt mēdico transeunti. Illi. n. i. mēdico
das qꝺ legitur: onmi petenti da: huic etiā nō
petenti dare debes. Uide ergo ne sic indige
at miles christi: vt petat: te iudicet. i. damna-
bilē ostendat. Sicut. n. dicit̄ de illo q̇ te que-
rit: da onmi petēti. sic de eo ꝑdicatore quem
tu querere debes dicit̄. Desudet elemosyna
in manu tua: donec inuenias iustum cui des.
Onmi petēti ergo quicūqꝫ sit da: agnoscēs
in eo cui des. sed multo magis da seruo dei:
militi christi: etiā nō petent. ¶ Ex his igitur
manifeste apparet ꝙ in christi predicatore ⁊
euāgelizatore mendicare nō est vicij nec cul-
pe: sed magis ꝑfectiōis euāgelice. Unde ra-
tiōes ⁊ auctoritates ⁊ exēpla ꝯcedenda sunt
que ad hāc partē inducunť: Nam si q̇s im-
pugnare ⁊ iprobare velit omnē mendicādi
modū in seruis christi: impugnare videt̄ nō
tm̄ ordinem pauperū: verūetiam ipsuꝫ sum-
mū pontificem: qui approbauit hūc viuendi
moduꝫ. Nec etiā tm̄ ipsuꝫ: verūetiā hūc ma
gnum cetū sanctoꝝ qui mēdicauerūt. videlꝫ
franciscū: dominicū: alexiū: bn̄dictū: ⁊ ipsum
cuneū apostoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ. necnō ⁊ ipsuꝫ
dn̄m iesum christū. quē scriptura nō veretur
dicē pauperē ⁊ mendicum. Cū maiora de ip
so dicat: ⁊ sentiat fides nostra. s. ꝙ pro nobis
nō tm̄ pauper ⁊ mendicus fuit ꝓpter nostrū
exemplū. sed etiā nudatus ⁊ vilificatus vsqꝫ
ad abiectōis genus extremū. vt exemplū da
ret ꝑfecte contēnendū. ¶ Postremo super
hec oīa mala subuerti videt̄ vniuersus eccle
sie statꝰ. Si. n. illicitū est p elemosynaꝝ acce-
ptionē pauperibꝰ christi accipe vite sustenta
mentū. multo fortiꝰ illicitū est accipe amplitu
dinem ⁊ multitudinē possessionū ⁊ magno-
rū redditu͞u. Quis. n. ita absurdus est qui di
cat licē alicui accipe talentū auri: ⁊ nō frustū
panis. Quid si hoc verū est: cū vniuersariꝫ
ecclesiaꝝ possessiōes tam in religiosis ꝓprie
tatem hn̄tibꝰ: qꝫ in clericis secularibꝰ habeā
tur per acceptionē elemosynaꝝ volūtarie ⁊
gratis dataꝝ. Uidebit̄ ex hoc subuerti statꝰ
vniuersaꝝ ecclesiaꝝ si elemosynas accipere
vel de elemosynis viuere. seu in parua quan
titate: seu in magna illicitū iudicetur. nisi forte
quis dicat ꝙ licitū est accipe sed nō est licituꝫ
petere. Sed hoc mirū videtur ꝙ aliquis pos
sit in illud qꝺ maiꝰ est ⁊ nō possit in illud qꝺ
minus est. Q, aliqꝺ monasteriū possit reci
pere centū marchas auri in redditibꝰ ab ali
quo principe: ⁊ vnū pauperculū nō posse sue
indigentie releuationē suppliciter implorare.
Q, aliqs possit ex amicitia petere ab amico
⁊ christianꝰ nō possit ex charitate petē a chri
stiano. Et ꝙ aliqs possit petere aliqua expedi
entia ad alicuiꝰ diuitis monasterij securitatē
⁊ abundantiā. ⁊ pauper voluntariꝰ nō possit
petere vite sustentamentū. Et ꝙ aliquis scho
laris possit licite mēdicare ꝓ amore ꝓficiēdi
in cognitōe sciētie que inflat. vt tandē ꝑueni
at ad tpales diuitias. ⁊ paup religiosus non
petere pro amore ꝓficiendi in charitate ⁊ hu
militate q̇ edificat. vt tandem ꝑueniat ad vi-
tam eternā: ⁊ cetera ꝯsimilia que valde vidē
tur absurda. Si ergo hec oīa: non parua sed
magna incōueniētia sunt: tenendū est ꝙ lice-
at paupibꝰ sustentari de elemosynis alioruꝫ
saltem ꝑm tertiū mendicādi modū superius
explicatū. ¶ Ad illud qꝺ ꝑmo obijcit̄ in cō
trariū ꝙ nō est inopia timentibꝰ deū. Dicen
dū ꝙ duplex est inopia. s. corporalis ⁊ spiri-
tualis. Uerbū aūt illud ītelligit̄ de inopia nō
quacunqꝫ: sed spirituali. Et ꝙ illud sit veruꝫ
apparet per illud qꝺ īmediate sequit̄. Diui
tes eguerunt ⁊ esurierunt. ꝯstat ꝙ illud nō in
telligit̄ de egestate diuitiaꝝ materialiū. Re-
stat igit̄ ꝙ de inopia spiritualiū. que licet sit i
diuitibꝰ: nō tn̄ est in timentibꝰ deū. q: timor ē
initiū sapiētie de qua dicit̄ Sapie. viij. Ue-
nerūt mihi oīa bona parit̄ cū illa ⁊c̄. ¶ Ad
illud qꝺ obijcit̄ de ps̄. Nō vidi iustuꝫ dere-

lictum. Dicendū ꝙ duplex est panis. scilicet corporalis ⁊ spiritualis. Verbū autem illud nō intelligitur de pane corporali: sed de pane spirituali. Et ꝙ illud sit verū apparet ꝑ glo. ibidem. Nec semen eius querens panē spiritualem. i. indigere pane verbi dei. quia verbum dei semper cū eo est. Potest etiam littera sic construi: vt intelligatur. Nō vidi iustū derelictum: nec semen eius querens panem vidi derelictū. q: sm̄ quod dicitur ad Hebre. vlti. super illud. Non te deseram neq; derelinquam. glo. derelinqueretur ille qui fame periret. Vult ergo dicere propheta: ꝙ nec iustum: nec semen eius vidit fame mortuum: ⁊ hoc a paupertate nō reuocat: sed potius inuitat. Ad illud quod obijcitur ꝙ mendicatio est malum qđ imprecatur psal. in spiritu dei loquens. Dicendnm est ꝙ mēdicatio voluntaria: ⁊ mendicatio coacta: que est cum murmure ⁊ impatientia. Prima est meritoria: secunda est demeritoria ⁊ afflictiua. Et ps̄. intelligitur de secunda: non de prima. Et ꝙ illud sit verū apparet per textū. quia dicitur. Nutantes transferantur ⁊ eijciantur: ⁊ hec omnia in coactionem ⁊ violentiam sonare vidētur. Ad illud quod obijcitur de ecclesiastico. Fili in vita tua ne indigeas. Dicendū est ꝙ iuxta distinctionem prehabitam verbum illud intelligendū est de indigentia spūali respectu gratie. non de temporali respectu sustentationis nature. Et ꝙ sit verū apparet ꝑ glo. Ne indigeas inquit glo. virtutibus vel bonis moribus. Ad illud qđ obijcitur: ꝙ beatius est magis dare q̄ accipere. Dicendum ꝙ illud est verū quando acceptio elemosyne venit ex necessitate nature. non aūt quando venit ex supererogatione iusticie: iuxta distinctionem factam in principali solutione. Et ꝙ illud sit verū apparet per illud qđ dicitur in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Bonum est facultates cū dispensatione pauperibus erogare. melius est pro intentione sequendi dn̄m insimul donare ⁊ absolutū sollicitudine cū xp̄o egere. Hoc ip̄m dicit Aug. in li. de bono coniug. sicut in precedenti q̄stione allegatū fuit. Ad illud qđ obijcitur đ glo. lu. xij. ꝙ omnibꝰ pro deo spretis debent labore manuū operari. Dicēdū ꝙ illud est consilium q̄ntū ad primū quod dicitur. vendite q̄ possidetis. quantū ad scđm aūt est solū de bene esse consilij quod nō astringit etiā viros ꝑfectos illos potissime qui possunt circa maiora bona occupari. Et ꝙ illud sit verū apparet per eandem glo. cū subdit. vnde viuatis vel elemosynas faciatis. Certū est enim ꝙ illi qui omnia simul pro deo dederūt ad vlteriores elemosynas faciendas minime astringantur. ⁊ ideo illa glo. nō exprimit qđ est de essentia ⁊ substantia consilij: sed magis sm̄ bene esse: sm̄ statum ⁊ conditōem aliquarū personarū que magis sunt idonee ad manualiter operandū q̄ ad aliquid magis arduū faciēdū. Nam si aliter diceretur ꝙ illud esset de essentia ꝑfectōnis consilij: tūc nulli illud consiliū impleuissent nisi quo operati fuerūt manualiter. ac ꝑ hoc apostoli alij a paulo ⁊ barnaba: ⁊ alij plurimi sanctorū ꝑfectissimorū quos non legimus fuisse manualiter operatos: non iudicaremꝰ fuisse perfectos. Verū est vtiq; ꝙ ꝑfectioni euangelice consonat operatio manualis: si tamen non impediat maiora bona. Unde glo. super illud. vado piscari. Sciendū est nō fuisse prohibitos arte sua licita victum querere apostolatus integritate seruata: cum vnde viuerent non haberēt. ⁊ sic illis laborantibꝰ adijcit deus necessaria que promisit. Sed ꝙ hic labor competat non occupatis circa maiora manifestū est: q: tunc apostoli predicationi minime vacabant. Unde chryso. Venit symon piscari: quia neq; christus continue cū eis erat: neq; spiritus datus erat. neq; quid commissum erat tūc: neq; quid habētes agere tunc artem tractarunt. ⁊ ex hoc non habetur ꝙ perfecti teneantur operari manualiter nisi forte cum nō habent spiritualem ⁊ meliorem exercitationem. Preterea esto ꝙ vbi perfectus teneretur manibus suis operari. ex hoc tamen non potest inferri quin pro sui

humiliatione ꝛ alioꝛū edificatione posset ele mosynas humiliter petere pꝛo loco ꝛ tempore. Ad illud quod obijcit de glo. i. thessa. iiij. ꝙ nullatenus aliquid desiderandum nec petendū. Dicendū ꝙ dupliciter potest quis petere ab aliquo vel pꝛopter desideriū aliene rei: vel ꝓpter desiderium aliene salutis. Primū pꝛohibet apostolus tanq̄ȝ malū ꝛ in lege ꝓhibitū: q: dicit. Non concupisces reȝ pꝛximi tui. Secundū autem non ꝓhibet. quia lex charitatis hoc non pꝛohibet: que mutuis habet beneficijs confoueri. ꝛ onus alterius facit ab altero supportari. Quid enim tā absurdum est q̄ȝ vt credamus apostolū denegasse ꝙ nullus ab altero petat: nec beneficiū nec auxiliū: nec solaciū ꝛ pietatis ꝛ charitatis fine. Et ꝙ illud sit verum apparet per illud quod dicit apostolus ad philip. vlti. de seipso regratians eis de beneficio collato. Nō quero datum: sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Secūdum enim ꝙ exponit Augustinus. xiij. confesso. Datū querit qui delectatur pꝛecipue in re accepta. fructum requirit qui delectat in salute aliena. Hec est verboꝝ Augustini sententia: licet verba sint mutata. Ad illud qđ obijcitur de glo. i. Thessa. v. ꝙ egestas facit a iusticia declinare. Dicendum ꝙ sicut diuitie non sunt ī culpa: sed cupiditas diuitiarū. sic egestas in culpa non est sed impatientia egestatis. quā qui habet a iusticia declinat: dum fugiendo egestatem vadit post pecuniam. quā qui sequit de facili declinat a iusticia. Qui enim volūt diuites fieri incidunt in tenta. ꝛ in la. diaboli. ꝛ desideria multa ꝛ nociua. Et sicut talis egestas est mala. sic ꝛ mendicatio ex tali egestate pꝛoueniens est culpanda. Cum aūt plus placet penuria q̄ȝ abundantia. ꝛ homo pꝛopter amoꝛem paupertatis contemnit abundantiā terrenitatis. talis non habet occasionem declinandi pꝛo tali egestate a iusticia. ꝛ talis est paupertas ꝛ mendicatio que spectat ad ꝑfectionem euangelicam. Et ꝙ ista responsio sit recta patet per ipsam glo. in qua dicitur: ꝙ egestas dum saturari cupit declinat a iusticia Egenus est qui cupit saturari. Est egenus q non amat paupertatem: sed saturitatē. nō penuriam sed abundantiā. Et talis nō est pauꝑ euangelicus aut celestis: qui mendicat ex suꝑ erogatione iusticie: sed potius cupidus ꝛ terrestris. qui mendicat ex viciositate culpe ſm pꝛius habitam responsionem. Ad illđ qđ obijcit de glo. ij. thes. iij. ꝙ vult apostol⁹ seruos dei coꝛpoꝛaliter oꝑari ꝛc̄. Dicenduȝ ꝙ illud velle: aut nō est velle p̄cepti: sed admonitionis. aut si est velle pꝛecepti: non se extendit ad omnes: sed ad eos qui nolunt egere. Ad illos tm̄ se extendit qui non possunt maioꝛa agere. Et ex hoc non colligit ꝙ pauperꝝ vita sit mala: qui manducāt: ꝛ manibus suis non oꝑant: sed melioꝛibus ꝛ salubꝛioꝛib⁹ exercitijs occupant. Et ꝙ istud sit verū manifestum est. Nam si verbū illud: qui non vult operari non manducet: simpliciter esset p̄ceptū: tūc omnes essent in malo statu qui manibus ꝓpꝛijs victū suū nō querūt cum possūt. ꝛ hoc esset damnare totū mundū. Q; iteruȝ nō se extendit ad paupes voluntarios ꝛ ꝑfectos: hoc apparet ex ipsa glo. que dicit. vt nō compellant egestate necessaria petere. Tales enim nō mēdicāt sicut egestate compulsi. sed sicut amoꝛe ꝑfectiōis inducti. Postremo ꝙ non se extendat nisi ad eos qui nō sunt circa maioꝛa occupati: apparet ex ipso textu. ij. thes. iij. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquiete: nihil operantes: sed curiose agentes. his aūt qui eiusmodi sunt denunciamus: vt cum silentio operantes panem suuȝ manducēt. Et ꝙ istud sit veruȝ patet ꝑ Ambꝛo. qui super illud Lu. ix. Dimitte moꝛtuos sepelire moꝛtuos: dicit. Docet dominus minoꝛa bona pꝛo vtilitate maioꝝ esse p̄termittenda. Maius est enim animas moꝛtuoꝝ p̄dicando suscitare: q̄ȝ coꝛpus moꝛtuū in terra abscondere. Unde ꝛ apostoli dicebāt Act. vi. Non est equū nos derelinquere verbum dei: ꝛ ministrare mensis. Apparet etiam ꝑ Hieronymum: q̄ in ꝓlogo Job dicit sic. Si

fiscellā iūnco texerē:aut palmaꝝ folia cōpli-
carem:vt in sudore vultus mei ꝯmederē pa
nem meū:⁊ vētris opus sollicita mēte ptra-
ctarē.nullus morderet:nullus reprehēderet.
Nūc autem qꝛ iuxta sententiā saluatoris vo
lo operari cibū qui nō perit:⁊ antiquā diui-
noꝝ voluminū viā sentibus virgultisqꝫ pur
gare:error mihi geminus infigit̄. corrector
scriptoꝝ falsarius vocor.⁊ errores nō aufer
re sed serere. Hoc etiā apparet ꝑ beatū Au
gustinum in lib.de ope monachoꝝ.vbi dicit
ꝙ illi q̇ habebant in hoc seculo aliq̇d quo fa
cile sine opificio sustentarēt vitam istam:qȯ
conuersari ad dñm indigentibus dispititi sūt:
ꝙ tales ad opera manualia nō tenent̄ vel co
guntur:nec ad querendū victū ꝓpriū. Et ra
tionē postea reddit inferius:qꝛ illi qui pau-
peres sustentauerūt:de elemosynis pauperꝝ
sustentari debēt ⁊ possunt. Ait enim sic. Om
niū christianoꝝ vna respublica est.⁊ ideo qs-
quis christianis videlicet necessaria erogaue
rit:vbiqꝫ etiam ipse qȯ sibi necessarium ē ac
cipit.qꝛ ⁊ vbiqꝫ ipse talibus dedit:quis nisi
christus accipit. Si ergo ꝯm Ambro.maiora
bona ꝓpter minora non sunt pretermittēda.
⁊ ꝯm Hiero.maiora sunt bona predicatōnis
⁊ instructionis q̄ꝫ manualis operationis. et
ꝯm Aug.ad hmōi opera non astringuntur
qui fuerūt diuites delicati. mā͂ifeste apparet
ꝙ intenti predicationi ⁊ opibus misericordie
spūalis ad hmōi opa non sunt astricti.sed de-
bent ⁊ possunt de elemosynis sustētari. Et h̄
est qȯ Aug.in eodē lib.ante hec verba pre-
mittit.ꝙ hmōi potestatē habēt si euangeliste
sunt:si ministri altaris:si dispensatores sacra-
mentorū.si enim corporalia opa faciendo me
retur quis suū sustentamentū. multo fortius
spūalia opera impendendo:que corporalib⁹
operibus merito preferunt̄. Fateor igitur
ꝙ verū est ꝙ si quis adeo esset potens ⁊ spi
ritu ⁊ carne ꝙ posset corpaliter operari:⁊ ni
hilominus ꝓ loco ⁊ tpe spūalibus vacare ex
ercitijs ⁊ ecclesiastice vtilitati:hoc agendo ꝑ
fectius faceret. Sed q̇s ad hoc plene idone⁹.
cum multo labore sudatū sit vt veritas ꝯgno
scatur:⁊ cognita diligat̄:⁊ cognita et dilecta
alijs ꝓponat̄. Ad hoc enim necessaria ē ꝯti
nuitas lectōis ⁊ orōis ⁊ meditationis:quibus
qui vult sollicite intendere:paꝝ ꝑt occupari
circa corporalē laborē. Laudādus est igitur
⁊ suadendus labor corꝑalis.sic tñ vt non im
pediatur feruor orōis:nec fructus ꝑdicatōis.
nec obseruantia regularis. Ad id qȯ obij
citur de glo.ꝙ ad alienā mēsam accedēs ne-
cesse habet adulari. Dicendū ꝙ glo. semet-
ipsam exponit in hoc ꝙ dicit:ocio deditus:i
quo insinuat ꝙ ille q̇ alienā mensam q̇rit:et
mendicat ꝓ occasione fouenda:ille ꝓn⁹ ē ad
blandiendū. Et q̇d miꝝ si ille qui diligit ociū
⁊ fouet ventrē suū:in verbū ꝓrūpit adulato
rium:sed ex hoc nō dānat̄ pauꝑ euāgelista:
qui ad alienā mēsam ꝯuenit ꝓpter euāgeli-
zandū ⁊ imitandū xp̄m. Naꝫ si tales hoc ipso
ꝙ paupes ⁊ alienā mesam accedētes essent
adulatores.tūc cū xp̄s apl'os misit ad euāge
lium ꝑdicandū:⁊ ad viuēdū de sumptib⁹ ali-
ene mēse:potius fecisset tūc apl'os suos adu
latores q̄ꝫ veros ꝑdicatores. Ipse enim xp̄s
fuisset adulator ꝑmaximus:qui frequenter in
uitabatur ⁊ cōmedebat in domibus phari-
seoꝝ. Vñ si recte intelligim⁹ adulatōis viciū
potius est ānexū diuitibus mūdanis q̄ꝫ pau
peribus euangelicis ⁊ volūtarijs. Vñ chry
so.in ome. super matth̄.loquēs de diuiti-
bus dicit sic. Adulari necesse ē multos ⁊ ꝓn
cipes ⁊ subiectos ⁊ multis indigere ⁊ turpi-
ter seruire ⁊ formidare ⁊ suspicari.⁊ timere
eoꝝ qui suspicantur oculos.⁊ timere calūnia
toꝝ ora.⁊ aliorū ⁊ auaroꝝ ꝯcupiscētias. Sꝫ
non paupertas est aliquid tale sed ꝯtrarium
vniuersum. Regio est non furibus subiecta
sed munita.port⁹ tranq̇llus:palestra ⁊ gym-
nasium ꝓbie. Audite quicūqꝫ hoꝝ paupes
estis.magis aūt ⁊ quicunqꝫ ditari ꝯcupisci-
tis.nō paupeꝫ esse malū est:sed nō velle pau
perem esse.⁊ neqꝫ malū existima esse pauꝑ
tatē:⁊ nō erit tibi malū. Et paulo post. Non
enim mihi eos qui accusant paupertateꝫ as-

feras.sed eos q ꝑ eam fulserunt. Cū hac be
tias educatus raptus est: illa beata rapina.cū
heliseus claruit.cū hac iohēs.cū hac aposto
li omnes. Cū auaricia vero alchab Jezabel
Giezi Judas Nero Caiphas condemnati
sunt. Ad illud qđ obijcit de decreto vrba
ni dicendū ꝙ triplex est defectus in allegatō
ne illius decreti. Primus q: decretū illud ē
ad epos qui debēt pascere mēdicantes. non
ad illos q egent. Unde sicut illa lex Deut.
xv.nō erit oīno indigens ⁊ mēdicus int vos.
nō est data ꝯ mēdicitatē pauperꝝ: sed ꝯ tenea
citatē diuitū.qđ patet ꝑ hoc qđ eodē caplo
subiūgit.nō deerunt pauperes in terra habi
tatōis tue.idcirco precio tibi vt apias manū
tuā fratri tuo egeno ⁊ paupi. Sic ⁊ h lex da
tur epis abundātibus ad sustentatōem pau-
perū clericoꝝ.⁊ eorū potissime q non egent
volūtarie sed cōpulsi.ne propter indigentiaꝫ
efficiant circa diuinum obsequiū indeuoti.

Scđs defect⁹ est ꝙ decretū illđ inducitur
ad probandū ꝙ clerici non debēt hr̄e ꝓpꝛuꝫ.
sicut apparet in fine capituli.vbi dicit. His
omnib⁹ claret ꝙ clericis nullo modo licet ꝓ
priuꝫ habere.ꝙ si habuerint nō clerici erūt.
Uñ ꝑ illud decretū non precludit via pau-
perib⁹ q nihil volūt habere ꝓpriū.ꝫ potius
apit. Tertiū defectus est.q: sicut hr̄e pro-
prietatē in cōmuni cōprobatū ⁊ approbatū ē
auctoritate sūmi pontificis.s. vrbani.sic mo-
dus viuendi in altissima pauptate: auctorita-
te summi pontificis approbatus est.sicut pa-
tet de excessib⁹ prelatoꝝ. Nimis praua ⁊c.
Unde decretū vrbani pape ꝑiudicare nō po
tuit auctoritati Innocētij. Honorij: ⁊ Gre-
gorij.qui istū modū approbauerūt:itā in iure
cōmuni qꝫ in priuatis priuilegijs.q: non hꝫ
imperiū par in parē.⁊ constitutio prior non
ꝑiudicat posteriori.nec cōmune priuato.nec
lex cōis priuilegio.sed poti⁹ econuerso. Nec
ex hoc ꝑt argui instabilitas seu ꝯdictio inter
rectores ecclesie.q: statuta mutare possunt ⁊
debēt ꝓ loco ⁊ tpe. Sicut patet in statuto de
gradibus ꝑentele ⁊ alijs plurimis.q iuste a
principio statuta fuerūt.⁊ nihilomin⁹ alia nō
minus iuste introducta sunt. Ad illud qđ
obijcit de ꝯsecratione ecclesie dicendū: ꝙ ⁊
in illi⁹ decreti allegatiōe tripliciter defec⁹ ē.
Primo q: statutū illud de consecratōe eccle
sie nō dotate factū est in alleuatōem epoꝝ.
Scđo in dilatationē diuini cultus. Et tertio
in solatōem clericoꝝ ministrantiū: q nolunt
se astringere volūtarie ad paupertatis votū.
Hoꝝ aūt contrariū in ꝓposito inuenitur.
Nam nun⁹ grauant ⁊ epi ⁊ ecclesia de reli-
giosis viuentib⁹ de elemosynis qꝫ si eis ꝓui
derent in bñficijs ⁊ ꝑbēdis. Scđo q: cult⁹
dei nō augmētaret.ꝫ poti⁹ diminueret si h
modus viuēdi de medio tolleret. Tertio
q: tales paupes volūtarij libēti⁹ deo ſuiūt
mēdicando qꝫ etiā deo ſuirēt ꝓ magno bñ
ficio.⁊ magis sunt ꝯtēti ꝑuulis elemosynis:
qꝫ magnis bñficijs ⁊ ꝑbēdis. Ad illđ qđ
obijcit de lege ⁊ de mēdicantib⁹ validis. Di
cēdū ꝙ silr̄ triplex effect⁹ ē in illius legis al
legatione. Primus q: lex illa introducta fuit
ꝯtra q̊sdaꝫ q tpe famis pauperū elemosynas
vsurpabāt simulātes inertiā. Scđs: q: illi ta
les onerosi erāt: ⁊ nullā vtilitatē reipublice
afferebāt. Terti⁹: q: tales q laborare poterant
⁊ tūc nihil occupati erāt ⁊ abūdare volebāt
proni erant ad maleficia ⁊ rapinas.⁊ ideo
iusto iudicio rector reipuplice tales a mēdi-
catiōe arcebat: ⁊ pena grauissima puniebat.
Secus aūt ē oīno in paupculis religiosis: in
q̊bus nec simulatio inertie: nec amor ocij:
nec ꝑiculum rapine: ac ꝑ hoc nec dānū eccle
sie: sed potius amor virtutis ꝑfecte repitur.
iđ non arcētur lege humana: ꝫ potius ꝑdicā
tur ⁊ ꝯmēdant lege diuina. Ad illud qđ
obijcit ꝙ mēdicare ē indifferēs. Dicēdū ꝙ
mēdicare q̄ntū est đ se nō ꝑfectōis.nisi ꝑsup
posita vniuersali abrenūciatione oīm.q q̊dē
est ſm diuinū ꝯsiliū: in quo dñs exꝑssit ado-
lescēti ꝙ si illud impleret hoc ipo ad ꝑfectio
nis cumulū ꝑueniret. Ait enim. Si vis ꝑfe-
ctus esse vade ⁊ vēde oīa.nec addidit: trade
mihi.vt i loculos meos ponā: ⁊ sint oīa cōia.

ſed potius: da paupibus. nec ſubiunxit. Ua-
de ad lucrádũ victũ tuũ per laboꝛé manuũ.
ʒ poti⁹. veni ſequere me. In quo ſm ꝙ glo.
exponit intelligit vocatio ad ↄtéplãdum ſeu
ad xp̃m imitandũ ⁊ euangelizandũ. Ad il
lud qḋ obijcit ꝙ perfectõis é liberaliter ſer
uire ⁊ obligatões refugere. Dicendũ ꝙ eſt
obligatio veniẽs ex reatu culpe: ⁊ ex affectu
charitatis pfecte. Prima obligatio eſt vitan
da. ſed ſcḋa eſt acceptãda. Juxta qḋ dꝛ. Ro.
xiij. Nemini qcq̃ꝫ debeatis niſi vt inuicé di
ligatis. Laudat enim dñs amiciciã ſpũalium
viroꝝ q̃ ſit de mãmona iniquitatis. ⁊ ad coꝛ
poꝛis xp̃i myſtici pfectõem ſpectat ꝙ mébꝛa
ſibi inuicé cõicent ſm rõnem dati ⁊ accepti:
vt mutua diligẽtia viciſſim poſſit ĩpleri. Ad
illud qḋ obijcit ꝙ qui médicãt ex pfeſſione
aut h̃ faciũt qꝛ paupes: aut qꝛ p̃dicãtes. Di-
cẽdũ ꝙ h̃ faciũt qꝛ paupes xp̃i imitatoꝛes et
euãgelizatoꝛes. qꝛ enim xp̃m imitant p obſ-
uantiã diſcipline regularis in qua vacant di-
uinis laudibus: oꝛõibus: vigilijs: ⁊ alijs regu
laribus diſciplinis: ⁊ deũ colũt: ⁊ hoſté ĩpu
gnãt. ⁊ ea que ſunt infirma ⁊ nõ munita ĩ ca-
ſtris eccleſie ptegũt ⁊ dẽfenſant. Rurſus qui
v̾bũ veritatis annũciãt ſil̾r deũ laudãt. ⁊ ho
ſtem impugnãt. ⁊ audiẽtes edificãt ⁊ infoꝛ-
mant: ⁊ ideo cũ hec opera: eoꝛũ ſint eccleſie
valde vtilia ⁊ pneceſſaria nulli dubiũ é q̇n
mereant ſuſtẽtatõem ſuã. ⁊ ideo nõ illicite fa
ciunt ſi hãc hũiliter ⁊ ſuppliciter petunt. Sic
enim oculus vidẽdo operatõem facit manui
perneceſſariã. ita ꝙ man⁹ oculo nõ põt im-
perare nec dicere. opa tua nõ ĩdigeo. quimo
vtilis ⁊ toti coꝛpoꝛi eius operatio. ⁊ ſic mere
tur ſuſtẽtari. ſicut manus ⁊ pes ⁊ mébꝛa alia
que ſunt expoſita laboꝛi. ſic ⁊ de iſtis mébꝛis
eccleſie nõ abſurde debet ⁊ põt intelligi ſi q̇s
pio oculo velit iſtoꝝ oculoꝝ operã ⁊ vigilã
tiã intueri. Ad illud qḋ obijcit ꝙ tales ſũt
giezi imitatoꝛes. qꝛ ſpũalia p tépoꝛalibus mi
niſtrãt. Ad h̃ ſatis ſufficiẽter rñdet glo. ſuper
illud. i. Choꝛ. ix. Diſpẽſatio mihi credita eſt.
Nõ debemus ideo euangelizare vt mãduce
mus. ſed ideo manducare vt euãgelizemus.
vt cibus nõ ſit bonũ qḋ appetit. ſed neceſſa
riũ qḋ adijcit. vt illud impleat. pꝛimũ queri
te regnũ dei ⁊ iuſticiã eius: ⁊ hec oĩa adijcié
tur vobis. Uñ ſi finé ↄſtitueret quis in re té
poꝛali p̃dicãdo v̾bũ dei: abſq; dubio hic per
uerſus eſſet. qꝛ de via faceret finé. ⁊ eſſet ſi-
mul giezi ⁊ balaã. qui mercedé inq̇tatꝭ ama-
uit: ⁊ alijs pſeudo pphetis: qui in mercede
docebãt: ⁊ in muneribus diuinabãt. Si aũt
ſuſtentatõeꝫ q̇runt ſicut viã oꝛdinatã ad euã
geliũ pꝛedicandũ: tunc recte incedunt: ⁊ apo
ſtolos imitant: nec a veritatꝭ tramite in q̊q̃ꝫ
recedunt. Uñ ſup illud Lu. x. Edentes ⁊ bi-
bentes q̃ apud illos ſunt. dignus eſt eniꝫ opa
riꝰ mercede ſua. glo. Nota ꝙ vni operi p̃-
dicatoꝝ due mercedes debent. vna in via q̃
nos in laboꝛe ſuſtẽtat. alia in patria. que nos
in reſurrectione remunerat. Ad illud qḋ
obijcit ꝙ pfectoꝝ eſt abſtinere a ſpecie ma
la. Dicendum eſt ꝙ illa ſpecies eſt mala: duꝫ
hõ rõnabiliter põt ſuſpicari malum circũſtã
tijs oĩbus pẽſatis q̃ occurrunt: ſed ſi quis re
cte attendat hmõi ſic pꝛedicãtes non habent
ſpecié pſeudo p̃dicatoꝝ. Nã pſeudo p̃dica-
toꝛes dicunt p oppoſitum ad veros p̃dicato
res. Ueri auté p̃dicatoꝛes dicunt quoꝝ p̃di
catio hꝫ auctoꝛitaté: v̾itaté ⁊ vtilitatem. Falſi
ſunt q̃ hñt hoꝝ ↄ̃ria: vel ſimpl̾r: vel in parte.
Sed ſi recte velimus attẽdere modernoꝛum
oꝛdinuꝫ p̃dicatoꝛes: hec tria habẽt ĩ ſe. aucto
ritaté q̇dé. qꝛ mihi ſunt a ſummo põtifice et
alijs p̃latis qui ſunt dñi meſſis. v̾itaté ſicut
patet. qꝛ fidé ⁊ moꝛes p̃dicauerit ſm legem
euangelij. vtilitaté: qꝛ multos de ſtatu culpe
vocauerunt ad ſtatũ pñie. ⁊ iḋ ſpém hñt ⁊ ſi
militudiné maioꝛé incõpabiliter ſi quis pio
attenderet oculo ad p̃dicatoꝛes veros q̃ꝫ ad
pſeudo. licet in tãto numero vix poſſit eé q̇n
aliqui cum iuda diligãt loculos: ⁊ exoꝛbitent
ab itinere recto. Si enim dñs h̃ non ↄceſſit.
xij. apl̾is quos pſonaliter elegit ꝙ vniuerſa-
liter eſſent boni: q̇d miꝝ ſi h̃ nõ ↄcedit ↄgre-
gatõibus alijs: nec tñ pp h̃ ſunt boni dãnãdi.

cum malis. sicut nec mali iusti sunt licet sint ꝑ
mixti cū bonis. Ad illd̄ qđ obijcit: ꝙ aut
hn̄t auctoritatē: aut nō habent. Dicendū ꝙ
hr̄e auctoritatē: h̄ est duplr̄. aut ex prima isti
tutōe: aut ex ꝯmissione seu dānatōe: vel per
alia v̄ba. aut ex iniuncto officio: aut ex cōcel
so priuilegio. prima est auctoritas principalis
ꝛ potestatiua. ꝛ spectat ad apostolos ꝛ ad. lxx.
ꝛ eoꝝ successores: qui sunt epi ꝛ alij curati. si
cut glo. dic̄ Lu. x. Scđa est auctoritas minus
ꝑncipalis: ꝛ pōt subauctoritas nō absurde di
ci. ꝛ competit his qui ab apostolis mittuntur
tanq̄ȝ discipuli. sicut paulus suos discipulos
mittebat ad loca diuersa. ꝛ potissime ei cōpe
tit qui est loco petri principis aploꝝ. imo lo
co christi qui est dn̄s vl'is messis. ꝓpter qđ ꝛ
hr̄e đ: plenitudinē ptātis. Sicut ergo primis
hn̄tibus auctoritatē principalē cōpetit sūptus
accipe ptātiue: sicut dicit glo. ij. thi. ij. Laborā
tem agricolā oportet primū de fructibus ꝑci
ꝑe. Ibi glo. Necessaria sibi sumere ab his i
quibus deo militat: ꝛ quos tanq̄ȝ cultor vi
nee exercet: vel tanq̄ȝ gregē pastor: nō ē mē
dicitas: sed ptās. Sic illis quibus ꝯpetit au
ctoritas subprincipalis ꝯpetit accipe supplica
tiue. Qđ disponit spūssanctus ad ecclesie vti
litatē: vt nō tm̄ efficeret verbo ꝑdicatōis: ve
rūetiā verbo hūilitatis. Quō ergo didicit a
xp̄o mitis esse ꝛ humilis corde: miror si hāc
humilitatē ꝛ humiliatōeȝ audet tanq̄ȝ repro
bam ꝯdēnare. Ad illud qđ obijcit ꝙ tu
tius ꝛ ꝑfectius est sequi viros ꝓbatiores ꝛ sa
pientiores. Dicendū ꝙ ꝫm dispositionē di
uine sapie deus vniuersa disponit ꝛ ordinat
tꝑibus suis. Vn̄ sicut in primo tꝑe ecclesie in
troduxit viros potētes: ꝛ i miracul' ꝛ signis
sicut fuerūt apl'i ꝛ eoꝝ discipuli: ꝛ medio tē
pore viros intelligētes i scripturis ꝛ rōibus
viuis. sic vltio tꝑe introduxit viros volūtarie
mēdicātes ꝛ paupes rebus mūdanis. Et h̄
quidē recte ꝯgruebat. vt per ꝑmos destrue
retur idolatria: ꝛ idoloꝝ potēta per secūdos
heres. per tertios auaricia: que in fine seculi
maxime regnat. Nihilominus tm̄ q: pauper
tas fundamentū est euāgelice ꝑfectōis: ꝛ ip̄a
est q̄si ꝯplementū eiusdē. iō viguit in ecclesie
primordio. ꝛ ꝯgruū ē vt vigeat circa ecclesie
statū finalē. Vn̄ sicut hiero. dissoluit q̄stionē
illā de esu carniū. xxxij. di. ab exordio dicēs:
ꝙ in primo tꝑe ante diluuiū nō erat in ꝯsue
tudine esus carniū. ꝛ postea post diluuiū cōi
ter fuit oībus ꝯcessus: ꝛ post in aduentu xp̄i
laudabilis fuit abstinētia ab esu carniū. Vn̄
dicit ibidē: ꝙ o reuolauit ad o. idest final' sta
tus ꝯcordauit cū primo. Si satis ꝯuenienter
intelligi potest ꝛ in ꝓposito. Sicut tm̄ hiero.
nō intelligit de abstinentia carniū quantū ad
oēs: sed quantū ad monachos solū. sic nec đ
pauꝑtate intelligendū puto nisi q̄ȝtuȝ ad pau
peres voluntarios: qui volūtarie renūciaue
runt mūdo. Nolo tm̄ ꝙ aliquis ex h̄ arguat
quasi ego dicā ꝙ iam instet dies dn̄i: nec ꝙ
ꝓprias fimbrias magnificē ꝛ dilatē: volens
corā hoībus iustificari. nec ꝙ ꝓferā moder
nos sctis antiquis. q: in magno ꝛ alto statu i
ueniri possunt multi infirmi ꝛ imꝑfecti. nec
iste spūs pauꝑtatis defuit tꝑibus retroactis.
Iuxta qđ dicit gre. iij. dial'. de quodā sctissi
mo viro Isaac noīe: qui fuit amator' ꝑcipuꝰ
pauꝑtatis. Vn̄ ꝛ de eodē dicit. Cū ei discipu
li innuerēt: vt pro vsu monasterij possessio
nes que offerebant accipet. ille sollicitus sue
pauꝑtatis custos: fortē sententiā tenebat di
cens. Monachus qui in terris possessionē
querit monachꝰ nō est. Sic q̄ppe metuebat
pauꝑtatis sue securitatē ꝑdere: sic̄ auari solēt
perituras diuitias custodire. Ibi itaq̄ȝ ꝓphe
tie spū ꝛ magnis miraculis cunctisq̄ȝ lōge la
teq̄ȝ habitātibus vita eius claruit. Ex q̄ ap
paret ꝙ eius doctrina ꝯtēnēda nō fuit. Hoc
etiā supra ostensum fuit multiplicibus exem
plis: ꝛ adhuc multo pluribus posset ostēdi.
Et si nulla exēpla essent satis ꝑ seipam lauda
bilis esset status excellētissime pauꝑtatis. nō
solum ꝫm scripturā sacrā: verūetiā ꝫm do
cumēta sctoꝝ: que pauꝑtatis statū volūtariū
ꝯmendāt tanq̄ȝ precipuū ꝛ ꝑfectū. Sic ergo
absurdū est valde reprobare statū ꝯingatoꝝ

diuitũ:absurdius statũ clericoꝝ ⁊ religiosoꝝ
possessiones habentiũ. Sic ⁊ absurdissimũ
videt̃ si quis inueniat̃ q reprobare velit sta-
tum pauperũ in paupertate altissima ⁊ mendi
catione humillima xpo dño famulantiũ. iux-
ta ꝯsiliũ per os iesu christi ꝓpositũ ⁊ irrep-
hensibilit̃ pmulgatũ. Hoꝝ causam defendit
git: qui nō p̄t hr̄e illa tria p aliā viā licitam ⁊
ꝯuenientē. qui vo p̄t nō astringit determina
te ad hāc vitā q̄ꝫtuꝫ est de ipsius p̄cepti effi
cia qḋ dedit aplus ad ornādā ⁊ edificandam
ecclesiā. nō ad destruendā illā: sm ptātē quā
ad edificatōem dicit sibi diuinitus datā. Di-
cendū ergo ad apostolicū p̄ceptū: exemplū:
edictū ⁊ iudiciū illos obligat potissime q̄ sūt
inquieti: ociosi: ⁊ curiosi vt ab his redeāt: vel
eos qui nō p̄nt aliter ꝯueniēter q̄ꝫ p laboreꝫ
corpalem vitare vicia supradicta: sicut mani
feste ostēsuꝫ est. Ad illud qḋ obijcit de glo. ꝙ
vult apls suos dei corpaliter opari: dicendū
ꝙ si illud esset velle p̄cepti intelligendum est
indefinite de seruis dei. i. de his qui sunt ad
suitium dn̄icum ꝯuersi. qui p maiora ⁊ vti-
liora opa nō sunt a manuali ope excusati. sicut
exemplificat Aug. de his qui vitam in seculo
de labore corporali transigebant. ⁊ sic illud

indefinite oz intelligi ꝛ nõ vlr̃. Q: absurduz
esset dicere ꝙ oẽs serui dei ad hoc sint astri-
cti. Patet etiam h̃: q: Aug. a quo ꝟba illius
glo. accepta sunt sed mutata: excipit quattuoꝛ
genera hoim̃ quos dicit nõ teneri vt laboꝛe
ꝓpꝛio victũ querã. sicut ondsum est. s. Vñ su
per ꝑdictã glo. innitendũ nõ est. tũ q: mutat
ꝟba augustini. dicit enim i oꝛiginali. Pꝛimũ
debemus oñdere apostolũ coꝛpalia opa ser-
uos dei opari voluisse vt victu ꝛ vestitum a
nullo idigerẽt: nec aliquã mẽtõem fecit ꝺ pe
titõe. q: illi ꝯ quos agebat nõ viuebãt de pe
titis: sz oblatis sic̃ in. ij. li. retractationũ dicit.
Faciẽda est ergo vis in h̃ qꝺ dicit voluisse:
qꝺ nõ sp̃ ꝑceptũ ẽ. ꝛ in h̃ ꝙ dic̃ ſuos dei: qꝺ
indefinite dictũ ẽ. ꝛ in h̃ qꝺ dicit ne cõpellan
tur: qꝺ nõ ptinet ad paupes volũtarios. sed
potius ad inuitos. Ad illud qꝺ obijcit de
monachis. dicendũ ꝙ monachi regulares:
aliq̃ hñt in ꝓfessiõe ꝛ voto laboꝛẽ manualẽ.
aliqui ꝟo minime. Rõ ꝟo huius est diuersi
tas ꝓfessionũ ex pte tpm̃. psonaꝝ: ꝛ intentio
nũ. Ex pte tpm̃: q: circa tpa ꝑmitiue ecclesie
q̃ttuoꝛ erãt genera monachoꝝ. sic̃ distinguit
btũs bñdictus in ꝑncipio regule. s. Cenobie.
Anachoꝛete. Sarabite ꝛ Gyrouagi. Pꝛimi
erant boni. Scꝺi optimi: tertij ꝛ quarti pes-
simi. Tertij enim ꝛ q̃rti nõ ducebantur iugo
aliquo. sed ꝭm ꝓpꝛias ꝯcupias ambulabãt.
Sarabite intẽdentes carni. Gyrouagi mu-
tabiles ꝛ vagabũdi: ꝛ ad oĩa mala parati.
Scꝺi. s. anachoꝛete regula nõ indigebant. q:
tanq̃z pfectissimi regulabant a gr̃a. Pꝛimis
debuit regula dari vt distinguerent a Gyro
uagis ꝛ sarabitis: ꝯueniẽs fuit ne ꝯpellerẽt
exterius exire: ad laboꝛẽ coꝛpalẽ eos astrigi.
Vñ Aug. in lib. de ope mona. Callidissim⁹
hostis tã multos hypocritas sub habitu mo
nachoꝝ vsq̃zq̃qz dispsit: circũeũtes ꝓuicias
nusq̃z missos: nusq̃z fixos: nusq̃z stãtes: nusq̃z
sedẽtes. Et post. Nõne calescit coꝛ vr̃m itra
vos: ꝛ in meditatõe vr̃a exardescit ignis: vt
istoꝝ mala opa bonis opibus pseq̃mi. vt eis
amputetis occasionẽ turpiũ nundinaꝝ: qb⁹
estimatio vr̃a ledit ꝛ infirmis offendiculum
ponit. Miserimini ergo ꝛ ꝯpatimini: ꝛ oñ
dite hoibus nõ vos in ocio facile victũ q̃re
re: sed ꝑ angustã ꝛ arctã viã huius ꝓpositi
regnũ dei q̃rere. Eadẽ: vobis rõ est que fuit
aplõ: vt amputetis occasiones his qui q̃runt
occasiõem: vt qui illoꝝ putoꝛibus ꝑfocant: i
vr̃o bono odoꝛe reficiant. Hucusqz Augu.
Ex pte etiã psonaꝝ vouentiũ. q: monachi
tũc tpis ꝓxima pte erãt laici ꝛ plebei. ꝛ ideo
competebat eis circa consueta opa occupa
ri. Vñ Aug. in li. de ope mona. Illi q pꝛeter
istã societatẽ sanctã vitã laboꝛe coꝛpis transi
gebãt. ex quoꝝ numero plures ad monaste-
ria veniũt: si nolũt opari: nõ mãducẽt. Neqz
enim in chꝛistiana militia ad pauptatem diui
tes humiliant vt paupes ad supbiã extollan
tur. Nulloqz mõ decet vt in ea vita vbi sena
toꝛes fiunt laboꝛiosi: ibi fiant opifices ociosi.
ꝛ quo veniũt relictis delicijs qui fuerũt pꝛe-
dioꝝ dñi. ibi fiant rustici delicati. Ex parte
intentionũ. q: monasteria pꝛimitiua instituta
erãt ad vitã solitariã agẽdã: vt vnusq̃sqz ha-
beret curã sui: ꝛ apud se habitaret. ꝛ iõ mo-
nachus dictus est: ꝛ q: paucissimoꝝ ẽ sp̃ di-
uinis intẽdere. ideo ne ociosi eẽnt ꝯg uebat
eoꝝ ꝓfessioni exerceri circa opus manuale.
Vñ hierony. ad rusticũ. Egyptioꝝ monaste
ria hũc moꝛẽ tenẽt: vt nullũ absqz laboꝛe su-
scipiãt. nõ tã ꝓpter victus necessaria: q̃z ꝓpt
aĩe sue salutẽ. ne vagent pniciosis cogitatõi-
bus: ꝛ ad instar foꝛnicãtis hierusalẽ oĩ tran-
seunti diuariẽt pedes suos. Cõpetebat ergo
monasterijs pꝛimi tpis psonaꝝ ꝛ ꝓfessiõis.
Sed post instãtibus tpibus modicis qñ illi
Gyrouagi erant ꝯsumpti: ꝛ ecclesia opulẽta
fuit tã in clericis q̃z in mõachis: magis erat
opus dandũ circa spũale exercitiũ. ꝛ hinc est
ꝙ monachi laboꝛẽ manualẽ siue coꝛpalẽ bñ
ꝛ recte in spũalẽ exercitationẽ ꝛ psalmodiaz
ꝯmutauerũt. Et q: ecclesie iam ditate magis
indigebãt spũalibus oparijs q̃z vinitoꝛibus
ꝛ agricolis. hinc est ꝙ spũssanctus religiões
paupculas suscitauit. q̃ꝛ sollicitudo ꝛ cura to

ta esset ad signandos seruos dei in frontibus
coꝝ signo dei viui: vocando ad pniam ⁊ ad
grām spūssancti. Unī vtreqꝫ a sua pꝛimaria
institutōe habēt officiū pꝛedicandi. ⁊ ideo cū
tales circa opera spūalia sint intēti ꝓpter q̄
alij ab alijs merent̄ sustentari. nec sunt ociosi
nec curiosi sic viuēdo: nec in periculo: cum
dn̄s eos pauerit vsqꝫ mō. nec hn̄t hoc ex vo
to. iō nec ipsi nec oēs paupes volūtarij licet
sint validi: sunt ad opus coꝛꝑale astricti. quia
nec rōne ꝑiculi: nec rōne pꝛecepti apostolici:
nec rōne voti emissi. vt manifeste liquet ex ꝑ̄
missis. Ad illud q̄d obijcit̄ de li. de opere
monachoꝝ. dicendū q̄ btūs Aug. in lib. illo
nō ad hos loquit̄ sed ad pꝛimos qui opera
coꝛpalia que habebāt ex ꝓfessione sub ꝑ̄tex
tu spūalitatis ꝯtēnebant. q2 nec ꝓpter spūa-
lia debebāt omittere coꝛpalia. nec etiā econ-
uerso. Unī Bern̄. ad tales loquēs in apolo-
gia ait. Jā vo de laboꝛe manuū quid gloꝛia
mini: cū ⁊ martha laboꝛās increpata: ⁊ ma-
ria quiescēs laudata sit. paulus apte dicat. la
boꝛ coꝛpalis ad modicū vtilis est: pietas aūt
ad oīa. Optimus laboꝛ de quo ꝓpheta dice
bat. laboꝛaui in gemitu meo. Et de quo alibi
Memoꝛ fui dei ⁊ delectatus sum ⁊ exercita
tus sum. At ne coꝛpale intelligas exercitium:
⁊ defecit spūs m. us inquit. vnde vbi nō coꝛ
pus sed spūs fatigat̄: spūalis laboꝛ ꝓculdu-
bio intelligit̄. Quid ergo inqs. Siccine spi-
ritualia illa ꝑsuades: vt etiā hec que ex regu
la habemus coꝛpalia dānes: Nequaq̄ꝫ. Jlla
opoꝛtet agere: ⁊ ista non omittere. Alioquin
cū aut ista omitti necesse est: aut illa: ista po-
tius omittēda sunt q̄ꝫ illa. Quanto enim spi
ritus melioꝛ coꝛpoꝛe: tanto spiritualis q̄ꝫ coꝛ
poꝛalis exercitatio fructuosioꝛ. Tu vero cuꝫ
de hoꝝ obseruatione elatus: alijs nō eadem
obseruātibus derogas. nōne te magis regu-
le transgressoꝛē iudicas. Sunt ergo ad op9
manuale astricti illi qui habent ex obligatōe
ꝓfessionis. nisi foꝛte opus manuale cōmutēt
in spūale. ita q̄ hoc etiā sit de volūtate ⁊ licē
tia superioꝛis. Ad illud quod obijcitur de
glo. Lu. xij. dicendū q̄ illud totum est consi-
lium: sicut textus ille super quem glo. funda-
tur. Nec aliquis ad totū illud nec ad parteꝫ
se astringit: nisi quantū ex ꝓfessione pꝛomit-
tit. Unī sicut elemosynas dare nō ē pꝛeceptū
qui oīa dedit. sic nec illud intermediū: scꝫ ope
rari tenet rōnem obligatōis necessarie. ſꝫ so
lius suasionis monitoꝛie: vel etiam cōsultiue.

Ad illud q̄d obijcitur de hieronymo: be-
nedicto. iam manifesta est responsio per pꝛe
dicta. Ad illud q̄d obijcit̄ de beato fran-
cisco dicendū: q̄ in regula beati Francisci q̄
dam dicuntur pꝛeceptoꝛie. quedā monitoꝛie.
quedam infoꝛmatiue: sicut ipsa regula aper-
ta vocabula distinguit expꝛesse. Hoc autem
q̄d dictū est de laboꝛe: nō est dictū pꝛecepto-
rie: q2 nō imparet q̄ faceret deuote: cuꝫ hoc
non sit in nostra potestate: sed dictū est infoꝛ-
matiue. Jnfoꝛmat enim quoꝝ sit manualiter
operari ⁊ equaliter. q2 illoꝝ qui habēt grām
⁊ facultatē virtutis ⁊ industriā artis ⁊ opoꝛ-
tunitatē loci ⁊ tempoꝛis. Qualiter: q2 fidelit̄
ad ꝓximū. deuote ad deum: ⁊ modeste ad se
ipos. Unde sanctus intelligens ꝑ spm̄ sctm̄
suam vocatōem in qua erant laici cum cleri
cis. nec mandatū dedit de manualiter oꝑan
do. nec tn̄ oīno reticuit. vt laici ⁊ qui nō sunt
ad spiritualia idonei: nec circa necessaria fra
trum intenti: nec adhuc sunt ad contemplati-
onis indefessum ocium eleuati. panē nō co-
mederent ociosi. Cum enim omnibus sit ca
uenda ociositas tanq̄ꝫ sentina omniū vicioꝝ
potissime his cauenda est qui se perfectioni
euangelice astrinxerūt. Sic ergo patet q̄ nō
omnes validi pauperes etiam nō curati ad
opera manualia sunt astricti.

¶ Finis tractatus sancti Bona
uenture ordinis minoꝛū de pau-
paupertate chꝛisti contra magi-
strum vilhelmū.

¶ Incipit tractaculus sancti Bonauenture
de quinq3 festiuitatibus pueri iesu.
c Um secundum virorũ ve
nerabiliũ: quos in ecclesia
dei diuina irradiatio am-
plius illustrauit: ⁊ celestis
deuotio abundantius inflá
mauit: sententiá ⁊ doctriná
dulcis iesu meditatio: ver-
bi incarnati diuina ꝯtéplatio: deuotá aīam
sup mel ⁊ omnia vnguentoꝝ fragrátia odo
ramenta suauius dulcius inebriat: pfecti⁹ cõ
solatur ⁊ ꝯfortat. hinc est ꝙ cũ me a cogita-
tionũ incidentiũ tumultu paululũ subtraxis-
sem: ⁊ intra memetipm cogitaré tacitus: qd
de diuina incarnatõe in hoc tpe in mente p-
tractaré: vnde aliquá ꝯsolatõem spũalem re
ciperem: in qua diuiná dulcediné in hac la-
chrymaꝝ valle p speculũ degustaré. vt ea ali
quantulũ degustata: tpalem ⁊ phantasticá cõ
solationé perfectius fastidiré. incidit menti
mee secretius ꝙ aīa deuota benedictum dei
patris verbũ ⁊ filiũ vnigenitũ mediáte gr̃a
spũaliter posset ꝟtute altissimi concipere: pa
rere: noīare: cũ beatis magis querere ⁊ ado
rare. ⁊ demũ deo patri ſm legem moysi in
templo feliciter presentare. ⁊ sic tanq̃3 vera
christiane religionis discipula quinq3 festa q̃
de puero iesu agit ecclesia mente deuota cu3
omni reuerentia valeat celebrare. Igiť sicut
humiliter ꝯcepi: verbis hũilibus conscripsi:
concordantias auctoritatũ breuitatis causa p̄
termisi. In quo tractatu breui ⁊ humili si
vel modicũ deuotõis meditando dulcissimũ
iesum qs legédo ꝯcipiat: ipm tanq̃3 omniu3
bonoꝝ principiũ fonté ⁊ auctoritaté laudet:
glorificet ⁊ bñdicat. si nihil vel min⁹ sufficié
ter ⁊ digne scribéti: vel forte sibi minus duo
e ⁊ hũiliter legéti imputet ⁊ ascribat.

¶ Prima sollénitas de ꝯceptõe pueri iesu.

p Rimo igitur purgato intellectu cõ
tritionis lauacro: ⁊ inflámato ⁊ ele
uato affectu dilectionis igniculo. ca
stis meditationibus: deuotis cogitationibus
per tractandũ est: qualiter iste benedictus dei
filius christus iesus sit a deuota mente spũa-
liter ꝯcipiendus. Cu3 anima deuota: vel spe
celestis premij: vel timore eterni supplicij: vl'
tedio in hac lachrymaꝝ valle diutius cõmo-
randi: mota ac stimulata nouis inspirationi-
bus visitatur. sanctis affectionibus infláma
tur. meditationibus celestibus anxiať: ⁊ tan-
dem abiectis ⁊ despectis veteribus defecti-
bus ⁊ pristinis desiderijs: nouo viuendi pro
posito a patre luminũ: a quo omne donũ op
timũ: ⁊ datũ perfectũ: spũaliter spũ gratie fe
cundatur: quid aliud agitur q̃3 ꝙ si puenié-
te virtute altissimi ⁊ obumbratiõe celestis re
frigerij: carnales ꝯcupiscentias mitigat: mé
tales oculos ad videndũ ꝯfortat ⁊ adiuuat:
pater celestis diuino quodá semine animam
grauidam facit ⁊ fecũdat. Post hunc conce
ptum sacratissimũ pallet in facie p verá hu-
militaté in ꝯuersatione. fastidiũ cibi ⁊ potus
ꝯcipit in mente plenario mũdialiũ ꝯtemptu
⁊ abiectione. desideria variantur in affectõe
ex diuersoꝝ bonoꝝ ꝓposita intentiõe. aliqñ
etiam infirmari ⁊ egrotare incipit anima in
proprie volũtatis abiectõe Iam enim ince-
dit tristis ⁊ turbulenta ꝓpter veteré delicto
rum ꝑpetratõem: p temporis omissione: p
hoium adhuc in mundo mũdialiter viuen-
tium societate ⁊ ꝯuersatione. Iam paulatim
graue ⁊ tediosum incipit esse omne qđ foris
est. foris cernitur qđ intus ꝑcipitur ⁊ audiť.
O felix conceptus qué talis sequiť mundi
contemptus: ⁊ celestiũ operationũ appetit⁹.
Iam q̃3uis adhuc modico gustato spũ desi
pit caro cum gemitu. Iam anima cũ maria
montana ascendere incipit. post taléq3 conce
ptum fastidiuntur terrena. desideranť cele-
stia ⁊ eterna. Iam fugere incipit societatem
illoꝝ qui terrena sapiunt. ⁊ appetit familiari
taté eoꝝ qui celestia concupiscunt. Iam inci-
pit aīa cũ maria ministrare elisabeth. h est
illis quos diuina gratia amplius p dilectõe3
inflámat. Et hoc valde notabile multisq3 ne
cessariũ est. quanto magis se a mũdo anstra-

hunt:tanto familiarius se bonis amicabiles ꝛ familiares reddūt. vt tanto amplius ipsis maloꝝ ꝯsortiū desipat. quāto dulcius bonoruꝫ ꝛ spūaliū honesta ꝯuersatio eoꝝ affectū afficit ꝛ inflāmat. Quia ſm btm̄ Greg. qui sancto viro adheret:accidit vt ex ei⁹ assidui tate visionis:vsu locutionis:exemplo côuersationis accendat in amore veritatis:pctōꝝ tenebras fugiat:amore diuine lucis inardescat. Vn̄ Isido. Bonoꝝ societateꝫ require. Accidit enim vt si fueris socius conuersationis:eris ꝛ socius ꝟtutū. Nec cogitet fidelis anima q̄ꝫ casta:q̄ꝫ sancta:q̄ꝫ deuota fuerint illaꝝ sanctaꝝ colloquia. q̄ꝫ diuina salutifera ꝯsilia:q̄ꝫ mirāde sanctitatis mutue societatis opera. dum vnaqueqꝫ aliā verbo ꝛ exēplo ꝓuocabat ad meliora. Sic tu o deuota ania facias. si te de spiritusancto ꝯcepisse noua celestis vite desideria sentias. fuge maloꝝ ꝯsortia. ascēde cū maria. quere viroꝝ spūaliū cōsilia. imitari stude perfectoꝝ vestigia. contēplare bonoꝝ verba opera pariter ꝛ exēpla fuge peruersoꝝ venenosa cōsilia:que semper peruertere querūt:impedire appetunt:lacerare nō desistunt:noua sctī spūs inspirata desideria. ꝛ sepe sub specie bone ꝛ ꝓietatis virus infundunt impie tepiditatis. dicentes. Nimis magnū est qd̄ incipis. nimis arduū qd̄ proponis. intolerabile qd̄ facis. vires tibi non suppetunt. virtutes naturales deficiūt caput confunditur. oculi destruūtur. infirmitates diuersimode nutriūt:ptisis:paralysis calculis ꝛ vertigo capitis. oculoꝝ caligo sensuum hebetudo. rationis obnubilatio:viriuꝫ destructio. his omnibus subiacebis nisi ab inceptis abstineas. ꝛ cōmodo corporali amplius intendas. statū tuū nō decent talia. per hec diminuitur honor tuus ꝛ reuerentia. Vides ꝙ iā factus est magister discipline. ꝛ medicus corporis qui nec mores proprios componere nouit:nec curare propriam infirmitatem mentis. Heu heu quot ꝛ quantos maledicta mūdialiū consilia supplantauerunt. ꝛ conceptū in eis per spm̄ sanctum dei filium extinxerunt. Nec est illa potio misera ꝛ mortifera:persuasio diabolica:que in multis spiritualem ꝯceptū impedit. in plerisqꝫ ꝯceptuꝫ iam ꝑ ꝓpositū formatū:vel per votū interficit ꝛ extinguit. Sed sunt ꝛ alij qui vident et forte sunt boni ꝛ religiosi:sed tn̄ salua eorum reuerentia nimis timidi:nō attendentes nōdum abbreuiatam manū domini vt saluare nequeat. nec considerantes nondū diminutā pietatem altissimi quin iuuare valeat. habentes ʒelum dei. sed non ſm scientiam. dum ex compassione corporalis afflictionis. vel forte ex timore naturalis defectionis:dum alios vident viriliter agere:qd̄ ipsi iam dudū bonum ꝛ sanctū iudicabāt. ꝛ tn̄ non audebant inchoare:retrahunt homines ab operibus perfectionis. Dissuadent ea que excedūt statum vite cōmunis. destruunt sancta cōsilia diuine inspiratōis. quoꝝ consilia ratione vite quanto magis sunt auctētica:tanto magis inueniuntur piculosa. Alij dicunt ꝛ multū calli de ex antiqui hostis adinuentōne obijciunt. Si talia vel talia feceris sanctus ꝛ bonus religiosus ꝛ deuotus iudicaberis. Et cum i te nondum sit qd̄ esse ab alijs putaris:in cōspectu summi iudicis tua magna grauia ꝛ horrēda peccata cognoscentis:reus eris ꝛ amittis meritū operis:ꝛ simulator ꝛ hypocrita reputaberis. Talia ꝛ similia exercitia dicūt debent esse illorum q nihil mali fecerunt. q sancte ꝛ innocenter vixerunt:qui omnia ꝓpter deum dimiserūt. q toto tempore vite sue deo perfecte adheserunt. Sed ꝛ hos deo deuota ꝛ dilecta anima deuita:montem ascende cuꝫ maria. Paulus nō sine peccatis vixerat:nō diu deo seruierat qn̄ in tertium celum rapiebatur:ꝛ dn̄m facie ad faciem contemplabatur. Maria magdalena tota superba:tota ambitiosa:tota mundanis vanitatibus intenta:carnis cupiditatibus dedita longe post ad pedes iesu inter apostolos sanctos sedit. Et cum intentione deuota doctrinam perfectionis audiuit. Prima omnium in modico tpe videre deum meruit:alijsqꝫ verba veritatis

constanter ꝓposuit. Nō eni est personaꝝ deus acceptor: nō pensat nobilitatē generis. nō diuturnitatem tpis: nō multitudinem operis. sed feruorē ampliorem ꝛ charitatem maiorē deuote mentis. Non enim pēsat q̄lis aliquā do fuisti: sed qualis esse amodo cepisti. Aliter consulentiū consilia essent multū reprehensibilia si non excusarent simplicitate. licet non approbanda. Tu ergo o anima diuino semine grauida: fuge indocta consilia: si non habes oculos lynceos: noli abijcere humanos. melius est partem habē q̄ȝ toto carere: malum est perdē propter pdidisse. ꝛ stultum est nolle proficē propter defecisse. si nō potes saluari p inocētiā: studeas saluari p penitentiam. si non potes esse katherina vel cecilia non contēnas esse Maria magdalena vel egyptiaca. Si pdidisti iuuētutē: noli amittere senectutē. si vixisti in maris fluctib⁹: moriaris in littoris finib⁹. Igit si te sentis sctō ꝓposito dei dulcissimū filium iesum concepisse: predicta venena mortifera fuge: ꝛ festina desideria ꝛ affecta more parturientiū feliciter ad partum peruenire. Sed notandum est q̄ beata virgo non statim post conceptionem peperit filium. sed decursis nouem mensibus genuit christum qd non vacat mysterio. q: non est omni spiritui credēdū. Sed o aīa deuota: q̄n nouis illustrationib⁹ vel reuelationibus illustraris vel illuminaris insolitis inspiratibus: magne perfectionis propositis intrinsecus inflāmaris: non statim de tuo consillo ad opus propera. sed bene tecum ꝛ cum bonis ꝛ potissime cum illis qui in talibus sunt experti delibera. vtrum que inspirata sunt liceāt: deceant: ꝛ expediant. vtrum dictis prophetarū sint consona. vtrum doctrinis apostoloruȝ ꝛ sanctorum doctorum aliqualiter sint contraria. ꝛ etiam vtrum exemplis sanctorum sint similia vel dissimilia. ꝛ ad opus festina. vl' statim absoluas te ab his in tua conscientia. q: periculosum est tales inspirationes diu ꝛ frequenter in mente concipere. ꝛ tñ ad effectuȝ boni operis modicum vel nihil properare.

## Secūda sollēnitas de natiuitate pueri iesu

Secūdo igit attende ꝛ considera q̄liter bñdict⁹ dei fili⁹ spūaliter nascatur in mente. Nascit. n. cū post sanum consiliū. post discussum sufficiēter negocium. post inuocatuȝ diuinum patrocinium: sanctum propositū pducit ad effectū. cū iam anima incipit agē: opere perficē: qd diu per tractauit in mente. cum iam incipit viriliter agē qd iam dudū ꝓponebat perficē. sed tñ sp formidabat inchoare. q: timebat deficere. In ista btīssima natiuitate angeli iubilāt. deū glorificant. pacē pdicant. Quia dum qd diu mente conceptum est ad effectū boni opis pducit: pax interior reformat. Non eniȝ in regno aīe pax diuina bene gerit: q̄n caro spūi ꝛ spiritus carni reluctat. q̄n spūs solitudinē: ꝛ caro affectat multitudinem. q̄n spiritū christus: ꝛ carnem mundus. q̄n spirit⁹ q̄rit qeteȝ contemplationis cū deo: ꝛ caro appetit honorem ꝑlationis in seculo. Econtra postq̄ȝ caro spūi subiugat. postq̄ȝ bonū opus qd diu per carnem est impeditū pducit ad effectuȝ. pax ꝛ exultatio interior reformat. In ista natiuitate non auditur clamor lamentabilis. nō sentit dolor lachrymabilis. non ꝑcipit cruciatus miserabilis. sed āmiratio de integritate. exultatio de nouitate. dei glorificatio de strennuitate. O q̄ȝ beata natiuitas: quam tanta sequitur angelorum ꝛ hominum iocūditas. O igit q̄ȝ dulce ꝛ delectabile esset naturaȝ operari si insania nos permitteret. qua sanata statim naturalibus gratia arridet. iaȝ experit q̄ verum est illud euangelicū dictū. Tollite iugum meum super vos. ꝛ discite a me q: mitis sum ꝛ humilis corde. ꝛ inuenietis requiē animabus vestris. Iugum. n. meum suaue est: ꝛ onus meū leue. Sȝ notandum est hic aīa deuota si te hec iocunda delectet natiuitas. debes esse primo maria. Nam maria interp̄tat amaꝝ mare: illuminatrix: ꝛ dña. Esto ergo amarum mare per lachrymosam contritionem. vt pro peccatis cōmissis amarissime doleas: vt d bonis omissis profundissime in

gemiscas. de diebus neglectis ⁊ perditis in-
cessanter te affligas. Esto scdo o illuminatrix p
honestam conuersationem: per virtuosam
operationem: ⁊ studiosam aliorum in bono
informationem. Esto tertio domina sensuu;.
carnalium concupiscentiarum. omniũ opera
tionum tuaꝝ: ⁊ oés actiones ſm rectum di-
ctamen rationis facias: ⁊ in omnibus tuá sa-
lutem ⁊ proximi edificationem: diuiná laudé
⁊ gloriam appetas ⁊ regras. Hec est illa
felix maria q̃ pro peccatis ꝑpetratis dolet, ⁊ i
gemiscit. que virtutibus fulget ⁊ clarescit. q̃
carnalibus delectationibꝰ dominaẜ. Ab ista
maria iesus christus cum gaudio: sine dolore
absq; labore spiritualiter nasci nó dedignaẜ.
Post hác felicé natiuitatem cognoscit ⁊ gu-
stat. q̃; suauis est dñs iesus. Reuera suauis
est: qñ nutriẜ sanctis meditationibus. qñ bal
neaẜ deuotis ⁊ calidis lachrymarũ fontibꝰ.
qñ inuoluiẜ castis desiderioꝝ velaminibus:
portaẜ sancte dilectionis in amplexibus. oscu
laẜ crebris deuotionis affectibꝰ. ⁊ ꝯfoueẜ in
interioris mentis finibus. Non eni ad h̃ na-
scitur vt abijciaẜ: sed vt cũ summa diligentia
more regalium infantium custodiaẜ. Hic
nota fidelis anima: ꝙ in te contingunt illa si-
gna spiritualiter que in christi natiuitate cõti
gerunt visibiliter. Multis eni signis ⁊ ꝓdi
gijs ſm doctorum sñiam ⁊ doctrinam est illa
benedicta natiuitas comprobata. Ná in ciui
tate romana muri templi pacis funditus cor
ruerunt. Sodomite in toto orbe morte subi-
tanea interierunt. Vinee engaddi illa nocte
floruerunt ⁊ fructũ balsami ꝓtulerũt. Fons
aque mutatꝰ est in fonté olei ⁊ fluxit vsq; in
tyberim: ⁊ manauit tota nocte illa. Stella ma
gna apparuit que formam pulcri pueri ha-
buit. ⁊ in capite crux splendebat. Tres soles
apparuerunt in oriente: ⁊ paulatim in vnum
corpus solare sunt redacti. In die media cir-
culus aureus apparuit circa solem. ⁊ in me-
dio circuli virgo pulcerrima puerum gestás
in gremio. Et quid plura. Istam natiuitatem
beatissimá angeli mirabiliter predicabant: pa
stores nunciabant: animalia bruta cognosce-
bant. Ecce iam vidisti qualibus signis ⁊ pro
digijs est visibiliter monstrata natiuitas sal-
uatoris. Sed iam aduerte diligenter fidelis
aĩa que cupis esse iesu mater ex gratia. vtrũ
in te spũaliter inouata sint hec signa: imutata
mirabilia: vt sic possis aliqualiter certificari
de hac natiuitate salutifera. Aduerte diligen
ter: considera frequenter an aliquid inte cor
ruerit. Templum hoc est appetitꝰ vane am
bitionis ⁊ superbie: vtrum ceciderit idolum
id est affectus false possessionis ⁊ auaricie.
Vtrũ ne adhuc incurrunt sodomite. s. carna
lis delectationis ⁊ concupiscentie. Hec sunt
quasi prima signa istius natiuitatis salutifere:
qñ iam aĩa se sentit euacuatam ab ambitione
per virtutem humilitatis. alienatá ab auari-
cia per desideriu; paupertatis. purgatá a ma
cula luxurie per amoré castitatis. Post hec
considera cũ magna diligétia: vtrum adhuc
floreat aliquid vinea balsami. i. multitudo san
ctarum affectionum: vtrũ fluat fons olei. i. de
tuo corde exeant opera misericordie. vtrum
ille tres soles. i. tres theologice virtutes ori-
anẜ in oriéte. in deuota mente. ⁊ vnianẜ in-
ter se mutua federatione. Vide etiam si stel-
la noue claritatis. i. diuie cognitionis adhuc
aliquid fulgeat. Si circulus aureus iuxta so-
lem. i. sancta affectio iuxta cognitionem ap-
pareat. Si virgo cum puero illic sedeat. i. si
oratio pura cũ deuotione sincera in affectio
ne permaneat. Post hec oĩa si adore; aĩalia
. i. ꝑfecte obediat sensitiua. Si querunt reges
. i. desiderijs ⁊ affectionibus nouis ad iesum
mouent virtutes intellectuales. Si angeli. i.
omnes habitus virtuosi per mentis hilarita
tem iubilent. propter mentis tranquillitatem
pacem nuncient propter cordis serenitatem
iesum predicent. Et postremo subtiliter consi
dera si pastores. i. sancte meditationes par-
uulũ natum iesum tibi datum in ꝑsepio inue
niant. Presepe est consciétia inferiꝰ clausa p
contemptũ mundanorũ. supius apta per desi
derium eternoꝝ. Hic est locus reqeióis pau

peris regis. Illic post natiuitatem a mr̃e reponit̃: ibi a pastoribus inuenit̃. O felix presepe quẽ contines. Regem glorie in te inuenio vt iumentũ: ⁊ refectorium angelorum. de te pascuntur bruta animalia. ⁊ reficit̃ anima deuota: te licet improprie tamen felicem predico: sed multo feliciorem dico deuotam conscientiam: que non est id quod tu per essentiam. Sed tamen continet spiritualiter quod tu continebas corporaliter.

¶ Tertia sollennitas de impositione nominis pueri iesu.

Ertio considerandũ q̃liter ille beatissimus infantulus spũaliter natus sit nominandus. Et puto ꝙ non potest noiari congruentius q̃ȝ iesus. q: scriptum est. Vocatũ est nomen eius iesus: qđ vocatum est ab angelo prius q̃ȝ concipe in vtero. Hoc est nomen sacratissimũ a ꝓphetis prophetatũ hoc est nomen virtuosum: gratiosum: gaudiosum: deliciosum: gloriosum. Virtuosum: q: superat hostes: congregat ciues: reparat vires: reuocat mentes. Gratiosum q: in ipso habemus fidei fundamentũ: spei firmamentum: charitatis augmentum: iusticie complementũ. Gaudiosum: q: iubilus in corde: melos in aure: mel in ore: splendor in mẽte. Nomen vtiqȝ deliciosum: qđ pascit cogitatum: lenit prolatum: vngit inuocatum: reficit scriptum: instruit lectum. Nomen reuera gloriosum: qđ dedit cecis visum: surdis auditum. sermonem mutis: vitam mortuis: ⁊ gressum claudis. O nomen benedictũ qđ ostendit tantũ virtutũ effectũ. O anima siue scribas siue legas: siue doceas: siue aliud quodcunqȝ operis facias: nihil tibi sapiat: nihil tibi placeat nisi iesus. Nomina igitur tuum infantulũ in te spiritualiter genitum iesus. Habeat sibi ꝙ nominat̃ dei filius: splendor glorie. imago substantie: verbum patris: virtus omnipotentis: heres vniuersoꝝ: rex regum: dñs dñoꝝ. Habeat sibi ꝙ dicit̃ christus. i. vnctus. ⁊ bene: q: in prophetam: vt claruit ĩ doctrine eruditione. in pugilem: sicut patuit in diaboli debellatione. in sacerdotem: sicut ostẽdit in patris reconciliatione. in regem: sicut monstrabit in premiorũ retributione. Habeat hec omnia sibi cum suis beatis cõmunia. Sit tantũ tibi iesus. i. saluator in huius vite incolatu ⁊ miseria. Saluet inq̃ȝ te a mundi vanitate que te impugnat. a demonis falsitate que infestat. a carnali fragilitate que te cruciat. Clama deuota inter tot huius vite flagella. O iesu saluator mundi salua nos: qui per crucem ⁊ sanguinẽ redemisti nos. salua inq̃ȝ dulcissime saluator confortando debilem: cõsolando flebilem: adiuuando fragilem: consolidando instabilem. Sed heu vnum est qđ cũ fletu referam: quod non vacat mysterio. ꝙ non statim vt nascit̃: circũcidit̃ ⁊ nominatur sed ꝭm legem dies octaua expectatur. Puto ꝙ per septenarium qui in octenario includit̃: vniuersitas diuinaꝝ ⁊ moralium ṽtutum cum vnitate ⁊ vinculo pacis figurat̃. Quia postq̃ȝ omnia per fortitudinem aduersa tolerauit. per iusticiam miseros ⁊ egentes sustentauit. per tẽperantiam concupiscentias superauit. per prudentiã mundi ⁊ antiqui hostis insidias declinauit. Adhuc postq̃ȝ per fidem deum oĩum creatorẽ intellexit. per spem in eum tanq̃ȝ remuneratorẽ in omnib⁹ operib⁹ suis aspexit: ꝑ charitatẽ cũ tanq̃ȝ omniũ bonorum largitorem toto corde dilexit. Et demum die octauo circũcisis ab anima omnib⁹ phantasticis imaginationib⁹: omnib⁹ vanis ⁊ inutilibus cogitationib⁹: pacatis omnib⁹ anime motib⁹ ⁊ inordinatis affectionib⁹: per exercitium contemplationis in dño dulciter requiescit. Tunc puer nominat̃. tunc dulce nomen iesus imponit̃. tũc eius dulcedo sentit̃ ⁊ gustatur. tũc experitur virtutem: tũc percipit iocunditatem. O quãtam sepi⁹ sensit dulcedinem post illam beatam nominis impositionem illa felix mater naturalis: ⁊ vera mater spiritualis: virgo maria. quando percepit in hoc nomine demonia eijci. cecos illuminari. infirmos curari: mortuos suscitari: miracula cumulari Sic certe tu o anima mater spũalis: merito

debes gaudē ⁊ exultare: qn̄ tu percipis in te
⁊ in alijs: qꝛ tu⁹ benedictus filius iesus demo
nes fugat in peccati dimissione. cecos illumi-
nat in vere cogitationis infusione. mortuos
curat: claudos sanat: paraliticos ⁊ cōtractos
rectificat in spirituali confortatione: vt iam ef
ficiantur fortes ⁊ viriles per gratiam: qui pri
us erant debiles ⁊ infirmi per culpam. O
q̄ꝫ felix ⁊ beatum nomen: quod tantam me-
ruit habere virtutem ⁊ efficaciam. Aliquan
do letificat. aliquando vsqꝫ mentis ebrietatē
infundit: ⁊ suá dulcedinem cómunicat.

¶ Quarta sollennitas de magorum ado-
ratione.

Quarta sollēnitas que cōsistit in ma
gorum adoratione. Postq̄ꝫ etiá ani
ma istum dulcissimū puerum p̄ gra
tiam spiritualiter concepit: peperit: ⁊ nomi-
nauit. tres reges. i. tres anime vires: que bn̄
reges dicunt: que iam carni principant: sensi
bus dominant. in solis diuinis studijs sicut
decet vere reges occupant. pueruꝫ iam per
effectus multiplices eis reuelatum in ciuita-
te regia: hoc est: in totius mūdi machina esti
mant esse querendum. Querūt igit meditat-
tionib⁹. requirunt affectionibus: interrogāt
deuotis cogitationibus. vbi est qui natus ē.
Vidimus stellam eius in oriente. vidim⁹ cla
ritatem eius fulgentem in deuota mente. vi-
dimus splendorem eius radianteꝫ in intimis
anime. Audiuimus eius vocem que est dul-
cissima. Gustauim⁹ eius dulcedinem que est
suauissima. Percepimus eius odorem sua-
uissimū. Experti sumus ei⁹ amplexū delicio-
sissimum. Iam herodes redde responsum.
ostende dilectum. monstra infantulū deside-
ratum. Propter tuam gloriam videndaꝫ nō
venimus propter tuam gratiam obtinendaꝫ
non properauimus. propter tuam maiestatē
adorandam non festinauimus. Tua eni gra
tia ipsius est factura. tua maiestas ipsius crea
tura. tua iocunditas sua est potentia. tua opu
lentia ipsius vmbra. tua nobilitas: tua magni
ficentia est sue infinite bonitatis ⁊ nobilita-
tis modica scintilla. In te inuenimus quo ip
sum cognoscimus: amamus ⁊ desideramus.
non in quo requiescere debeamus. Tu⁹ ho-
nor ⁊ decus est sui decoris nutus. Dic igitur
ne protrahas: vbi est qui natus est. Vbi est
ergo longitudo breuis. magnitudo leuis: alti
tudo subdita: latitudo angusta. Vbi lux lu-
cens: aqua sitiens. panis esuriens. Dic no-
bis vbi potentia regitur. sapientia instruitur.
virtus sustentatur: verbum patris lactatur.
Dic nobis vbi eternus dei filius infans in-
uenietur. Vbi splendor paterne glorie pan-
nis inuolutus cernitur. Vbi audiemus in cu
nabulis vagientem qui est miserorum con-
solatio. Vbi videbimus inter brachia infan
tulum baiulatum: qui est angelorum ⁊ homi
num: celorum ⁊ creaturarum omnium con-
seruator ⁊ solidatio. Hunc desideramus: hūc
querim⁹. O dulcissime o amantissime puer
eterne: infans antique: quando te videbim⁹
quando te inueniemus: quando ante faciem
tuam apparebimus. Tedet gaudere sine te.
delectat gaudere tecum ⁊ flere tecum. Om-
ne quod tibi est aduersum: nobis est molestū
tuum beneplacitum est nostrum indeficiens
gaudium ⁊ desiderium. O si tam dulce est
flere de te: q̄ꝫ dulce erit gaudere de te. Vbi
ergo es quem querimus. Vbi es quem in
omnibus ⁊ pre omnibus desideramus ⁊ af-
fectamus. Vbi es qui natus es rex iudeo-
rum. lex deuotorum: dux miserorum. lux ce
corum: vita morientium: salus eterna eterna
liter viuentium. Et sequitur responsio con-
ueniens. In bethleem iude. Bethleem do-
mus panis. Iuda confitens interpretatur.
Ibi enim christus inuenitur vbi post con-
fessionem criminum: panis celestis vite id ē
doctrina euangelica auditur: ruminatur: ⁊
deuota mente retinetur: vt opere impleat: ⁊
alijs adimplenda proponat. Ibi puer iesus
cum Maria matre inuenit: vbi post lachry
mosam contritionem: post fructuosam con-
fessionem: dulcedo celestis cōsolatiōis aliqn̄
inter abundantissimas lachrymas degusta-

tur. cū oratio quē pene desperantem inuenit: gaudentē ꝛ de venia presumentē derelinqt. O felix maria a qua iesus ꝯcipit. de qua iesus nascit: ꝛ cū qua tā dulciter ꝛ gaudenter iesus inuenit. Sed notandū est hic ꝙ iesus quesitus legit a regibus: ꝛ hoc vt ipʒ cū oī reuerētia adorarent. A doctoribus: vt ab ipso veritatis documēta cū sūma diligētia audirent. A sponsa vt sue suauitatis dulcedinē per secreta colloqa degustaret. A maria matre: vt ipm pditū repiret: ꝛ ab ea se amplius nō alienaret. Sic vos o reges: hoc est. deuote anie vires naturales: q̄rite cū regibus terrenis vt adoretis: munera offeratis. Adorate cū reuerētia: qꝛ creatoꝛ ꝛ redēptoꝛ ꝛ remunerator. Creator in naturalis vite formatōe. redēptoꝛ in spūalis vite reformatōe. remunerator in eterne vite collatione. O vos reges adorate cum reuerētia: qꝛ rex potētissimus. Adorate cum decētia. qꝛ magister sapiētissimus. Adorate cū leticia: qꝛ princeps liberalissimus. Adorate inqꝫ gaudēter: qꝛ est dux eqtatis. Adorate decenter: qꝛ est lux veritatis. Adorate feruēter: qꝛ est fax charitatis. Nec sufficiat vobis oratio: nisi cōcomitet oblatō. Offerte inqꝫ aurū dilectōis ardētissime. Offerte thus ꝯtēplatōis deuotissime. Offerte myrrhā ꝯtritōis amarissime. Auꝝ dilectōis ꝓpter bona collata. Thus deuotiōis: ꝓpter gaudia ꝑparata. Myrrham ꝯtritōis ꝓpt peccata ꝑpetrata. Aurū offerte eterne diuinitati. Thus anie sanctitati. Myrrhā corporis passibilitati. Querite etiā o reges cū doctoribus: vobis pandet secreta sue inscrutabilis sapie: vt ondat magnalia sue ammirabilis potētie: vt vos doceat beneplacita sue voluntatis ꝛ ꝯplacētie. Querite inqꝫ cū reuerētia quō oia tā potēter de nihilo creauerit. quō cūcta tā sapiēter in vniuerso ordiauerit. quō singula tā clemēter suo inestimabili bono decorauerit. Querite humiliter si hoī fas est i hac vita inuestigare qualiter ille tres ꝑsone coequales ꝛ coeterne subsistāt in vna ꝛ indiuidua substantia. ꝛ hoc i trinitate beatissima. Qualiter ille tres substantie videlicet carnis ꝛ anie ꝛ deitatis ꝯueniāt in vna ꝑsona. ꝛ h in christi incarnatione sacratissima. Qualiter ab eterno pater a nullo. filius a patre solo: spūssanctus ab vtroqꝫ. Ipse quē queris doctor est ꝛ cognitoꝛ oīs veritatis. a quo oīs veritas principaliter querit. Post quē veritas exemplariter ꝑducit. Ad quē omnis veritas finaliter reducitur ꝛ ordinat. Ipse est doctoꝛ qui docet oēm veritatē. Veritatē vite: quā in multis destruxit lutosa gulositas. veritatē doctrine: quā heu in plerisqꝫ excecauit voluptuosa vanitas. veritatē iusticie: quā effugauit ꝑiculosa auiditas. Querite ergo vos reges deuoti iesum: vt vos doceat oēm veritatē. Veritatē vite: vt sciatis qualiter vosipos vtiliter regere debeatis. Veritatē doctrine: vt cognoscatis qualiter subiectos laudabilit dirigatis. Veritatē iusticie: vt intelligatis q̄liter deo seruiliter seruiatis. Querite etiā iesum aliqn̄ cū sponsa dilectissima in orto deliciarū: vbi deambulat cū adolescētulis: vbi lilia colligit cū virginibus: vbi comedit fructus pomoꝝ suorū cū iuuenculis. Querite in cella vinaria: vbi cenam suā preparauit. ad quā suas specialissimas amicas: que sequunt eū quocunqꝫ ierit: tm̄ inuitauit. vbi precinget se ꝛ faciet eas discūbere ꝛ trāsiēs ꝑsonalit ministrat eis. vbi amministrat fercula varia de pinguedine sue eterne nobilissime ꝛ secretissime diuinitatis. vbi propinat pocula sue dulcissime ꝛ castitissime humanitatis. Certe illic bibūt amice: sed inebriant charissime. Querite tandem in cubiculo: vbi requiescit cū spōsa inter amplexus ꝛ oscula. vbi cubat in meridie quando splendoꝛ eterne veritatis tam luculenter lucet. ardoꝛ superne charitatis tam dulciter ardet. Ibi instillat auribus sponse secretissima sue ꝛ inscrutabilis sapientie. Ibi donat altissima munera sue summe ꝛ incomparabilis magnificentie. Ibi iocatur. ibi blanditur. ibi cōsolatur. ibi delictā alloquitur dicens. Pete quod vis: ꝛ dabit tibi. O qꝫ felices. q̄ iesum i h cubiculo secretissimo

inueniunt. q hoc cubiculū itrare psumūt. O q̄3 pauci eū in orto deliciaꝝ iueniūt. s3 pauci o:es in cella vinaria repiūt. paucissimi vo nō nisi secretissimi amici cubiculū itrare presumūt. Quia scriptū est. Adiuro vos filie hierusalē. ne suscitetis neq3 euigilare faciatis dilectam: donec ipsa velit. Nō sufficiat vos o reges q adhuc terrena sapitis. q adhuc tpalia disponitis: q iesum aliqñ post diligētē inqsitione3 in psepio inueniatis. Ura. n. pscia adhuc forte nō est facta ort9 deliciaꝝ. vbi floret sancte meditatiōes: redolēt ꝟtuose opatōes: vbi vigēt deliciose affectōes. Nec forte min9 pfecte dici pōt cella vinaria: vbi illa celestia fercula odorant: illa vina angelica gustant: qb9 amici aliqñ hic in terris psolant. S3 heu minime vt timeo dici pōt cubiculū oib9 creaturis abscōditū: soli spōso pparatū stratū τ ornatū: vbi spōsus cū sponsa: dilect9 cū dilecta reqescit iter secreta τ idicibilia sui familiaris oscula. vbi sepe audiunt talia τ ta3 archana. q qdē itelligunt: s3 nō dicunt. q: forte vel exprimi nequeūt: vl' ab hoib9 sm hoie3 viuētib9 pcipi nunq̄3 pñt. Si tñ ex abūdantia diuine pietatis aliqñ ip3 post fletū τ plāctū: post luctū τ gemitū. postpositūq3 seculare negociū ad modicū vidistis in orto deliciaꝝ: vl' forte qd magis verū est añ fores adhuc vobis clausas p foramē ispe ꝗstis in cellā vinariā. τ vidistis spōsu3 ornatū τ succinctū: trāseūtē: ministrātē: ppinātē suis amicis varia fercula τ vina deliciaꝝ: τ statim ignota τ icognita. nec adhuc ad talia admittēda: p ianitores expulsi τ repulsi fuistis. τ iterato heu ad solita τ mundana redīstis. S3 tñ post hoc ad cor reuersi: nō imemores illi9 iocūde societatis: quā gaudio cordis in orto deliciaꝝ aspexistis. Nec nō τ illi9 btissime iocūditatis τ sollēnitatis quā desolatā p rimulā ispexistis. de q nescio quale solaciū: sed tñ tale qd exupat oēs sensum: τ omne hui9 mūdi puiuiū p spiramentū modicū sensistis. Tūc cū maria matre iesu3 pditū cū dolore τ merore qrite. Currite cū planctu τ gemitu post iesum qrēdū. Querite tūc τ flentes dicite. O qñ te inueniem9 psolatorē quē expectamus. Qñ te inueniemus gaudiū nostrū qd desideramus. O si aia nostra adhuc redire sel' valeat: τ nō ad amplex9 τ oscula: saltē vbi redolet ortus deliciaꝝ: τ suauissime fragrat cella vinaria. Ia3 aia per teipsa3 qre dilectū tuū quē pcepisti: tu9 est fili9 que3 genuisti. τ qre dimisisti a quo tot' τ tam insolita gaudia suscepisti. O vos reges inclyti: vos pncipes τ defensores τ coopatores mei Uos hacten9 qsiuisti vt regē q vos sua gra coronaret. vt doctorē qui vos sua sapia illustraret. vt psolatorē q sua clemētia vos reficeret. Nūc supest vt ego qra3 filiū quem pdidi dilectū: quē amisi amantissimū iesum meum quē heu infelix τ misera in tēplo dimisi: post q̄3 demū ad vana τ falsa τ inania me puerti. Heu me derelictā τ desolata3 τ omni ignominia plenā reliquit. Quare suis cōsilijs nō acquieui. Quare in suis monit nō permāsi. Quādiu suā pñtiā per verā solationē sensi: affuit mihi ois boni abūdātia. q̄3diu ipsum habui oib9 bonis abūdaui. S3 heu q̄3 iselix τ q̄3 miserabilis: ppter pauptatē amisi diuitias. ppter aspitatē postposui delicias: ppter curā τ sollicitudinē dereliqui qetē magnam τ spūs dulcedinē: ppter alienū neglexi meipsum. ppter hoie3 regendū perdidi deū meū dilectū meū: psolatorē meū: dulcissimū iesu3 filiū meū. Quid ergo faciā: quo vadā: vbi qram. vt iterato ipsu3 iueniā. Aliquotiēs propter pdicta ipsu3 amisi. sed denuo adiuuante τ reuelante clemētissimo patre misericordiarū deo. in cui9 vinea laboro. cui9 volūtati de psilio maioꝝ deseruio. ad cui9 gloriā ampliādā me dulcis iesu solacijs per occupatione3 cordis sepi9 priuo. ppter cui9 honorē pseruādu3 varijs tribulatōib9 me expono. ipso ex solita pietate auxiliāte: perditū cū ingēti cordis gaudio post varios singult9 τ gemit9 etiam inter abūdantissimas lachrymas repperi τ iueni. O vtinam ipsu3 adhuc semel taliter inuenirem. puto q amplius nō dimitterem: s3 totis virib9 retinerē. Quid ergo faciā. Sur-

gam ⁊ querā quē diligit aīa mea: post q̄ꝫ oc
cupatiōes ⁊ sollicitudines dimittā: ad orādū
me ꝯferā. Et si hec nō sufficiūt: iter cognatos
⁊ notos .i. spūales ⁊ deuotos ipsuꝫ q̄rā. Ipsi
sunt in qbꝰ habitat. ipsi sunt cū qbꝰ moratur
qn̄ ab alijs amittit. Hi sunt cū qbꝰ tanq̄ꝫ i so
litudine latitat: qn̄ ipsuꝫ a me miser strepitus
cogitationū fluctuātiū fugat. Heu qn̄ illis si-
milis fui: tūc habui. tūc tenui. tūc amplexatus
⁊ osculatꝰ fui iesum: quē nūc curis distracta:
sollicitudinibꝰ occupata ⁊ afflicta lamētabili
ter amisi. Dicite ergo o vos religiosi: vos ab
stracti: vos solis diuinis meditatiōibꝰ dediti:
nuꝫ quē diligit aīa mea vidistis. Certe scio ꝙ
habetis: scio ꝙ bn̄ scitis. q̄ꝛ sentitis ⁊ gaudetis.
Reddite ergo in charite qđ nō amittitis: cō-
municate qđ non dimittitis. Et si in me ꝓpter
distractionē ad horā feruor dilectiōis tepuit:
habitꝰ tn̄ dilectiōis vt spero nō cessauit. Et si
ꝓpter occupationē familiarē dilecto allocu-
tionē itermisi: a charitate tn̄ ipsiꝰ nō recessi.
Et si ꝓpter ꝓximoꝝ vl' modicā edificationē
ipsi tota mētis intētiōe nō adhesi: desideriuꝫ
tn̄ reuertēdi in mēte habui. Et reuera vt veꝝ
fatear: nō ad gloriā dico: sed tn̄ ad reuocādū
ad dilectū ꝑditū hūiliter allego. nō ꝓpter me
um lucrū: sed ꝓpter suū ꝯsiliū: nō ꝓpter meā
ambitionē: sed ꝓpter suā eternā gloriā ⁊ ho-
norē: nō ꝓpter ꝑlatiōis laudē. sed ꝓximoruꝫ
salutē: curis ⁊ sollicitudinibꝰ dedita. Quare
ergo ꝓpt' hoc ꝙ pia itētiōe etiā q̄si ⁊ gemēs
facerē: dilecti p̄ntia saltē aliqn̄ etsi raro ꝯsola
ri nō deberē. Nō eēt equū. sed si fas eēt di-
cere iniustū ⁊ ipiū. qđ pijssimꝰ iesus nō sta-
tuit. qđ dīna lex nusq̄ꝫ approbauit. Sepe .n.
ꝓpter amici volūtatē dulcis amici p̄ntia iter
mittit: vt postmodū cū ampliori amboꝝ io-
cūditate reparet. Sic ⁊ ego ꝓpter ipsuꝫ aliqn̄
deserui. Si ꝓpter suā gloriā ampliādā: labo
res: ꝑsecutiōes: detractiōes: ipugnatiōes su-
stinui. Si his oibꝰ ⁊ his silibꝰ etiā vsqꝫ defe
ctū repleta fui. ⁊ ad ipsuꝫ gemens ⁊ amēs re
deo: nunq̄d ipsiꝰ solacio vt vl' modicū in tri-
bulatiōe respirē carebo. Quid ergo est. Di

lectꝰ meꝰ loquit mihi. Quid est qđ ꝑ ipsum
in euāgelio clamat. Venite ad me oēs q̄ la-
boratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Nū
quid ego q̄ ꝓpter honorē eiꝰ diei pondus ⁊
estꝰ sustineo: saltē post laborē de micis q̄ ca-
dūt de mēsa dn̄oꝝ suoꝝ refici nō debeo. Ab
sit ergo ne solūmodo vobiscū o vos ꝯtēpla
tiui morabit dilectꝰ: ⁊ laborās agricola sit cō
tēptus ⁊ abiectꝰ. Opꝫ tn̄ sicut scriptura testa
tur: laborātē agricolā aliqn̄ de fructibꝰ celestis
patrie ꝑlibare. ⁊ h̄ ne deficiat in labore. Sic
apl'i iter varia opprobria: martyres iter fla-
gella: v'gines inter cruciatꝰ ⁊ v'bera: sense-
runt dilecti solacia. Ibāt gaudētes a ꝯspectu
cōcilij: collaudātes ⁊ bn̄dicētes dn̄m: q̄m di-
gni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliam pati.
Sic ꝯfessores ⁊ heremite: mōachi ⁊ anacho
rete: post vigilias ⁊ ieiunia: iter lachrymas ⁊
gemitꝰ: senserūt diuina gaudia. Sic rectores:
doctores. ⁊ ecclesiaꝝ fideles ꝑlati: postq̄ꝫ la-
boribꝰ ⁊ curis sunt extenuati: de benignitate
dulcis iesu ipsoꝝ pijssime dulciter sunt corda
refecti. Nō .n. maria iesum frequēter habuit
sola. sed etiā a Martha post ꝑdicationē hi
lariter ⁊ gaudēter receptꝰ fuit. Ego ergo in
dn̄o ꝯfidēs: ⁊ de diuina clemētia tā multipli-
citer ꝓbata ⁊ exemplariter ostēsa ꝑsumens.
dulcissimū iesum aliqn̄ q̄rā cū maria matre i
tēplo: aliqn̄ cū spōsa i cubiculo. aliqn̄ cū disci
pulis i ꝯsistorio. aliqn̄ cū regibꝰ i diuersorio.
¶ Quinta sollennitas de ꝓsentatione pue
ri iesu in templum.

q Vinto ⁊ vltimo ꝯsideret fidelis aīa
qualiter natꝰ paruulus ꝑ diuersoruꝫ
opeꝝ ꝯsummationē: ⁊ nominatꝰ per
celestiū dulcedinū degustationē. ⁊ q̄situs ⁊ in
uentus: adoratꝰ ⁊ honoratꝰ: per spūaliū mu
neꝝ ꝑsentationē in templū sit ꝑsentandus do
mino offerēdus. ⁊ hoc per debitaꝝ gratiaꝝ
deuotā ⁊ humilē actionem. Igit postq̄ꝫ felix
anima mater iesu spūalis ꝑ istiꝰ benedicti fi-
lij cōceptionē purgata per penitentiā. postq̄ꝫ
aliqualiter iam post natiuitatem ꝯfortata per
gratiam. postq̄ꝫ etiā est iam per impositionē

benedicti noīs consolata medullitus. ⁊ tādez
in adoratiōe cū regibꝰ est informata diuinitꝰ
quid aliud restat: nisi vt in celt sancti hierusa
lem portet: ⁊ in templū diuinitatis presente-
tur deus: dei ⁊ virginis filiꝰ. Ascende igit spi
ritualis Maria: nō iam in mōtana: sed in ce
lestis hierusalē habitacula beate trinitatis ⁊
indiuidue vnitatis. Flecte humiliter mētis ge
nua in superne ciuitatꝫ palacia. Ibi ante thro
num eternitatis deo patri filiū tuū represen-
ta: laudando: glorificando ⁊ bn̄dicendo pa-
trem ⁊ filiū cum sancto spiritu. Lauda cū iu
bilo deū patrem: per cuiꝰ inspirationē bonū
ppositū concepisti. Glorifica cuz gaudio de
um filiū: per cuiꝰ informationē conceptū p-
positum ope perfecisti. Benedic ⁊ sanctifica
sanctū spiritū: per cuiꝰ ꝯsolationē in bono ex
ercitio hactenus perstitisti. O aīa deum pa-
trem in omnibꝰ donis suis ⁊ bonis tuis glo-
rifica. q: ipse est qui te de seculo per occultaz
inspirationem euocauit: dicens. Reuertere
reuertere sunamitꝫ: reuertere reuertere. De
um filiū tuū in oībus factis tuis magnifica.
Ipse enim est qui te de demonis seruitio per
secretam suā informationē liberauit dicens.
Tolle iugum meū super te. Iugum demonis
abijce. Iugū suū amarissimum: iugū meum
suauissimū. Iugum suū sequit cruciatus eter
nus ⁊ tormenta. iugum meum sequit fructꝰ
suauissimus ⁊ requies opulenta. Iuguz suuz
si qn̄ dulcedinem exhibet: falsa est ⁊ momen
tanea. s. dulcedo. iugum meū qn̄ dulcedinem
confert ⁊ leticiā vera est ⁊ salutifera. Ipse su
os seruitores modicuz aliqn̄ extollit vt i eter
num confundat. Qui aūt honorificat me sic
ad momentū humiliat: vt eternaliter glorie-
tur ⁊ regnet. Ista fuit doctrina qua te dei fili
us aliqn̄ per se: aliqn̄ p suos. doctores ⁊ ami-
cos reformauit. a demonis falsa persuasione
a carnis ⁊ mundi blanda deceptione libera
uit. Deum ⁊ spm̄ sanctū semper bn̄dic ⁊ san
ctifica: qui te per suā consolationē mellifluaz
in bono confortauit. dicens. Venite ad me
omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego re
ficiam vos. Qualiter enim o omnia tenera ⁊
delicata: fragilis ⁊ infirma: delicijs mundi as
sueta: gaudijs huius seculi tanq̄z fecibus vi-
narijs more porcorum inebriata. qualiter po
tuisses inter tot ⁊ tanta antiqui hostis retia.
inter tot falsa consilia. inter tam varia impe-
dimenta: inter tam inumerabilia amicorum
consanguineorum ⁊ aliorum propinquorum
a via morum vulnerantium iacula in bono
perstitisse. qualiter potuisses tot funibus pec
catorum circūamplexa in bono profecisse: si
non spiritussancti gratia fuisses misericordi-
ter adiuta ⁊ sepius dulciter consolata ⁊ refe-
cta. In ipsum igit refunde omnia opera tua:
tibi nihil retine. Dic cum pura ⁊ deuota mē
tis intentione. Omnia opera mea operatus
es domine. In conspectu tuo nihil sum. nihil
possum. de tuo munere est q subsisto. sine te
nihil agere possum. Tibi clementissime pa-
ter misercordiarum qd̄ tuum est offero. tibi
cōmendo: tibi cōmitto me indignam ⁊ ingra
tam omnibus donis tuis per te mihi collatis
humiliter recognosco. Tibi gloria: tibi gra-
tiaruz actio: o beatissime pater maiestas eter
na. q: me per tuam infinitam potentiam de
nihil creasti: te laudo: te glorifico. tibi gratias
ago: o beatissime fili: claritas paterna. q: me
per tuam eternam sapientiam de morte eter
na liberasti. te benedico: te sanctifico: te ado-
ro: o beatissime spiritus alme. q: me per tuā
benedictam pietatem ⁊ clementiam de pec-
cato ad gratiam. de seculo ad vitaz religio-
sam: de exilio ad patriaz. de labore ad requiē
de merore ad iocundissime ⁊ deliciosissime
beate fruitionis dulcedinem reuocasti. Quā
dulcedinem nobis dulcis iesus concedat.
Qui cum patre ⁊c̄.

Finit tractatus domini sancti bonauentu
re de quinq; festiuitatibus pueri iesu.

¶ Sanctus bonauentura ad dñam Blancam reginam hispanie de regimine anime.

P Rimum hominum necesse habes anima mea: altissime pijssime: sanctissime: de optimo deo sentire.

videlicet
Certa fide credendo
Attenta mente ꝯsiderádo.
Perspicaci rationis intuitu cum ámiratione perspiciédo.

Altissime quidem de optimo deo sentis.

Si cuncta
De nihilo creátis ⁊ suppoꝛtátis imensam potentiam.
Gubernantis ⁊ oꝛdinantis infinitam sapientiam.
Judicátis ⁊ retribuentis indeterminatá iusticiá.

Fideli pio ⁊ ꝑspicaci cótuitu. ⁊ credis ⁊ ámiraris ⁊ ꝑspicis. ⁊ extra te exiens: ⁊ intra te ingrediés: ⁊ supꝛa te transcendens: vt illud veraciter decantes. Exultauerũt filie iude ꝓpter iudicia tua dñe: qm̃ tu dñs altissimus sup omné terrá nimis exaltatus es super oés deos ⁊c̃. Pijssime de optimo deo sentis: si eiusdé misericoꝛdiá ammiraris: amplexaris ⁊ benedicis.

At sũme
Benigná i nr̃e hũanitatis ⁊ moꝛtalitatis assumptione.
Uiscerosá in crucis ⁊ moꝛtis perpessione.
Liberalé in spũssctí donatione: ⁊ sacramentoꝝ institutóe: cũ seipsuz cómunicet liberalissime in sacro altaris: q̃ten⁹ illud psal. ex aío cátes. Suauis dñs vniuersis ⁊ miseratóes ei⁹ sup omnia opera eius ⁊c̃.

Sanctissime de optimo deo sentis: si eiusdé inexplicabilé sancticaté aduertis miraris ⁊ laudas. atq3 illi cũ sctĩs seraphin: sanct⁹ sctũs sctũs ꝓclamas. Sctũs pꝛimo ꝗ est in seipso sanctitaté ita sũme ac purissime hñs: vt iposs ibile sit ipsuz aliqd nisi sctm̃ velle vl' approbare. Sctũs scd̃o ꝗ est sanctitaté ita ꝑfecte in alijs diligens: vt ipossibile sit ipsuz ꝟe sanctitaté seruãtib⁹ aut gr̃e dona subtrahẽ: aut glie ꝓmia denegare. Sctũs ⁊ tertio. ꝗ est ita seuere oppositũ sctitatis abhoꝛrens: vt impossibile sit ipsum pctá nisi abhoꝛrere: aut reprobare: aut impunita relinq̃re. O, si sic senseris: cum legislatoꝛe cantabis. Deus fidelis ⁊ absq3 vlla iniquitate: iustus ⁊ rectus.

Post hoc oculos tue mentis ad dei legez conuerte: que te iubet exhibere.

scilicet.
Altissimo coꝛ humile.
Pijssimo coꝛ deuotũ
Sáctissimo coꝛ illibatũ

Coꝛ inq̃3 hũile debes exhibere altissimo

Per
Reuerentiam in animo
Obedientiam in facto
Honoꝛificentiaz in verbo et signo: q̃tenus ẜm apl'icam regulam ⁊ doctrinam: omnia in gl'iam dei facias.

Coꝛ aũt deuotũ exhibere debes pijssimo

Per
Interpellationé feruentiũ ꝓcum
Degustationé spũaliũ suauitatũ
Actioné multipliciũ gratiaꝝ: vt aĩa tua iugiter ꝑ desertũ ascédat i deũ. sic ꝟgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris.

Circa originale nota ꝙ ab alijs in q̄ttuor distinguit. q: habet vnitatem: cōmunitatem: equalitatem: ꝛ differentem q̄litatē. Primo vnitaté: hʒ q: est vnū in omnib⁹. Nam in vno hoie est vnum numero: in oib⁹ est vnū ꝓportiōe respectu ad vnū principiū. Alia aūt peccata sunt varia ꝛ diuersa. Q, autē peccatū originale sit vnum: patet ex ipsa natura cū qua traducit. q: sicut humana natura est vna. ita infectio nature est vna. Et hoc potest patere multis exéplis. Uidemus enim ꝙ arbor vnius nature multa folia habet: ꝛ tamen omnia folia eandem figuram habent. Et arbor vna multos fructus producit: q̄ silēm saporem hñt. Silr̄ est in proposito. q: ab vno hoie oēs hoīes producunt. Et q: ipse prim⁹ hō peccatum originale cōmisit: ideo in omnes posteros transmisit. Ideo dr̄ ad Roma. v. c. Sicut per vnū hominé pctm̄ intrauit in hūc mūdū. Secundo habet cōmunitatem: qđ de alijs nō cōtingit. Peccatum. n. mortale non est in oib⁹. q: non fuit in Johāne baptista. Hieremia: ꝛ multis alijs. ꝛ etiam veniale: q: nō fuit ī beata virgine. Aug. Cum de peccatis agitur: nolo de virgine fieri mentionem. Sed originale oib⁹ est cōmune: q̄ per carnalé originé descenderūt. Et q: christus nō descédit ab adaʒ per originé carnalé vel seminalē. ideo pctm̄ originale non contraxit. Et ideo dicit Augu. ꝙ esse sine pctō solius est redéptoris qui fuit sine pctō ꝯcto ꝛ cōmisso. Et si aliquis alius miraculose ex carne hūana formaret: pctm̄ originale non haberet. q: ab adam ſm legem cōmunem. s. ꝯcupiscétie nō descéderet. Cum autem omnes ab eo ſm legem predictā descendant. id est ſm seminalem rationem. omnes contrahunt originale peccatum. cuius signum est mors: que est stipendium originalis Unde Roma. vi. Stipendia peccati mors. Unde sicut omnes morimur. ita omnes originale contrahimus. sed si aliquis non contraheret: redemptione facta per christuʒ non indigeret. quod est hereticum. ꝛ a fide catholica alienum. Tertio habet equalitatem. In alijs peccatis magna diuersitas est. quia homicidium est maius peccatum q̄ʒ furtum ꝛ adulterium q̄ʒ fornicatio. ꝛ sic de alijs. Et in venialibus sunt etiam gradus pencs illa tria que dicit apostolus. i. ad Chorinth. iij. lignum: fenum: stipulam. Sed peccatum originale equale est in omnibus: quia est a principio nature: que equaliter est in omnibus.

Quarto habet differentem qualitatem. q: reliqua peccata ideo sunt peccata: q: voluntaria. etsi non essent voluntaria nō essent peccata. Sed peccatum originale non est voluntarium voluntate contrahentis. sed tantū voluntate primi originantis. Alia etiam peccata non traducunt in filios a parentibus: sed originale traducitur. Et ratio huius est. q: in quolibet homine duo sunt. natura ꝛ persona Ea que sunt persone non traducuntur a parentibus in filios. Non enim pater traducit in filios virtutes ꝛ scientiaʒ quas proprio studio acquisiuit. nec peccata que proprio actu cōmisit. sed ea que pertinent ad naturam speciei a parentibus in filios traducuntur: nisi aliquod eueniat impedimentum. Unde oculatus generat oculatum. Et sic cum originale peccatuʒ sit nature: a parentibus in filios traducitur. Sed peccatum mortale: cum sit peccatum persone: in filios non traducitur. Huius exemplum. s. peccati originalis in rebus sensibilibus apparet. Si aliquis vellet haurire de fonte aquam que esset turbida ꝛ corru

pta: hauriendo aquam hauriret corruptionem. Simile est in proposito. qꝛ cum tota natura sit corrupta per peccatum originale: quicunqꝫ recipit naturam: simul recipit ⁊ peccacatum. Item alio modo. Omnes homines qui nascunt ex adam possunt considerari vt vnus homo inquantũ conueniũt in natura quam a p̃mo parente accipiunt. ⁊ sic multi homines ab adam deriuati sunt tanqꝫ multa membra vnius corporis. Actus autem membri corporalis: non est voluntarius voluntate ipsius manus. sed voluntate ipsius anime: que primo mouet mẽbra. Unde homicidiũ quod manus cõmittit: non imputatur manui ad peccatum ẜm se vt diuisa a corpore. sed imputat ei inquantum est hominis aliquid per quod mouet. qꝛ a principio hominis est motio. Sed inordinatio que est in homine isto: non est voluntaria voluntate. s. ipsius hominis: sed voluntate p̃mi parentis. Unde inordinatio ade in qua omnes originaliter fuimus: redundat in omnes. Sic calefactio epatis redundat in faciem. Uidemus enim q illi qui habent epar calefactum: habent vultũ croceum propter colligationem membrorũ ad vnum principiũ.

Hunc aũt videndũ est quid sit originale peccatum. Circa qđ sciendum q sicut quilibet artifex opus suum ordinat ⁊ disponit: vt possit consequi debitũ finem. ita deus hominem ordinauit vt possit peruenire ad vltimum finem. Cũ igit finis humane nature omnis nature facultatem excedat. non poterat homo ad p̃dictum finẽ puenire. ⁊ ideo deus addidit humane nature donum iusticie naturalis. que quidem iusticia in hoc consistebat: q q̃zdiu fuit aĩa deo subiecta: ipsi aĩe subijciebant omnes vires corporis: ⁊ ipsũ corpus. ita q nullus motus poterat eẽ in corpe sine imperio ratõis: Uñ in elementis ex quibus corpus componitur nõ fuisset aliqua pugna. nec in humorib9 alqua discrasia:+ si anima deo perfecte subiect'a fuisset. In viribus etiam corporis ⁊ anime non fuisset motus contra imperiũ rõnis. qꝛ nec concupiscentia tetendisset effrenate i delectabile p̃ter regulas ratõis: potentias anime ⁊ vires corporis regulantes quantum ad obiecta ⁊ actus earum. Et ideo statim amoto primo ordine: etiam secundus ordo est rationabiliter mutatus. qꝛ q̃zcito anima fuit inobediens deo: ⁊ corpus fuit inobediens aĩe De qua inobedientia dicit Roma. vij. Uideo aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis mee ⁊c. Illud ergo qđ hũc ordinem priuat dicit peccatũ originale. id ẽ priuatio originalis iusticie. Qđ tali patet exẽplo. Corpus in statu inocentie erat sicut equ9 frenatus qui ducitur ẜm voluntatem sessoris. sed postq̃z frenum deponitur inordinate mouetur. Ita enim deus in primo statu' frenabat corpus q moueri non poterat: nisi ẜm regimen rõnis. sed postq̃z homo peccauit: deus frenũ deposuit ⁊ subtraxit. ⁊ sic effrenate effertur contra imperiũ rationis Hoc est' qđ dicit Gala. v. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ex isto peccato multi defectus sunt in homine. sicut ex graui infirmitate corporali relinquunt reliquie infirmitatis preterite. s. debilitas in operando. alteratio gustus in appetendo: visus in respiciendo: gressus in ambulando. Sic ex originali pctõ quedam reliquie relinquunt: q̃ vulnera appellant. Qđ sic patet. Quãdiu fuit anima deo subiecta: nihil inordinatum cõtingebat in carne nec in virib9 anime. Nam desideriũ ordinate ferebat in suũ delectabile: ⁊ anim9 in aggressibile: ⁊ intellect9 in intelligibile: ⁊ volũtas in appetibile. Ex quo aũt anima recessit a dei imperio: statim inordinatio ⁊ p̃dictio in oibus accessit. Et sic desiderium vulneratũ concupiscentia: animũ discrasia: intellectum ignorantia: voluntatem malicia habuit. Sunt ergo ista quatuor vulnera ex primo peccato inflicta. Quorum primum. s. concupiscentia est quasi vulnus insanabile. vnde miro mõ inimicatur anime. Ideo assimilatur cuidaꝫ animali quod vocat hydrus: qđ mirabiliter in-

+ δυσκρασία, intemperies

imicaṫ cocodrillo. Cũ.n.sit aial venenosum inuoluit se in herba: quã cocodrillus degluti ens ex veneno moriṫ: ⁊ hydrꝰ de vẽtre eiꝰ exit illesus. Sic ꝯcupiscia inuoluit se delecta tõibꝰ: ⁊ hõ deglutiẽs mũdi delectabilia: deglutit ꝯcupisciaꝫ: q̈ aia venenaṫ ⁊ priuaṫ vita gr̃e. Hec ẽ ĝ plaga isanabil: q q̃nto magis ð gustaṫ: tãto magis degustãs famelicꝰ reddiṫ vel efficiṫ. Et iõ dr̃ in ꝑuer. ⁊ hr̃. vij. ethi. Quid opꝫ bibẽ eũ quẽ aqua suffocat. Qua si diceret. Sic̃ aqua suffocat nõ satiat. ita ꝯcupiscẽtie deditũ nihil ẽ qꝺ satiet. Hec ẽ plaga q oẽ bonũ eradicat spũale. Jõ dixit daniel seni q̇ in ꝯcupisciaꝫ susanne exarserat. Cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. A corde siqdẽ procedũt sensus ⁊ motꝰ ⁊ corpales actꝰ. Vñ destructo corde oia illa destruuntur. Et sic ꝯcupiscia cũ cor subuertit oia alia bona ꝯsumit. Secũda plaga ẽ ignorãtia: q vulnerat itellectu. Psal. Lumẽ oculoꝝ meoꝝ: ⁊ ipsuꝫ nõ ẽ mecu. Sꝫ amisso visu: amittiṫ oẽ gaudiũ. ꝭꝫ illꝺ Thob. v. Quale gaudiũ mihi erit q̇ in tenebris sedeo: ⁊ lumẽ celi nõ video. Et ħ iõ. Q2 dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis vidẽ solẽ. Et rõ huiꝰ ẽ. q2 vt dic̃ sapiẽs. iter oẽs sensus visus ẽ diligibilior. Sꝫ si hoc ẽ de visu corpali: mlṫo magis de visu spũali. Hec ĝ plaga ex ꝑmo pctõ ẽ. q2 oẽs iuoluimur tenebris vt dr̃ in Job. Tertia plaga ẽ passiõis vl' ipotẽtie discrasia. q põt dici ifirmitas in aia ad silitudinẽ ifirmitatꝭ corpalis. Dr̃ aũt corpꝰ ifirmũ qñ debilitaṫ vl' in executõe ꝓprie opationis: vl' ipediṫ ꝓpter aliquã iordinationẽ partiũ corpis: ita humores ⁊ mẽbra nõ subduntur ṽtuti regitiue corpis. Sic̃ oculus dr̃ ifirmus qñ nõ põt clare vidẽ. Sic ifirmitas aie dr̃ qñ ipsa ipediṫ in ꝓpria opatõe. eo ꝙ ptes eiꝰ nõ subdunṫ regimini rõis. Vñ pħs i ꝑmo ethi coꝝ cõparat icõtinẽtẽ palytico: cuiꝰ ptes mouenṫ in ꝯ̃rium eiꝰ qꝺ ipse dispõit. Jõ clamat aplus Ro. vij. Nõ qꝺ volo bonũ hoc ago: sed qꝺ odi malũ illꝺ facio. Inter oẽs aũt passiões que debilitãt aiaꝫ: nulla ita debilitat vt amor carnalis. Vñ aia ꝓpter amorẽ lãguet. Lãguor aũt est ifirmitas aie vt dicit Tullꝰ. Et rõ huiꝰ est. q2 tũc aia ifirmaṫ ⁊ lãguet qñ a ꝓpria ⁊ nãli forma discedit. ħ aũt fac̃ amor q trãsformat amãtẽ in amatũ. ita ꝙ amãs iã nõ agit ꝭm suã formã: sꝫ ꝭm formã amati. Jõ dicebat spõsa in Cãticis. v. Nũciate dilecto meo q2 amore lãgueo. Qñ aũt passio amoris mlṫũ itẽdiṫ: amittit rõnis vsum. q2 mlṫi ꝓpṫ abũdãtiã amoris ꝯ̃si sũt in isaniã. Amor aũt nihil aliud ẽ q̃ꝫ cõplacẽtia alicuiꝰ rei ꝯueniẽtis accepte ꝑ sensus. Et ex hoc amore ꝓcedit cõcupiscẽtia q tẽdit in reꝫ amatã. nec põt q̇etari donec ꝑueniat. ⁊ cũ ꝑuenerit delectaṫ. q2 delectatio nihil aliud ẽ q̃ꝫ q̇etatio in re adepta. Hic plura dicta sũt q pñt ꝯuenire ꝑmo vulneri. Quarta plaga ẽ malicia q̇ vulnerat volũtatẽ. Sꝫ videṫ ꝙ volũtas nullũ peccatũ cõmittit ex ꝓpria malicia. q2 sic̃ dic̃ dionysiꝰ in li. de di. no. Nullus ad malũ respiciens opaṫ. Ad qꝺ dicẽdũ ꝙ malũ nõ põt esse ꝭm se itẽtũ. sic̃ vsurariꝰ extor: quẽdo vsuram nõ itẽdit offensaꝫ diuinã. sꝫ itẽdit mlṫiplicare pecuniã. Vñ bñ vellet si posset absqꝫ offensa dei hr̃e pecuniã. Sꝫ duobꝰ ꝓpositꝭ offensam dei negligit: ⁊ acquirit pecuniam. Et sic est de omnibus alijs.

## De mortali peccato.

Dicto de originali pctõ: dicendũ ẽ de mortali. Et q̃riṫ. Vtrũ aliqd possit eẽ mortale pctm̃. Et videṫ ꝙ nõ. q2 mortale dr̃ qꝺ mortẽ ifert. sꝫ nõ põt iferri aie mors: cũ sit imortal'. ergo nullũ pctm̃ ẽ mortale. Itẽ mors ꝓpria opatõe hoieꝫ ꝑuat. vñ hõ mortuꝰ nihil põt opari. sꝫ pctõres i pctõ exñtes mlṫa strẽnue opanṫ: ⁊ ꝑspicue itelligũt. ⁊ sic videṫ ꝙ nullũ sit pctm̃ mortale. Et dicendũ ꝙ mlṫa sũt pctã mortalia. ⁊ ṽe aliqꝺs actꝰ hũanꝰ hꝫ rõeꝫ pcti mortal'. Est.n. pctm̃ mortale qꝺ corrũpit vitã: tollit efficaciã: dimittit viã: ⁊ obligat ad gehẽnã. Vita aũt spũal' cõsistit in calore: sic̃ vita corpalis. Vñ defectꝰ caloris ẽ defectꝰ vite. Sic̃ videmꝰ in moriẽtibus ꝙ paulatim calor deficit i extremitatibꝰ corpis: q priꝰ ifrigidanṫ. ⁊ calor ad ꝑncipium

vite: idest ad cor recoligit. qui cū ex toto defi
cit ibidem. vita totaliter perit. Huius exēplū
videmus in lucerna. i qua q̄ꝫdiu est calor vl
humor vel liquor: tamdiu est ibi splendor lu
minis. ⁊ deficiente calore deficit lumen. Sic
vita spūalis nō est aliud nisi quidam calor. i.
amor diuinus. qui quidem duplicē faciem hꝫ
ſm duplicem aspectum. vnam que respicit
deum. aliā que respicit ꝓximū. quia charitas
nihil aliud est q̄ꝫ dilectio qua diligit deus ꝓ
pter se: ⁊ proximus ꝓpter deum. Illud ergo
qđ iustum amorem corrūpit est peccatū mor
tale: sicut blasphemia: piuriū: heresis: ⁊ hu-
iusmōi. que charitatem corrūpunt quā habe
mus ad deum. falsum testimoniū: furtum et
hmōi: que contrariant charitati quam habe
mus ad proximū. ⁊ omnia que preceptis de
calogi ꝓhibentur: peccata mortalia iudican
tur. Secūdo tollit virtutis efficaciam. Ex
quo enim homo in mortale se precipitauit: iā
non potest per se resurgere: nisi gratia salua
toris mediāte. Ideo dicitur in psal. ꝙ hō est
spūs vadens ⁊ non rediens. i. per se in pec-
catum vadens: sed non per se resurgens. Si
cut per se potest se ꝓijcere in profundū lacuꝫ
vel lutum: sed nō potest per se exire. Et ideo
per se homo ad mortē vadit: sed nō per se re
dit: nisi miraculose. q: nō est regressus de pri
uatione ad habitū ſm naturā. Tertio di-
mittit viam. Omnis eniꝫ via ducit ad aliquē
finem: sicut omnes vie contra ciuitatem du-
cunt ad ciuitatē. Ultimus autem finis oīum
est vnus. scilicet deus. Nam sicut ipē ē vnuꝫ
principiū ⁊ vniuersale: ita est vnus finis ⁊ vl
timus omniū. Quando autem alius consti-
tuitur diligitur ⁊ eligitur: receditur ab hoc fi
ne vltimo. Et cū finis sit maxime diligibilis:
ille finis constitutus diligitur plus q̄ꝫ deus q
est vltimus finis. Hoc autem non potest sine
mortali accidere: sicut patet in gulosis qui vē
trem ꝓ deo colunt. De quibus Philip. iij.
Quoꝝ deus venter est. Et hoc sic patet. Si
ꝓponatur guloso deus ex vna parte: ⁊ cibus
delectabilis ex alia parte: ipse spreto deo icō
mutabili bono per amorē cibo inheret tāq̄ꝫ
vltimo fini. Et si luxurioso ex vna parte pro
ponatur adulteriū prout est delectabile: ⁊ ex
alia parte deus prohibens: contēnit dei ꝓhi
bitionem: ⁊ se adulterine delectationi imer-
git: ⁊ deuiat a fine. Et hec est differentia pec
cati mortalis a veniali. Quia mortale totali-
ter elongat a via: ⁊ retrorsum graditur. ⁊ iō
quanto magis a via deuiat: tanto magis a fi
ne recedit ⁊ elongatur. Psal. Longe a pec-
catoribus salus. Ueniale autem a via nō ab-
ducit: nec ab vltimo fine separat. Quar-
to obligat ad gehennam. quod nō contingit
de veniali vel originali. Sed videtur incon-
ueniens ꝙ pro modica delectatione quis ad
iudicetur eterne damnationi. Est dicendū ꝙ
pena cōmensuratur ſm conditionem illius ī
quem peccatur. Unde magis peccat qui ꝑ-
cutit militem: q̄ꝫ qui rusticum. et magis qui
regem offendit: q̄ꝫ qui militem: ⁊ sic de alijs
ſm gradum nobilitatis. Qui ergo offendit
deum: qui est infinitum bonum: merito pe-
nam incurrit infinitam: propter contemptuꝫ
maiestatis diuine: ⁊ infinitati culpe respōdet
infinitas pene in dānatione. Unde pena dā
natoꝝ est īfinita: ⁊ est finita. Finita est ī acer
bitate: ⁊ hoc respōdet delectationi que fuit ī
actu peccati. Infinita est in duratione: ⁊ hoc
ꝓpter ꝯtemptū dei qui est infinitus. Ad illđ
quod obijcit ꝙ anie nō potest inferri mors.
Dicendum est ꝙ duplex est mors. s. nature ⁊
culpe. Quo ad mortē nature anima dicitur
īmortalis. sed quo ad mortē culpe morit. Q:
sicut dicit Augustinus in libro de mendacio.
Sicut corpus viuit ex anima: ita anima viuit
ex deo: sed anima separata a corpe morit cor
pus. ergo cū deus separat ab anima: morit
anima. sed nō separat nisi ꝑ peccatū mortale.
ergo ⁊c̄. Ad aliud ꝙ mors priuat ab oꝑatōe
Dicendū ꝙ quicquid peccator operat mor-
tuum dicit. nec tamen debet cessare a bonis
opibus. Sicut īfirmus: si vtatur malis cibis
leuiter moritur. si aūt bonis: paulatim ad sani
tatem reducitur.

## De veniali peccato.

Post mortale ⁊ originale dicendum est de veniali. Circa qḋ quattuor q̄renda sunt. scilicet de ipsius essentia efficacia: sufficientia ⁊ indulgētia. Quantum ad primum peccatum veniale dicitur tripliciter. s. ab euentu: a causa: ⁊ a sua natura. Ab euentu: q: omne mortale dicitur veniale per penitētiam vt dicit Ambro. A causa qn̄ in natura sua habet vt veniam mereatur. sicut peccatum qḋ fit ex infirmitate vel ignorantia habet in se causaꝫ venie. Nam qui ex infirmitate frangit ieiuniū non incurrit peccatum. Et si ex ignorantia aliquis faciat qḋ non credat peccatum: veniam meretur. A sua natura ⁊ a suo genere: vt verbum ociosum: ridere ⁊ huiusmodi. Quo ad sufficientiā licet peccata venialia non sint determinata in aliquo modo: possunt tamen reduci ad certum numeꝝ: scilicet ad ternarium. scꝫ lignum: fenum: ⁊ stipulā. Et ratio huius est. Quia veniale dicitur qḋ de facili purgatur ⁊ consumitur. ⁊ ideo per hec tria designat̄. quia ab igne de facili comburuntur. Per lignum quidem peccata venialia grauiora designantur. per stipulā leuiora per fenum mediocria designantur. Et huius ratio est: quia omnia ternario consistunt. Unde quelibet creatura habet suū ternariū. scilicet essentiaꝫ: virtutem: ⁊ operationē. Et quelibet operatō consistit in ternario. s. in principio: medio: et fine. Et anima in sua natura habet ternariū. scilicet memoriā intellectum ⁊ voluntatem. Item peccata mortalia per tria distinguunt̄. sicut dicit glo. super epistolam. i. ad Chorin. iij. s. per ferꝝ: es: ⁊ plumbū. Quo ad efficientiam nota ꝙ homo potest esse sine peccato mortali: sed non veniali. Et ratio huius. quia homo dū vnū veniale vitat: aliud incurrit. Unde dicunt doctores ꝙ homo potest vitare qḋlibet veniale in particulari: sed non in vniuersali. Et est exemplum de naui: in qua sunt multa foramina. quorū qḋlibet in particulari nauta oppilare potest: sed non omnia simul. Et ideo sinē veniali vix homo esse potest. q: si dixerimus ꝙ peccatū nō habemus: ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis nō ē.

Quo ad indulgentiā nota ꝙ sicut veniale multipliciter incurritur. ita multiplicit̄ purgatur. Modi autem purgationis his versibus ꝯtinentur. Confiteor: tundo: cōspergor: ꝯteror: oro. Signor: edo: dono: per hec venialia pono. i. depono ⁊ tollo. Remittuntur ergo per generalem ꝯfessionem. per pectoris tunsionem. per aque benedicte aspersionem. per cordis ꝯtritionem. per dn̄icā orōeꝫ. per ꝯfirmatōem ac per episcopalē bn̄dictionem. eucharistie sumptōem. offense ꝯdonatōem. extremā vnctōem. leuē penitentiā: cōpassionē fraternā. vt patet i hoc ꝟsiculo. Unctio: pena leuis: ꝯpassio que fit egenis.

Finit liber sancti Bonauēture de tribus ternarijs peccatorum infamibus.

Incipit tractatus sancti Bonauēture de septem gradibus ꝯtemplationis.

Contemplatiuorꝫ aqlinos obtutus acui. ⁊ ipsoꝝ spirituale palaciū ꝓfundi dapibus sup̄ne dulcedinis affectans. septē gradus eo gloriosissimos quo scientia experientie probatissimos in mediū censui deducendos. reseratione quoꝝ odorifera ꝯfido: ꝙ tā intellectui splēdoris copia: qꝫ affectui deifici dulcoris affluētia pijssime matris thearchice exhalabit. Primū igit̄ dicamus ignē. scḋm vnctionem. tertium extasim. quartū speculatōem. quintū gustuꝫ. sextū quietē. septimū gloriā. Primo eniꝫ aia ignit̄: ignita inungit̄: vncta rapit̄: rapta speculatur vel contēplat̄: ꝯtemplans gustat: gustās quiescit. Hec i via possunt acqri: nō tn̄ subito: sed gradatim. Citius aūt hec expitur qui frequentius spūalibus se exercet. Septimus in patria ꝯfert̄ abundatius his qui se i ꝓcedētibus gradibus exercuerūt. Ignis est

vehemēs diuini caloris vel amoris feruor ex
camino supersplendētis hierl'm flabellatus.
Huius ignis calor cōtēplatiui siue scti actiui
viri aiam: cū se ad orādū deū effuderit i con
spectu dei: subito eā valde plucido splēdore
irradiās: q̄z plurimū ignit: ⁊ arētes motꝰ af
fectōesq̄z accēdit malosq̄z cōcremat ⁊ exufflat
teporē inflāmat. ⁊ torporē expgiscere facit. at
q̄z ipam totā aiam velut vesptinū qōdam ⁊
pinguissimū holocaustū diuino cōspectui re-
presentat. Intuet tūc ⁊ gaudet. deus adest ⁊
pauet illa. Ille imissum ignē auget vt magis
caleat. illa ortas affectiones colligens nutrit.
vt eo amplius magis reddat incendiū. quo
abūdantius submistrat materia accendēdi.
Sup hūc gradū pedē fixit qui potest dicere
cū ꝓpheta. Concaluit cor meum intra me.
⁊ in meditatiōe mea exardescet ignis. Et ite-
rum. Inflāmatum est cor meū. ⁊ renes mei
cōmutati sunt. Unctio est velut quidam
roseus liquor: qui per totam animā se diffun
dens: ipsaz erudit: cor roborat ⁊ confortat. di
sponens eam suauiter ad veritatis luculētias
suscipiendas atq̄z pariter contemplandas.
Hac celica vnctione plinitus fuerat qui dice
bat. Unxit vnctione misericordie sue. De q̄
rursum dicit dauid. Sicut ros hermon q de
scendit in montem syon. Hermon interpreta
tur lumen exaltatum. Habet autem signare
infinitissimam iesu bonitatem. Ipse etenim
de se dicit. Ego sum lux mundi. Que quidez
lux de terra in crucem: de cruce vero fuit su-
per pulchritudinem celorum omniū exaltata
ita vt licet semper potuerit. nunc autem con-
uenientius ꝓpter sue humanitatis superpul
crificam claritatem adiectam dici queat sup-
splendens candor ⁊ supercandens splendor
illius eterne ⁊ felicissime regionis. Ros igi
tur montis huius descendit in montez syon.
idest contemplatiui viri mentem. ipsius pre-
cordia tam irrigando fecundans: q̄z fecundā
do irrigans. ⁊ calorem scilicet primi gradus
leniter tempans. ne plus ardeat q̄z oportet.
Quod enim purificat ignis concremando:
hoc vnctio mulcet suam pinguedinem psim
dendo: vt capificilior sit diuinorum ⁊ pulcri
ficorum radiorū ab eternaliter oriente auro-
ra ditissime emanantiū. quibus quidem salu
briter plustrata: ita ſm apostolū docetur de
omnibus: vt nequaq̄z quisq̄z ibidem locus
ignorantie tenebris pateat: vbi fulgeat copia
tam gloriosi luminis. Extasis est deserto
exteriore homine suꝑpius supra se voluptuo
sa quedam eleuatio: ad super intellectualem:
diuini amoris fontem: mediantibus sursum
actiuis virtutibus ꝓ viribus se extendens.
Uirtutes sursum actiuas voco humilitatem
⁊ puritatem. Humilitate etenim fit exterio-
ris hois desertio: puritate ꝟo interioris ho-
minis sursum actio. quē quidē ad fontalem
producens radiū: ibidem haurit sanctas the
archici amoris ⁊ inolitas influitiones. Qua
rum gratia posteriorꝫ oblitus ad anteriora
empyrei ⁊ suplucidissimi tabernaculi se ex-
tendit. Est enim extasim faciens amor diui-
nus: nō dimittens suꝑporum amatores esse:
sed amandorꝫ. vt testatur secretorꝫ dei con-
scius Dionysius. Igitur si in vera ⁊ non in
ficta dei charitate sumus ⁊ amore: in sancta
extasi sumus: interiorē hominem ad anterio
ra extendente. exterioris vero sicut posterio
ris obliuisci faciente. Speculatio est bea-
torum ⁊ supercelestiū: ⁊ soli deo scibilium di
uitiarū intellectualis ⁊ affectualis pia inuesti
gatio. Contēplantur autem hic duo. scilicet i
tellectus ⁊ affectus sed intellectus longe dissi
militer ab affectu. Cum enim animus contē
platiuus sensibus spiritualibus suspensis: syn
deresim in specula eterna extendit: apex in-
telligētie ⁊ principalis affectio pariter ferun-
tur mutuo in diuina se promouentes: ⁊ equa
liter ascendentes illa speculando: hec desi-
derando. Precurrente autem intelligen-
tia nec ingredi queunte: vtpote per spe-
culum videns: foris remanet. Affectio ve
ro que nescia est speculi intrans vnitur. se-
cundum illud. Qui adheret deo vnus spiri
tus est. Ingressoq̄z itellectu: qui ante conatu

suo ingredi nõ poterat: a superessentiali ꝛ su perintellectuali deifica bonitate hilariter ex- cipitur affectio ipsa. Susceptamqꝫ superfer uide ipsam desiderantem: ꝛ se sursum pro vi ribus impingentem: ipsam in se profundius trahens: tã intelligentie superclaroꝝ radioꝝ pulcrificãs claritatem fontani splendoris: qꝫ affectioni thearchici ꝛ superimmẽsi saporis: suauiter sanctũ desiderium nutriens: suauita tem superlucidissimam elargitur. Postea il lis sic gustantibus: illam magis desideranti- bus: magis seipam diuina bonitas immittit: ꝛ abundantius superfulget. quoniam multũ diligunt illam summam veritatem: hoc sum- mũ bonum. Felix nimis qui huius gradus collem attingit. hic plane angelificatus in pre senti: futuram iam inchoauit vitam. Ex qui- bus fuerat qui dicebat. Nos autem reuela- ta facie gloriam dei speculantes: in eandem transformamur imaginem: a claritate in cla- ritatem: tanqꝫ a domini spiritu. Ubi potissi- me diuinus iste apostolus vtilitatem expres- sit contemplationis. Quid enim est reuelata facie gloriam domini speculari: nisi remota omni impuritate faciem nostre intelligentie velante: gloriam dei. i. tam superignotam et simplicissimam ꝛ supersplendentem eterni- tatis claritatem: qꝫ superineffabilem ꝛ hu- manis mentibus non capificilem omnino su percelestium substantiarum supertranquillis simam pacem: pie: pure: deuoteqꝫ rimari. Quid vero est taliter speculantes in eandeꝫ imaginem transformari: nisi quia causa sup- actiue suauitatis sunt hec eadem que imagi- nati sumus. vt nos a nobis abstratos ꝛ in se ipsa absorptos. ita torrẽte voluptatis nos po tant: vt necesse sit de terrenis in celestes: de carnalibus in spũales: de hominibus in quo dãmodo angelos transformari. Sic ergo in telligo verbum. in eandem imaginem trans- formari. idest in eadem imaginata. Bene au tem dicitur a claritate in claritatem tanqꝫ a dñi spiritu. q: ab ipo domini spiritu manudu cti supersanctissimis diuinis splẽdoribus ad- implemur. ꝛ per hoc de cognitione incogni- tionem proficimus: sicut per prophetam dici tur. In lumine tuo videbimus lumen. Hec contemplatio vel inuestigatio quasi nihil ha bet periculi vel laboris: in animo pio puro ꝛ vacante. habet vtilitatem inestimabilẽ etiam si nihil inuestiget. Gustus aũt est superin- estimabilis diuine dulcedinis psuauis quedã ꝛ inolita plibatio: ex cellario sancti spiritus in sanctoꝝ contemplatiuoꝝ animas distilla- ta. Prelibatio dico. quoniam permodicum valde est qđ nobis ex ista tam supermagna multitudine diuine dulcedinis tribuitur: qđ pursiue ꝛ superineffabili thearchica bonita te fieri non est dubium. Dum enim stillatim eternis ꝛ supersuauibus illis influitionibus recreamur: frequentius nosipos oratiõibus extẽdimus: atqꝫ ad cumulos omnimode ple nitudinis anhelamus. Quauis autẽ vtrũqꝫ faciunt: tamen plus alliciunt qꝫ reficiunt di- uine ille prelibationes. efficiunt enim esuriẽ: non saturitatem pariunt. Beneficio huius gradus cognitio experientie tribuitur: per quã supercelestium substantiarũ cognitioni conformamur. Quicquid enim diuine men tes nouerunt: hoc illius experientia pbaue- runt. Quia sicut sol terris. sic ipa simplici co gnitioni prelata est. Gloriosi ꝛ felices illi: qui super verticem huius gradus eleuati sunt. Eructant plane hi abundantiã suauitatũ eter narũ nuptiarũ. vacant ꝛ vident qꝫ suauis est dominus. Quies est totius anime mira quedam et suauis tranquillitas: per infusam nobis ex frequentia oratõis dulcedinem cõ creata. Solis valde spiritualibus experiẽtia huius quietis conceditur. quibus ꝛ daĩ etiã ipsas supercelestes substantias contemplan do transcendere. Superignota enim boni- tas ipsis familiaris: seipsam eis immittit: ꝛ ipsi tota virtute: dilatato sinu sancti desiderij po tenter suscipiunt beatas immissiones: anima libus ꝛ presumptuosis omnino incognitas. Sic igitur puris sanctorum contemplatiuo- rum animabus: tam insueto nutrimento di-

tissime adimpletis: splendescit ipsorum ro: dulcescit co̅cupiscentia: hilarescit irascibilis. ex di lectione quorum deificam illam quieté no̅ ambigimus emanare. Hic gradus gloriosior et preciosior est: quo vltimo modo gradui qui solum patrie est appropinquat. De septimo tutius tacendum censui q̄ loqué du̅. q̄m nulli viatorum ascensus siue visio huius grad⁹ patere potuit: nisi illi celesti paulo: qui se raptum vsq̄ ad huiusmo̅i per sacrá scripturaz asserit. Felix certe sup dulcissime et gloriosissime virginis Marie aia cui hoc datu̅ est in via: quod nulli sanctorum aliqua̅do possedert. Portauit ergo illam glo:iá a qua po:tantur ceteri. Ascendit illa gradu̅ hunc p fidei cognitóem. descendit ille ad eá carnis assumptóe3. Quid hunc gradu̅: hanc gloriaz censeam dicis. Nihil aliud q̄ xp̄m quem peperit: quem lacte virgineo educauit: manibus eburneis contrectauit. dulcissimo gremio fouit: pudicissimo vultu blandiebat. castissimo amplexu complexa est: dominu̅ nostrum iesum christum. qui est benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Finit tractatus sancti Bonauenture ordinis fratrum minorum de septem gradibus contemplatiuorum.

¶ Incipiunt sermones de decem preceptis sancti Bonauenture.

Si vis ad vitá ingredi serua má data. Verba ista scripta sunt i Matheo. et sunt v̄ba saluatoris nostri. in q̄bus explicat nobis summa totius n̄re salutis q̄ntum ad duo. Primo quantu̅ ad p̄miu̅ retributóis diuine. Sc̄do quátu̅ ad meritu̅ opatóis humane. Primu̅ ibi. Si vis ad vitá ingredi. Sc̄m ibi. Serua mandata. Et hic rectus ordo tangit: q: finis mouet agentem vt se exerceat ad debitu̅ finem. Sequimur ergo formá illius magni magistri. Sed anteq̄ de preceptis aliq̄d dicamus. dicamus primo de obseruátijs preceptorum. Premittit dn̄s primo motiuu̅. postea subiúgit actu3 per qué possumus deuenire ad debitu̅ fine3. Et notádu̅ q̄ sunt q̄ttuor que debent nos mouere ad obseruádu̅ mádata dei. Primu̅ est auctoritas mandátis. Sc̄m est obseruatóis mádatorum vtilitas. Tertiu̅ est trásgressionis periculu̅. Quantu̅ est irrephensibilitas mandatorum. ¶ Vn̄ ille mádat est magne auctoritatis et obseruatio mandatorum est magne vtilitatis. et in transgressióe est magnu̅ periculu̅. et irreprehensibile est mandatu̅: tunc nullus pót habere excusatóem de obseruatóe mádatoru3. ¶ Primo dico debet nos mouere ad obseruandu̅ mandata dei auctoritas mandantis. q: ille qui mandat. s. de magne auctoritatis é. q̄d patet ex trib⁹. Primo: q: ipse sua magna potentia nos creat. Sc̄do: q: ipe sua mira sapié tia nos gubernat. Tertio: q: ipse sua munifica beniuolétia nos saluat. ¶ Primo dico q̄ ille qui mandat obseruari mádata dei est magne auctoritatis. q: sua magna potentia nos creat. Job. Manus tue fecerunt me. Et in Deut. d̄r. Oculi vestri viderunt oia opera magna dei que fecit: vt custodatis mandata eius. ¶ Sc̄do est magne auctoritatis: q: sua mira sapiétia nos gubernat. Isaias. Ego dominus docens te vtilia: gubernans te in via qua ambulas. vtiná attédisses mádata mea. Ps. Seruaui mádata tua et testimonia tua: q: oés vie mee in conspectu tuo. ¶ Tertio est magne auctoritatis. q: sua munifica beniuolé tia nos saluat. Vn̄ in Deut. Et nu̅c israel q̄d petit dn̄s deus tuus a te nisi vt timeas ip̄m et diligas ip̄m: et ambules in vijs eius: et custodias mandata eius. Dn̄s qui te creauit: de⁹ qui te gubernat: tu⁹ q te saluat. Patet mó q̄ dignitas siue auctoritas precipientis d3 nos mouere ad seruandu̅ mandata. ¶ Sc̄do d3 nos mouere ad obseruandu̅ mandata dei obseruatóis vtilitas. In seruádo enim mandata dei est multiformis vtilitas: que ad tres vtilitates reducitur. Prima vtilitas est impetra-

tio diuinoꝝ charismatū. Scḋa est reuelatio
sanctaꝝ scripturaꝝ. Tertia est assecutio cele
stiū premioꝝ. ¶ Prima dico vtilitas in ser
uando mādata dei est impetratio diuinorum
charismatū. Vn̄ in iohe. Si diligitis me mā
data mea ſuate: ⁊ ego rogabo p̄rem meū: et
dabit vobis aliū paclytū. ¶ Scḋa: intelligē-
tia sanctaꝝ scripturarū. p̄s. Super senes in-
tellexi: q: mādata tua quesiui. S; quō perue
niemus ad intelligētiā scripturaꝝ docet gre.
Unde sup illud. Discipuli qn̄ viderūt dn̄m
iesum ip̄m nō intellexerunt. s; qn̄ loq̄bat̄ tūc
ip̄m intellexerūt. dicit gre. ꝙ audiēdo dei p̄-
cepta discipuli illuminati nō sunt: sed faciēdo
ea illumiati sūt. Quare q: nō auditores legis
tm̄ sed factores iustificabūtur. ꝑpter h̄ dicit
Jacobus i cano. sua. Estote factores v̄bi dei
⁊ nō auditores tm̄: fallentes vosmetip̄os. q:
qui est̄ adiutor verbi dei tm̄ ⁊ non factor: cō
parabit̄ viro ꝯsiderāti vultū natiuitatis sue
i speculo. Si videat hō d̄cies vultū suū i spe
culo: adhuc nō sciet ip̄m. S; si videt vultū al
terius hoīs extra speculū: bn̄ recognoscit ip̄;
⁊ hoc est ꝑpter fortē imp̄ssionē sp̄ēi sup or-
ganū visus ꝺm rectā lineā. Sed in speculo n̄
est verus intuitus. Sil̄r qn̄ hō audit verbu;
dei: videt̄ ei ꝙ ip̄m intelligat. sed statim rece
dit. S; qn̄ ponit ip̄m ad exp̄ientiā bene ope-
rando: tunc ip̄m intelligit. ¶ Tertia vtilitas
in seruādo mādata dei est assecutio premio-
rum celestiū. Unde in ꝓuerbio. Serua mā-
data mea ⁊ viues: ⁊ legē meā quasi pupilla;
oculi. Hec est rō quare hoī existenti in para
diso deus dedit obseruantiā mandatoꝝ. Pa
tet modo ꝙ ad obseruandum mandata dei
debet nos mouere vtilitas obseruationis.
¶ Tertio debet nos mouere ad obseruan-
tiam mandatoꝝ periculū transgressionis. hō
enim qui trāsgredit̄ mandata incidit in mul-
ta p̄icula. ¶ Primo q: multa bona perdit.
Scḋo in nefanda flagitia ruit. tertio q: eter-
na supplicia meret̄. ¶ Primo dico d; nos
mouere ad ſuandū mādata dei transgressio
nis p̄iculū. qn̄ trāsgressores multa bona per-
dunt. Vn̄ in Leuiti. Si nō audieritis vocem
meā: ⁊ nō feceritis oīa mandata mea visita-
bo vos in egestate ⁊ calore: q ꝯficiet oculos
vr̄os: ⁊ consumet aīas vr̄as. Dicit visitabo
vos in egestate. q̄ est priuatio oīm bonoꝝ. ⁊
calore q ꝯficiet oculos vr̄os: ⁊ ꝯsumet aīas
vr̄as. q: auferet affectū boni: ⁊ intellectū ve
ri. Vn̄ p̄s. Dereliq̄t me virtus mea: ⁊ lumē
oculoꝝ meoꝝ: ⁊ ip̄m nō est mecū. ¶ Scḋo
trāsgressores in nefanda flagitia ruūt. Unde
in baruch. Nō obediuimus voci dn̄i vt am
bularemus in mandatis ei⁹: ⁊ abiuim⁹ vnus
quisq; in sensu cordis sui maligni. p̄s. Popu
lus meus nō audiuit vocē meā: ⁊ israel nō in
tendit mihi. ⁊ dimisi eos ꝺm desideria cordis
eoꝝ. Tales dat dn̄s i manus demonū. Vn̄ i
dan̄. dixerūt pueri in fornace ignis ardentis.
Peccauimus: inique gessimus: ⁊ p̄uaricati
sumus. ⁊ seq̄t̄ eoꝝ ignominia. ⁊ traditi sum⁹
i manib⁹ inimicoꝝ nostroꝝ iniq̄ꝝ. ⁊ regi in
iusto ⁊ pessimo sup terrā. ¶ Tertio trāsgres
sores incidunt in pericula: q: eterna supplicia
ꝓmerent̄. p̄s. Maledicti qui declināt a mā
datis tuis. Maledicti: q: dicet̄ eis. Jte male
dicti in ignē eternū ⁊c̄. Ecce mō obſuatiōis
mira vtilitas: ⁊ trāsgressiōis miracula mira
calamitas. Vn̄ dn̄s p moysen. En inq̄t ꝑpo
no tibi bn̄dictōem ⁊ maledictōem. bn̄dictōe;
si mādata mea feceris. maledictōe; si nō fece
ris. Ponit nos dn̄s in medio ⁊ mirabiliter
opat̄ nobiscū. Quia qn̄ aliq̄s vult aliq̄d alij
on̄dere vtit̄ duplici rōne. s. rōne on̄siua: ⁊ rōe
ducēte ad impossibile. Sic facit dn̄s. Ponit
hoīem in medio inter celū ⁊ infernū. Jn ce-
lo est eterna gloria: in inferno sunt eterna sup
plicia. Et qn̄ dn̄s on̄dit homini gloriam celi
quā hō pōt ꝓmoueri si obseruet eius māda
ta: tūc inclinat ip̄m ad obseruātiā mādatorū
p rōnem on̄siuam. Qn̄ vero on̄dit hoī infer
ni supplicia q̄ ꝓmeret̄ si trāsgredit̄ mādata:
tunc inclinat hoīem p rōnem ducentē ad im
possibile. Ecce ꝓponit tibi maledictōe; ⁊ bn̄
dictōem. Dimitte inde maledictōem: ⁊ acci-
pe cū matthia bn̄dictōe;. De iuda dicit p̄s.

Noluit benedictōnem ⁊ elongabitur ab eo. Quarto dꝫ nos mouere ad obſuandū mandata dei irreprehēſibilitas mādatoꝝ. Eſt.n. mādatū irreprehenſibile: q: nō ꝯtinet aliqđ impoſſibile: nec aliqđ onerosum: nec iniquū. Primo dico dꝫ mouere ad ſuandū mādata dei irreprehenſibilitas mandatoꝝ: q: nō cōtinēt aliqđ impoſſibile. imo ſunt facilia ad ſeruandū. Vñ in iohe. Hec eſt charitas dei vt mādata eius cuſtodiamus: ⁊ mandata eius grauia nō ſunt. Habēti enim charitatē mandata ſunt facilia: ſed nō habēti charitatē vidētur difficilia. Et ponit Aug. exēplū de aue ſine plumis: ⁊ de aue cū plumis. Aui hñti plumas facile eſt volare. ſed aui nō hñti eſt difficile. Silr̄ hoi pu̾ſe volūtatis difficilia vidētur mādata. ſꝫ hñti charitatē ſunt facilia. Vñ in deut. Mādatū h̄ qđ ego p̄cio tibi hodie nō eſt ſup te: nec ꝓcul poſitū. nec in celo ſitū. nec trāſmare poſitū. ſed iuxta te eſt valde ſermo in ore tuo vt facias illū. ¶ Scđo mandata dei ſunt irrep̄henſibilia: q: nō ꝯtinēt aliqđ onerosum. imo ſunt ſuauia. Unde in eccō. Nihil melius eſt q̄ꝫ timor dei: ⁊ nihil dulci⁹ q̄ꝫ reſpicere i mādatis dñi. Ps. Deſiderabilia ſup aurū ⁊ lapidē p̄cioſum multū. ⁊ dulciora ſup mel ⁊ fauū. Gaudiū eſt iuſto ſuare iuſticiā. Sed palato infecto: cibus dulcis videt̄ eſſe amarus. Silr̄ hoi pu̾ſe voluntatı̄ mādata dei videnť difficilia: licet ſint ſuauia. ¶ Tertio mādata dei ſunt irreprehenſibilia q: nō ꝯtient aliquid iniquū. Vñ apoſtolus. Lex qdē ſancta eſt ⁊ mādatū ſctm̄ ⁊ iuſtū ⁊ bonū. Propter h̄ dicit aplus. Precipio tibi in deo q viuificat oia: vt ſine macula ſerues mādatū irrep̄henſibile. Cōiūgamus iſta q̄tuor in ſimul. ſ. q in illo qui precipit eſt ſūma auctoritas: q: ſua magna potētia nos creat. mira ſapīa nos gubernat: ⁊ munifica beniuolentia nos ſaluat. Itē videamus vtilitatē obſuatōis mādatoꝝ. Quaꝝ p̄ma eſt impetratio diuinoꝝ charismatū. ſcđa eſt reuelatio ſacrarū ſcripturarū. ⁊ tertia eſt aſſecutio celeſtiū p̄miorū. Itē videam⁹ trāſgreſſiōis periculū q: tranſgreſſores multa bona perdūt. in nefanda flagitia ruūt. ⁊ eterna ſupplicia ꝓmerenť. Itē videamus irreprehēſibilitatem mādatoꝝ. q: mādata nō ꝯtinēt aliqđ ipoſſibile: nec onerosum: nec iniquū. Et ſi iſta quattuor bñ ꝯſideremus nō eſt aliqs q poſſit ſe excuſare de obſeruatōe mādatoꝝ. Sꝫ qđ ē magnū mādatū ⁊ primū in lege. Rñdet dñs in mattheo. Diliges dñꝫ deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua. ⁊ ex tota mente tua. Scđm ſimile ē huic. diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. Ex his vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete Aug. oñdit q in iſto verbo. Mihi autē adherere deo bonū eſt: ꝯtinet totū h̄ qđ dr̄. Diliges dñm deū tuū ⁊c̄. Debemus enim diligere deū. q: hoc eſt iuſtū bonū ſanctū ſuaue ⁊ facile. Unde Aug. Dñe quis mihi es. ⁊ ego quis tibi: vt iubeas me amare te. ⁊ ſi nō amem te minaris mihi ingentes miſerias. Decalogus ſacer qui datus eſt moyſi i monte ſynai: oſtēdit quō debemus cuſtodire mādata dei: volo vobis oñdere q ſicut octo parteſ orōis ſunt fundamentum oīm eoꝝ que exprimi poſſunt p ſermonē in grāmatica: ⁊ decem predicamēta ſunt fundamētū oīm eorū q determinanť in dialetica. ſic decē precepta ſunt fundamentū ⁊ regule oīm legū ⁊ bonorum que ſunt i moribus. Nec voluit dñs q ſine rōne data eſſent decē p̄cepta moyſi. Dicam modo iſta decē in generali. Non habebis deos alienos. Non aſſumes nomen dei tui inuanū. Memēto vt diē ſabbati ſctificeſ Honora p̄rem tuū ⁊ mr̄em tuā. Non occides. Non mechaberis. Non furtū facies. Non falſum teſtimoniū dices. Non ꝯcupiſces vxorē ꝓximi tui. Nō agrū: nec alquam aliā rem. Ut magis clarius ſit h̄ qđ dicā nota. q lex oīs nō mādat niſi iuſticiā. Eſt.n. lex regula iuſticie. Sed iuſticia eſt ſm quā hō hꝫ ordinari ad deū ⁊ ad ꝓximū. Et ſm hoc eſt duplex iuſticia. Una qua ordinamur ad deū ⁊ alia qua ordiamur ad ꝓximū. Et ſm h̄ fuerūt due tabule date moyſi. prima ⁊ ſcđa. In prima ꝯtinenť mādata ordinātia nos ad de-

tum.in scd̄a ꝯtinenꝶ mandata ordinātia nos
ad proximū. In prima dico tabula ꝯtinen
tur mādata ordinātia nos ad deū. Deꝰ aūt ē
trinitas pater ⁊ filiꝰ ⁊ spūsſctūs. Pr̄i attri-
buiꝶ maiestas.filio veritas.⁊ spirituiſctō bo
nitas. In pr̄e ē sūma maiestas hūiliter ado-
randa. In filio est sūma ṽitas fideliꝶ asseren
da. In spūsctō est sūma bonitas sincere amā
da. Sed si ista tria ex eterna ordinatione de-
bemus facere:necesse est in prima tabula eē
tria mādata.ꝭm tria appropriata tribꝰ ꝑso-
nis diuinis. In primo mādato ꝑ̄cipiꝶ humil
adoratio diuine maiestatꝭ:cū dr̄. Non habe-
bis deos alienos. In scd̄o mādato precipiꝶ fi
delis assertio diuine ṽitatis:cum diciꝶ. Nō
assumes nomen dei tui in vanū. In tertio ꝑ̄-
cipiꝶ diuine bonitatꝭ sincera dilectio.cum dr̄
Memento vt diē sabbati sctifices. In se
cunda tabula cōtinenꝶ septē mādata ordinā
tia nos ad proximū.q̄ significanꝶ ꝑ duo ꝑ̄ce
pta legis nature. Hoc facias aliȷ̄ qđ tibi vis
fieri. Non facias aliȷ̄ qđ tibi nō vis fieri. Et
ꝭm hoc est duplex ꝑs iusticie ordinantꝭ ad ꝓ
ximū.s.inocentia ⁊ bn̄ficentia. Mādatū be
neficentie est. Honora patrē tuū ⁊ mr̄ez tuā.
Hoc autē mandatuꝫ nō ē solū reuerētie: sed
etiā bn̄ficiȷ̄ ⁊ obsequiȷ̄.⁊ nō est in pr̄e solum:
sed in omnibꝰ que a pr̄e procedūt. Mādatū
ĩnocētie necesse est multiplicari. q: hoc man
datum ꝯsistit in h̄ vt caueas ab offensa ꝓxi
mi tui. Est autē triplex offensa.in aio:in ver-
bo:⁊ in facto. Offensa ĩ facto ē tribꝰ modis
ꝭm ꝙ hō tribꝰ modis pōt offendere ꝓximū
.s.in ꝑsona ꝓpria.in ꝑsona ꝯiūcta:⁊ in posses
siōe terrenoꝝ.⁊ ꝭꝫ hoc sunt tria mādata. Nō
occides. Non mechaberis. Nō furtū facies
Dehinc sequiꝶ offensa in ṽbo: ꝯ̄ quā ē vnū
mādatū. Nō falsum testimoniuꝫ dices. Per
falsum aūt testimonium significanꝶ oīa q̄ hō
pōt dicē̄ ꝯ̄ ꝓximuꝫ suuꝫ. Offensa autē in aio
duas hꝫ radices:ꝭm duplicem ꝯcupiscentiā.
q: est concupiscētia carnis ⁊ cōcupiscētia ocu
loꝝ. Cōtra ꝯcupiscētiā carnis ē vnum man
datum. Nō ꝯcupisces vxorē ꝓximi tui. Cō
tra concupiscentiam oculorum est aliud mā-
datum. Non agrum.nec aliquam aliam reꝫ.
Patet modo in generali que sunt deceꝫ pre
cepta.⁊ penes quid accipiantur.

Scende ad me in montem: ⁊ dabo
a tibi duas tabulas lapideas:⁊ legem
⁊ mādata q̄ scripsi:vt doceas filios
israel. Exo.xxiiiȷ̄. Psal. Declinate a me mali
gni.⁊ scrutabor mandata dei mei. Legiꝶ ꝙ
beatꝰ Gre.g̨ fuit papa ⁊ doctor ecclīe habu
it ꝯsuetudinē:ꝙ qn̄ ibat ad studium legis di
uine:semper dixit ista verba. Declinate ⁊c̄.
Et q̄situ fuit ab eo q̄re hoc faceret.⁊ rn̄dit pe
tro cui ꝯsueuit dicere secreta sua: ꝙ expimē
to didicit:ꝙ qn̄ cogitare voluit ĩ lege dei:sen
tiebat demones ſp sibi aduersantes. In aliȷ̄s
subtilitatibꝰ instigabāt demones: q: in ipsis
non vidēt dānū suū:imo expectant suū emo
lumentum. Sꝫ qn̄ fit mētio de documētꝭ ṽi-
tatꝭ:ꝑ q̄ fuganꝶ demōes:tūc princeps tenebra
rum occurrit armatꝰ:mō ꝑ occupatōes: mō
per phantasticas illusiōes:⁊ nititur reuocare
animos hominum a studio veritatis. Sꝫ ve
rum est ꝙ verba ista.declinate a me ⁊c̄.dixit
Grego.sicut vir sctūs:qui tunc habuit virtu
tem ꝯcupiscendi demones. Sed ego nō sum
ex illis. Ideo in principio rogemus dn̄m:vt
impet demonibꝰ ne nos impediant.⁊ vt det
nobis mentes serenas ad intelligendum ver
ba de mandatis. Ascēde ad me ⁊c̄. Dn̄s
dixit moysi verbum istud:⁊ moyses audito
verbo ascendit in montem.⁊ accepit duas ta
bula lopideas:⁊ legem ⁊ mandata. In quo
significaꝶ ꝙ si volumus peruenire ad intelli
gentiam mandatoꝝ dei:debemus ascēdere ĩ
montem.i.in eminentiā mētis.q: ꝭm impres
sionem lucis eterne lex nature est nobis da-
ta:⁊ ꝭm illā lucem documēta legis diuine su
scepimus. Tangebā vobis alias ꝙ certum
est ꝙ ens per se primo cadit ĩ animā. Ens au
tem aut est creatum aut ĩcreatū.⁊ ꝭꝫ hoc ē du
plex iusticia. Una per quam ordinamur ad
ens increatum.alia ꝑ quā ordinamur ad ens
creatum. Et ꝭm hanc duplicē iusticiā est du-

plex tabula moysi data.s.prima et secunda. In prima dant mandata: per q ordinamur ad ens increatum. In scda dant mandata: p que ordinamur ad ens creatum. Ens autem increatum est causa oium rerum: efficiens forma lis: exemplaris et finalis. Ens etiam increatu habet potentiam: sapientia: et beniuolentiam et producit oia in esse. Et ista tria appropria tur trib9 personis diuinis in trinitate. Ma iestas appropriat patri: veritas filio: et boni tas spiritusctō. Suma maiestas in patre hu militer est adoranda. Suma veritas in filio fideliter est asserenda: Et diuina bonitas in spiritusancto sincere est amada. Ista dicta fu erunt in generali. Sed q sermones de man datis in vniuersali sunt inutiles: nisi dicantur in speciali. iō opz explicare de mādatis in spe ciali. In generali dictum est q sunt decē mā data: quorum tria sunt in prima tabula. Dicam vobis generale documentū: q eterna dei sa pientia q scripsit tabulas istas: breuissimo mō et clarissimo modo: et facillimo mō quo potu it tradidit. Tradidit autē breuissimo modo: ne oneraret nra memoria. Clarissimo mo do ne obfuscaret nostra intelligentia. Facilli mo mō ne reuocaret nostra voluntas. Hec est rō qre per vba quāto breuiora potuit et qzto clariora et faciliora et per actus sinodo chicos data sint mandata.

Primo videamus de primo māda to: sicut videm9 in alijs reb9 q pri mū op9 fundamētū oium subsequē tium. sic primū mādatū est fundamētū oium aliorum mādatorum. Prima vba de man datis sunt illa. Ego sum dñs deus tuus: qui eduxi te de terra egypti. de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Nō facies sculptile. nec silitudinem eorum que in celis sunt: neqz que in terris: neqz eorum que in aquis sunt. Non adorabis neqz coles ea. Ego dñs deus tuus fortis zelotes visitās ini quitatē patrum in filios vsqz in tertiā et quartā generationem: et faciēs miam in milia his q diligunt me. Ad plenam mandatorum expla nationē cōcurrunt tria. Quedā q pertinent ad mādati cognitionē. et ista debent premitti. quedaz q ptinēt ad mādati obseruātiā: et ista debent subiungi. qdā q ptinēt ad mādati in tegritatē: et ista debēt iterponi. Primo di co q sunt quedā q ptinēt ad mādati cogniti onē: et ista debēt pmitti. et sunt duo fundamē ta fidei. Primū est noticia creatoris. Scdm est noticia reparatoris. Isti sunt duo radij si ue duo oculi dirigentes nos sp in viā māda torum dei. Homo prius apit oculos qz ambu let. Sic dz hō prius cognoscē mādata p fidez qz exequat mandata. Ad cognoscēdū autez creatorē dicit. Ego dñs deus tu9. Ego dñs. h insinuat potentiā dei pris. de9: hic insinuat sapientiam filij. tuus: hic insinuat bonitatem spūsscti. In hoc aūt q dicit: ego notat idēti tatē essentie. et in hoc notat deū trinū et vnū creatorez vniuersorum. Qui eduxi te de terra egypti. h notat donū repatōis p vbū incar natū. Oib9 loquit dñs qb9 dedit pceptum. et oib9 pcepta dedit. licet primo daret ipsa filijs isrl. Vñ q dr. Qui eduxi te etc. dictū est non solū hebreis p ipsis quo ad corpalē eductio nē de egypto. sz generaliter p toto genē hu mano q ad eductionē de egypto eterne dā natōis de pctō primi hois: ex quo educimur p vbū icarnatum. Qr sicut illi educti sunt de egypto post comestionē agni pascalis. et per aspsionē sanguis ei9 liberati ab angelo exter minatore. sic nos educimur de huitute diabo lica p esum carnis vbi icarnati i sacro altaris. et p sāguinē ei9 i baptismo. q: hz aplm. Qui cunqz baptizati sum9 i xpo iesu in morte ipsi us baptizati sum9. Hec verba dicit tota trini tas. Dicit igit. Ego sum cui debes obedire et quem debes adorare. Et dicit. Ego. s. q te fe ci in esse nature et in eē grē. Debem9 g dicē. Dñe tu es quē debem9 adorare. cui debem9 seruire. tu es qui nos creasti: tu es qui nos re demisti. ps. Qm ipsius est mare et ipse fecit illud. Sequitur. Uenite adoremus. et plore mus ante dñm q fecit nos etc. Nos ppls pa scue eius etc. Sine istis duobus fundamentis

fidei.s.sine noticia creatoris ⁊ reparatoris ni
hil intelligere possumus. Ut autez intelliga
mus ista opz scire amminiculantia quedam.
Scitis vbi est prima cognitio nobis data de
mandatis. Certe moyses scripsit per spiritū
sanctū. Sed q̄liter habuit istam cognitionez.
Certe qn̄ dn̄s apparuit ei. Et quō apparuit
ei. Certe in igne flāme rubi ardentis. Et tūc
dixit moyses. Quis es tu domine. Et respon
dit dn̄s. Ego sum qui sum. Et tunc dedit ei
dn̄s duo.s.lumen essentie eternitatis.⁊ lumē
veritatis eterne. Rub⁹ ardebat. In hoc ōn
dit nobis mysterium incarnationis humane.
Ista duo sunt lumina ⁊ principalia fundamē
ta fidei.s.lumen essentie eternitatis.⁊ myste-
rium incarnationis. Et qn̄ facimus crucem
in fronte in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti
amen. recognoscimus trinitatez ⁊ redēptorē
Cū dicit homo in noie p̄ris ⁊ filij ⁊ spūsc̄ti:
recognoscit trinitatē. Cū facit crucē in fronte
recognoscit redemptorē. Pz mō quō quedā
valent ad mādati cognitionem q̄ debēt p̄mit
ti:⁊ ista sunt duo fundamenta fidei.s. noticia
creatoris ⁊ redemptoris. Sc̄do sunt que
dā que valent ad mādatoꝝ obseruātiā.⁊ ista
debent subiūgi. Oia mādata aut sunt affir-
matiua:aut negatiua. Affirmatiua sūt:vt ho
mo faciat bonum. Negatiua vt homo vitet
maluz. Sed impossibile est vt hō vitet malū
nisi per timorē:⁊ ꝙ faciat bonū nisi per amo
rem ꝓpter h̄ ad obseruātiā mandatoꝝ duo
sunt necessaria.s.timor ⁊ amor. Auis non po
test volare sine duab⁹ alis. nec hō pōt ambu
lare sine duob⁹ pedibus. Silr̄ non est ꝑfect⁹
obseruator mandatoꝝ dei:nisi sit repletus ti
more ⁊ amore. Sed non replet̄ hō timore:ni
si ex ꝯsideratiōe seueritatꝭ diuine. nec reple-
tur amore nisi ex consideratiōe bonitatꝭ diui
ne. Ista igit̄ duplex ꝯsideratio est homini ne
nessaria. Sequit̄. Ego dn̄s deus tu⁹ fortꝭ ze-
lotes visitans iniquitatē patrū in filios vsqз
in tertiā ⁊ q̄rtā generationē. Fortis zelotes.i.
fortissimū hn̄s zelum.s.coꝝ qui oderunt me.
Uisitans iniq̄tatē patꝝ in filios. non ꝙ ꝓpt̄

pctā actualia patrum eternaliter puniat filios
sed cū filij fuerint imitatores paternoꝝ scele-
rum:punit pctā patrum cū pctis ipsoꝝ vsqз
ad tertiā ⁊ q̄rtā generationē.s.tpaliter. Hoc
aūt dicit vt timeamus:⁊ p timorē a malo de
clinem⁹. Uñ in ecclesiastico. Deū time ⁊ mā
data ei⁹ obserua. h̄ ē ois hō.i.ad h̄ ē ois hō.
Uis mereri vt ad summū complemētū ꝑue
nias:certe time deū. Sed quō timebo. Cer-
te q: dn̄s est fortissimus zelator. Item cū hoc
etiā opz amare ipsum. q: ipse dicit de se. Et
faciens misericordiā in milia his qui diligunt
me. Dicit ꝙ visitat iniquitatez patꝝ in filios
vsqз in tertiā ⁊ q̄rtā generationē.⁊ facit mi-
sericordiā in milia his qui diligūt eū. in h̄ ōn
dit nobis ꝙ dei mi̇̃icordia ⁊ benignitas trā
scendit vltionem iniquitatū. Qñ cor hois di
latat̄ per amorez:tunc hō faciliter seruat mā
data p̄s. Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cuz
dilatasti cor meū. Ois consummationis vidi
finem latū mandatū tuū nimis. Dicit ꝙ lata
est via mandatoꝝ:sed quibusdaz videt̄ arta
Certe amātibus est lata:sed non amātib⁹ est
arta. Patet modo quō.s.timor ⁊ amor valēt
ad obseruantiam mandatoꝝ. Tertio que
dam valent ad integritatē mandatoꝝ. ⁊ ista
debent interponi.i.in medio poni.⁊ hoc tan
git cum dicit. Non habebis deos alienos co
ram me. Non facies sculptile:neqз silitudi-
nem eorum que in celis sunt:neqз q̄ in terris
neqз eorum que in aquis sunt. Ibi precipitur
latria:que est soli deo cultus debit⁹:⁊ ex hoc
nulli alij est debitus. Cultuz alioꝝ deus pro
hibuit in negatiua:⁊ implicuit cultum dei in
affirmatiua. Sed in nouo testamento expli-
cuit in affirmatiua cultum dei christus quan
do dixit. Dn̄z deū tuū adorabis:⁊ illi soli ser
uies. Sed q̄re prohibuit de⁹ cultū alioꝝ in
negatiua:⁊ nō explicuit cultū dei in affirma-
tiua. Certe q: facillimo mō dare voluit man
data:⁊ reuocare in negatiua ab idolatria. vt
implicaret cultum dei in affirmatiua. Et no-
ta ꝙ ipse reuocabat ab omni idolatria:quia
omne qō adorat̄ aliud a deo:aut est creatura

| Sed libera | Miſerie. Ro. viij. Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei |
| Eſt liberatio a malo | Pene eterne. Oſee. xiij. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. |

Dicit ergo. Sed libera nos ⁊c̄. quaſi dicat. Da nobis ſpiritum timoris: vt ꝑ ſpiritum timoris vincamus mala. per virtutem paupertatem ſpiritus bona adipiſcamur. quatenus excluſis vicijs: ⁊ contemptis terrenis habeamus eterna. ſcilicet beatitudinem regni celorum. quod lucifer ⁊ primi parentes per vitium inanis glorie amiſerunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Amen. Hiero. aut apud hebreos vnū ex tribus ſolet ſubmitti | Amen | | Uere vel fideliter |
| | Salon | Significat | Pacem. |
| | Sela | | Semper |

| | |
|---|---|
| Nota ꝙ dici ſolet ꝙ Amen qñqꝫ tenetur | Nominaliter. Apoca. iij. Hec dicit amen teſtis fidelis ⁊ verus q̄ eſt principium creature dei |
| | Aduerbialiter. vt ibi. Amen amen dico vobis. |
| | Uerbaliter vt hic. Amē. i. omnia predicta fiant nobis ex tua gratia. |

Finit Pater noſter.

¶ Reuerendissimo in christo patri ⁊ domino D. Juliano de Ruuere. Ro. Se. episcopo Cardinali Sabinēsi sancti Petri ad vincula nuncupato. maiori penitentiario. ordinis minorum meritissimo protectori. benefactori suo benignissimo. Octauianus aduocatus eiusdem obseruantissimus.

E Xpertus mansuetudinez ⁊ comitatem animi tui. ac in me charitatem ausus sum has meas qualescunqz lugubrationes tibi dicare. q̄s annotādis vite cursū ⁊ miraculis Bonauenture iussu tuo curiosi⁹ exegi. quas ⁊ si sciam non eo artificio constare: aut dicendi ornatu splendere: vt dignas lectione tua crediderim: vel ex ea dicatione ornamentum vllū tibi accessurum. satis tamē materiam pro se sufficere intelligo ad detinendū in sui lectione oculos atqz animū tuū. qui pro singulari religione ac pietate qua beato Bonauenture astringeris. nihil libentius agitas aut dictitas: q̄z ꝙ ad illius sancti viri celebritatem ⁊ laudem pertineat. in quo locupletissimum mihi testem meipsum habeo. qui secutus dignationem tuā: principes ⁊ populos occidentis ex apl̄ica legatione petentem: incredibili quodam affectu ac desiderio vidi. T. D. teneri visendi sepulcri ipsius Bonauenture quo ad lugdunum peruenissemus. vbi taz etsi regni precipui presules ⁊ satrapes etiam regio sanguine orti: qui te regio imperio solēni pompa prosequebanꝫ. instātissime vrgerent celerius regem adeūdū. ad q̄d ipsi regijs litteris vrgebanꝫ. non tamen id prius extorquere potuerunt: q̄z in salutando sancti sepulcro. ⁊ meritis veneratōib⁹ in ecclesia vbi quiescit pie persoluendis: diem integram cōtriuisses. Quis preterea tantum laboris protulit ad consequendam Bonauenture celebritatem. Quis precipuo studio proprio etiā ere curauit ad principes ⁊ exteras nationes nuncios mitti ad procuranda testimonia: atqz instrumenta. quibus viri sanctitas patentius monstrari posset. Quis deniqz ipsi pontifici in hoc per se satis alioquin concitato: calcaria vrgentiora addiderit: vt sepositis etiā aliarum magnarum rerū moliminibus huic operi vacaret vnice. At si porro ex hoc munere honestari quempiam posse sperassem. nemo profecto erat cui magis id me debere intelligam q̄z amplitudini tue: de me optime merite. a qua tot ornamentis ⁊ cōmendatione ipse essem honestatus. Te enim interueniente apud summum principem in publico consistorio. publico causas defendere ⁊ perorare licet. Tuo in me studio factum est: vt summ⁹ princeps voluerit euocatum me sacro affatu hortari atqz efficaciter mouere: vt te ad destinatum munus legationis proficiscentem sequerer. meisqz officijs atqz consilijs fide prosequerer. Prestitisti rursus vt ex tam multis ⁊ claris presulibus: qui tuo latere illustrabantur. nullus me officiorum claritate superaret. Tu mihi prestitisti: vt iter primos fidei ⁊ prudentie secretorum tuoruz maxime participes existimarer. quem ad res arduas peragēdas ac pertractandas cum illustrissimis principibus idoneum iudicares ⁊ destinares. Tu deniqz effecisti vt nouissime ex tot clarissimis collegis meis: vni mihi liceret rem tanti meri consequi. vt in tanto conuentu. quid amplius dicere possum: in signia merita Bonauenture percenserem. Ubi absoluta oratione idem clementissimus pontifex me ample laudator: professus me vberrime satisfecisse muneri. apostolicam sedem ⁊ suam sanctitatem: minime vnq̄z meis cōmodis ⁊ honestati defuturam: polliceretur. Jure igitur te quo possum officio prosequor. a quo tantum in me fauoris ⁊ ornamenti accedit: quantum nec vnq̄z sperare: aut porro optare fas putassem. ꝙ si meorum cōmodorum in hoc ratio habenda erat: vt omittam quantum splendoris ac nominis: amplitudo tua sit allatura huic mee lugubrationi. quis te promouet operosius: fauet benignius: ornat amplius: donat largius. Nec tamen notā verebor ꝙ non magis ipsū

pontificē in hoc delegerim. quo nemo religi
one: vite cursu: ac sanctimonia: litterarum
disciplina. ⁊ rectissimis studijs coniunctior
Bonauenture vnq̄ꝫ fuit. Expauescit namqꝫ
anim⁹: virum diuinū: etiam sacro nectare e-
loquiorum Bonauenture ꝑfusum his meis
scriptis detinere. qui si tamē honestum du-
xisset: idem accepisse officium: certe ꝓ sua sa
pientia: ⁊ in te charitate. non iniocundum
erit sue sanctitati nepotem eius charissimū
⁊ familie sue decus. ea se beneficentia in sui
cultores prestare. eoqꝫ fauore apud patruū:
terrarum deum: illis adesse: vt ipsi plane in
telligant. quid in te prestiterint tā grata men
te: ⁊ sua beatitudine susceptum: q̄ꝫ si id sibi
exibuissent. Accipe igitur pater ⁊ domine
mi benignissime: officium meū qualecunqꝫ.
sed ab animo gratissimo ⁊ tibi deuotissimo
profectum. te modo cum scripta relegeris
meminisse velim. ab illo annotata. qui fi-
nes patroni causarum excedere nesciat. que.
si vt cetera a me in te profecta officia: vt op
to: laudaueris. etiam si minus placuerint.
erit laborum solaciū. si vero delectauerint:
maximi premij loco habendum ducam.

Oratio in vitam ⁊ merita diui Bonauē-
ture. per insignem iuris vtriusqꝫ doctorē di-
sertissimum Octauianū de Martinis Su-
essanum: sacri palacij apostolici clarum ad-
uocatum consistorialem.

Iusticia suffragiorū
B. P. ad q̄ porrigē
da desiderabar: he
rentem me concita-
uit ad indicti mihi
muneris prouinciaꝫ
remota cunctatione capescendam. Neqꝫ eni
me alioquin fallebat: q̄ꝫ arduum: q̄ꝫ ve an-
ceps munus obirem: postulare ex merito.
Sanctum Ro. se. decreto referri in ordinē
siue catalogū celestium: qui cū christo regnāt
sanctorum. Idqꝫ in hoc tremendo auditorio
sub aspectu sacri reuerendissimorum patrū
senatus: ac sapientum prelatorum: ⁊ virorū.
quibus tua sanctitas celesti superꝫ dono: ī sua
maiestate sapiētissime presidet. vbi n̄ ego mō
qui ī actōne causarum forensiū: nostri seculi
stilo versor. verum ⁊ alium quamlibet exerci
tatum: ac deniqꝫ consummatum oratorem ex
pauere quidem posse credendum sit. Nā ꝑ
immortalem deum quis tam sapiens aut di
sertus quicq̄ꝫ a deo elimatum: aut studiosa
lugubratione excogitatum: hic proferat: quo
maiestatem loci dicendo vel mediocriter e-
quare possit. Quid porro tanto studio ad-
inuentum: quod preuisum ac tritum nō fue-
rit apud tante sapientie patres. ac te ante ali-
os sanctissime princeps. qui cum ex multis
iam annis diuinarum atqꝫ humanarum re-
rum. ac omnis deniqꝫ philosophie scientiaꝫ
plenissime edidiceris. velut splendidissimuꝫ
sidus in firmamento. in dei ecclesia ceteros
illustrati. Que quidem reuoluenti non leueꝫ
animo tremorem incussisse poterāt. atqꝫ ab
hac actione qua nulla illustrior penitus de-
hortari: nisi iusticia meritorum: vt premise-
ram: beati Bonauenture pro quo intercedi
mus: animum erexisset atqꝫ confirmasset.
Accedebat preterea ꝙ princeps nō propha
nus pro religioso: aut indoctus pro litterato
rogandus erat. sed tu profecto pater beatissi
me: qui diuinis obsequijs in beati Francisci
religione: ex matris vtero celitus destinatus
in eadem omnipotenti deo religiosius ser-
uiuisti. ac demum ad eius principatum singu
laribus tuis meritis vectus: illam sapienter
ac salubriter gubernasti: auxisti atqꝫ amplia
sti. qui ve cum diuinorum mysterioꝝ sciētiā:
per traditōnes patrū fueris nactus. Tuꝫ ve-
ro ex opibus eiusdē diui Bonauenture que
diuino spirante lumine edidit: conditoris
intelligentiam certissime comparasti. Ita te:
nanqꝫ par erat qui conditoris vices gestu-
rus in terris. in illius mandatis commissum
gregem oporteret erudire. neqꝫ enim illius
fauste quis vices gerit: quem non penitus

N

nouit. neqꝫ illius porro mandata recte alios edocet: que non prius luculenter edidicit Quare cum pro diuine sapiētie patre: ordinis minorum generali ministro episcopo cardinali Albaneñ. intercessurus essem apud te beatissime pater. qui ijsdem meritis clarus: ijsdem ve officijs gloriose perfunctus eras. ⁊ proinde ad hoc opus tibi in hos vsqꝫ dies diuinitus seruatū electus. nequaq̄ mihi verendum fuit: ne per insufficientiam tibi negligēter. qui etiam meritus fidelium pastor imbecillitati nostre clementissime compati didicisti. Iamqꝫ ego qui horrore quodā non sine titubatione occeperam. perspecto tamē q̄ benigno vultu ac clementi nutu audientiā indulgeas. erectus in spem meliorem. fidentior prosequor: tuiqꝫ sacri affectus oraculo meis auribus illud propheticū insonare videtur. Dilata os tuum ⁊ ego implebo illud. Et rursus: Dabo tibi sermonem bene sonantem in os tuum: vt cōplaceas in ore principis. ac pium obsecro pari clementia velis fauere: dū diuino munimine adiutus: ac tuo benigno fauore firmatus: proferam que ad ipsius creditoris Bonauēture: ac huius sancte sedis laudem perpetuam cedere possint. Exoraturo a tua sanctitate P. B. diui Bonauenture canonizatōnem ingens mihi studiū fuit: sacraꝝ lr̃aꝝ codices diligentiꝰ euoluere: ad dignoscendum quenam rei: de qua agimus conuenirent. Quibus quidem curiosius perspectis. quantum colligere potui. duo potissimum inspicienda. ac merito inquirenda fuisse intelligo. vitam scilicet ⁊ miracula. que si recitando monstrauerim. in hoc viro esse comperta qualia ad canonizatōnem sufficiant: tua sanctitas: cuius arbitrio id subijcitur: benigne dignabitur votis supplicātium respondere Et quoniam vite initium. quod ex religione suscipio: miraculosum extitit. nemo mihi vicio vertet. si vitam ante miracula relaturus: alterū cū altero recēsendo permisceam. Nec rursus mirabitur: ꝙ quemadmodum pleriqꝫ. cuiuspiam memoriam commendaturi. non ego primordijs nataliū ac puericie diui Bonauenture insistam. aut eo altius a parentū dignitate exordiar. Prohibent namqꝫ crebra ⁊ clariora viri facinora. ab illo in statu perfectiori agitata. Nec tamen obmittam ꝙ Bonauentura natione tuscus. patria balneo regius Johāne fidāza ⁊ Ritella fidelibus coniugibus ortus: baptismatis vnda respersus. que ex Johanne medicine magistro: ⁊ felice Authonij: qui ⁊ ipsi ab illis maioribus originem trahūt atqꝫ alijs testibus balneoreginis probe comperta sunt. Ceterum pretermissa longiore serie premissorum: vita inde exordium capi ⁊ vbi relicto mortalitatis statu: mundo moritur: ac omnipotenti deo: meritis beatissimi Francisci victimam se perpetuam dedicauit Gloriosus deus in sanctis suis. quos sibi ab eterno predestinauit erectos. ⁊ secundum necessitatem temporis. ad salutem humani generis producit in lucem. cum beatum Bonauenturam vas electionis sibi delegisset. ac suis obsequijs in religione sancti Francisci destinasset. quo tamen illius cōuersio: posset aliquando a deo disponente profecta intelligi. ⁊ tn illo sue maiestatis gloria reuelari: eundem in extrema valitudine periclitari permisit. Cuius saluti anxia sollicitudine timens charissima parens. vbi physicorum quos adhibuit diligentiam frustra experta est: ⁊ medelarum vires ad illum leuādum minus valere comperit. solius dei opem quem sancta timebat. ⁊ cui castos pueri mores: quos probe vt mater nouerat: intelligebat acceptos. humiliter in salutem pueri inuocauit. ac sancti Francisci suffragia reuerenter implorans: illum si sanum recuperaret: ipsius religioni perpetuo deuouit. Exaudita est pro diuina clementia ⁊ sua reuerentia. ⁊ sanitate recuperata integer puer euasit. non sine admiratione physicorum. presertim qui eum statū corporis probe in illo deprehenderant: vt humana ope egrum leuari posse penitus desperassent. Idem iam adolescens. ac por

ro etate prouecta cum religioni maturum se ⁊ illi ex parentis voto debitum intelligeret. memorqʒ diuini mādati per Dauid prophetam. humano generi prolati. Vouete ⁊ reddite domino deo vestro. Anno sue etatis circiter secundo ⁊ vicesimo. habitū religionis sancti Frabcisci deuotissime suscepit. inqʒ ꝓfessionis emissione beneficium illius his verbis aperte testatus est Voto enim pro me lāguente grauissime: ad beatum Franciscum emisso a matre: cum adhuc essem puerulus: ab ipsis sum mortis faucibus erutus. ⁊ in robur vite incolumis restitutus. quod cum viua memoria teneam: vera nunc confessione profiteor: ne tantum beneficium retiens: sceleris arguar vt ingratus. orationemqʒ ad illum piissime his effundens. Accipe igitur P. beate quascumqʒ exiles meritisqʒ tuis ac bennficijs impares gratiarum actiones. ⁊ cū susceperis vota. culpas nostras sic orando excusa. vt a malis presentibus eruas. ⁊ ad bona sempiterna perducas. Igitur vir sanctus in eadem vocatione progrediens. cum omnis ipsius vita in dei certa cognitione ac contemplatione versaretur. ad quam assequedam. per sacrarum scripturarum assiduam perlectionem: orationes ac contemplationes: intenderet. docente illum Alexandro de ales. sacre pagine magistro: tantam doctrinarum perfectionem bene adeptus est: vt a septimo sui ingressus anno. consono magistrorum ordinis iudicio: delectus. librum sententiarum in parisiensi vniuersitate clarissime legerit. ⁊ cathedram magistralem receperit. admirabilis proinde cunctis ꝙ tam paruo spacio eam sufficiētiam valuerit comparare. Sed admirentur sane. qui res hūanas ex naturali tantum cursu: non autem ex diuina potentia metiuntur. que duos discipulos litterarum prorsus ignaros: emaus oppiduʒ contendentes breui itineris spacio comitata: diuinorum scientiam plenissime docuit. Idē diuus. dona sancti spiritus pro suis assiduis meritis consecutus: magna indies doctrine accremeeta accipiebat. que magis diuinitus inspirata: q̄ʒ humanitus acquisita videantur. Cnmqʒ per tres annos sequentes cathedram magistralem rexisset. Anno sue etatis secundo ⁊ tricesimo. inter primos religione ⁊ doctrina in ordine habebatur. Nanqʒ illi tanq̄ʒ infinitus thesaurus scientia erat. quo qui vsi sunt participes facti sunt amicicie dei Et quod notabilius ⁊ admirabilius erat: i illo: quo magis scientia ⁊ auctoritate emerserat. eo magis humilitate mentis deprimebatur. Nec ut pleriqʒ litterarum scientia inflati vilia ministeria domestica fastidiebat. sed qui vix nec nisi per obedientiam: egre tamē: ab illorum executione coercebatur. reputantibus prelatis indignum: si a talibus non vt egregius sequestraretur. in quo sancti spiritꝰ gratia habitare perspicue cernebat. Nec tamen vir sancts: vlla charitatis officia ob litterarias actiones pretermittebat. sed in omnes fratres oculos intendens: si quem forte tristem: aut professionis penitentem intelligeret: tanta dulcitudine in sermonem conueniebat: consolabatur: monebat: ac cōfirmabat: vt nullus ab eo discederet: quin libens ceptū religionis iter prosequeretur. Infirmorū preterea cura supra q̄ʒ credibile sit d̄lectabatur. quo ve grauioribus aut contagiosis morbis grauarentur: eo magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officijs: cum maiorem diei partem absumeret: non eo minor erat in publicis lectionibus ⁊ interpretationibus scripturarum: que tanta claritate audientibus intelligenda reddebat: ut ipse auctor illorum merito videri posset. In capitulis vero: aut prouincialibus: aut generalibus: tanta sapientia ipsius responsa dabant. vtiam generalis minister: perspecta magnitudine consiliorum illius: nil omnino graue exequendum putaret in quo sancti viri iudicium non antea explorasset. Quibus donis ⁊ gratijs illustratꝰ: cū iā i religiōe esset omni merito clarus: defuncto generali ministro: tredecimo ipsius ingressus anno: ex tam

cialibus: aut generalibus: tāta sapientia ipsi⁹
responsa dabant: vt iā generalis minister p̱
specta magnitudine ꝯsilioꝝ illius: nil oīo gra
ue exequendū putaret in quo sancti viri iudi
cium non antea explorasset. Quibus donis
⁊ gratijs illustratus: cū iam in religione esset
oī merito clarus: defuncto generali ministro
tredecimo ipsius ingressus āno: ex tam mul
tis sanctis viris quibus religio in sua nouita
te florebat: vnus omnium sine contradictiōe
extitit subrogatus. Hic vir sanctus: accin
gens se grauioribus actionibus: cum iam re
ligiosi cepissent a fundatoris disciplina pau-
lulum declinare: vbi monendo: instando: ca
stigando: ac operosius laborando: ad melio
rem vite frugem reduxisset. In capitulo
generali: quod primum narboñ. tenuit. regu
lam beati Frācisci reformauit atq; exposuit.
ordinemq; in prouincias ⁊ custodias taxauit
⁊ duas addidit. vbi strēnue decertās aduer
sus venenosas oppugnationes temeratoruz
⁊ obtrectatoruz: qui in religionem mendicā
tium: ac sanctum virum impudentius ora sol
uerant. atq; artificiosis calūnijs veliteban-
tur. sola iusticia atq; innocentia tutus: per-
mansit inuictus: tanq̄; qui integer vite sce-
lerisq; purus: non eget mauri iaculis: nec ar
cu: nec venenatis grauida sagittis fusce pha
retra. Expertus fructus sanctorum moni
torum magni Basilij diuini interpretis Ho
merici carminis: vbi vlixem pro meritis ad
celum tollit: asserens poetam clara voce te-
statum. O homines sit vobis cura virtutis.
que cum naufrago enatat: ⁊ eiectum in litto-
re venerabiliorem ostendit. Ubi etiam libel
lum contra minores perniciosissimuz: a ma-
gistro Giraldo de abbatis villa: vt putant p̱
apologiam editum. non minus eloquenter:
q̄; subtiliter confutauit. Qui etiam Giral-
dus non longe post iusto dei damnatus iu-
dicio: meritas sui sceleris penas dedit. para
lyticus ac miseranda lepra respersus: quib⁹
erumnis vitam finiuit. Congregato ve-
ro capitulo generali pisis eo auctore institu

tū. vt gloria tibi domine qui natus es de vir
gine. vsq; ad Epiphaniam continuaretur.
eodem modo quo infra octauam natiui-
tatis dominice cantatur. ⁊ alie rubrice in
breuiario reformate. ⁊ alie addite. Idem
etiam pijssimus cultor gloriose virginis ma
tris iesu instituit. vt fratres populum horta-
rentur ad salutandum eandem: signo cam-
pane quod post completoriuz datur. quod
creditum sit eandem ea hora ab angelo salu
tatam. Tunc translatum fuit venerabile
corpus beati Anthonij ad pregrandem ec-
clesiam paduanam. cuius lingua secundo ⁊
tricesimo sui obitus anno: recens ⁊ rubicū
da reperta est. quam vir sanctus in manibus
deuote recipiens. ac largioribus lachrymarū
imbribus perfundēs. talibus reuerēter affa
tus est. O lingua benedicta: que deum sem-
per benedixisti: ⁊ alios benedicere docuisti.
nunc perspicue cernitur quanti meriti fueris
apud deum. Cui oscula deuote figens: illam
hōeste collocari curauit. Cuius etiam fama
permotus pontifex tunc Clemens. iiij. vt il-
lum in partem sollicitudinis traheret. opulē
ti Eboraceñ. ecclesie prefecit. nec tamen asse
qui potuit: vt vir sanctus eam promotiōnem
acceptaret. qui propositi constans: in religio-
ne maluit permanere: vbi diuitias ⁊ dignita
tes sibi procuraret in celis. Cuius constantiā
pontifex admiratus ad illum: sta inquit in te-
stamento tuo. ⁊ in illo colloquere. ⁊ in ope-
re mandatorum tuorum veterasce. Nunc
vero se offert: numerosior cumulus diuino-
rum scriptorum ipsius. cum parisius legisset
primum librum Geneß nobile opus quod
de septem visionibus Bonauenture intitu-
latur editum est. In libros sententiarum ce-
lebria commentaria edidit secundum ⁊ quar
tum presertim. quos etiam metrice extitit p̱
secutus. Et incipiunt. O fons splendoris:
vas dulcioris ⁊ amoris. Quibus ob subli-
me ingenium auctoris ibi inspersum: senten-
tie sententiarum Bonauenture titulus indi-
tus est. Super euangelijs cōpendiose ⁊ vti-

liter scripsit. Luce presertim cancellarij pie
matris iesu. quam pectori impressam assidua
meditatione semper extitit veneratus. Rur
sus contemplatione sancti Ludouici regis
francie: officiũ de cruce deuotissimũ edidit:
quod ab ecclesia nullo immutato receptũ: in
ea solennitate vbiq3 legitur. Composuit ⁊ so
lenne officium in honorem beati Francisci.
⁊. de ipsius vita historiam serioso tractatu
primum: ⁊ secundo reductoric annotauit.
Composuit ⁊ libellum de sex alis seraphin.
In mõte Aluerne duo nobilia opuscula edi
dit: pijssimas contemplationes flagrantia.
quorum alterum itinerarium mentis in deuz
⁊ alterum in seipsum appellata sunt. Cõpo-
suit ⁊ libellum approbatoriũ religionis men
dicantiũ. quod defensorium appellant. Com
posuit ⁊ libellum de vita christi. siue medita-
tionum passionum ipsius: quem arborem
crucis nominant. Composuit ⁊ breuiloquia.
Item ⁊ sermones dominicales super euan-
gelijs ⁊ epistolis per totum anni circulum.
Item compendium veritatis sacre scripture
Item libellum ordinationis siue institutionis
nouiciorum. Item ⁊ libelluz de stimulo amo
ris. Item ⁊ libellum quem appellant phare
tram in auctoritatibus principalibus docto-
rum approbatorum. quem per alphabetum
extitit prosecut[9]. Et alia plura opuscula vsq3
tricenarium numerum: que in partibus. gal
liarum frequentius habentur in manibus.
Et cum beati Francisci religio: quam annis
octo ⁊ decem sctõ regimine gubernauit ipsi
us monitis ⁊ exemplis: in solidiori sanctita-
tis statu firmata esset: ⁊ viri claritas ob vite
sanctitatem: doctrine eminentiam atq3 ope-
rum diuinitatem: vbiq3 elucesseret. Tum for
te romana sedes plurimum laborabat diffi-
cultatibus: que in ꝯcilio q̊d lugduni ꝯgrega
batur inextricabiles emerserant. Greg[9] tũc
papa. xi. ⁊ reliqu[9] sacer senatus: illectistudio
viri: quem leuandis dictis difficultatibus: ac
vniuersalis eccĩe regimini itelligebãt plimũ
prestiturum: atq3 ob merita alioquin suble-
uandum in cardinalem: quamuis reluctantẽ
promouerunt. ⁊ q̊d rarum ex ipso initio ob
viri excellentiam epm Albaneñ. Morq3 p
tractandis arduis rebus ꝯcilij. vnus omniũ
delectus est. deputatis qui illi assisterẽt Ro
thomagense: ⁊ Tripolitano claris episcopis
illius temporis. qui ⁊ ipsi de religione sancti
Francisci ad episcopatum ob meritum vo-
cati fuerant. In quo concilio de multis illius
sapientia sancte consultum atq3 decretum. ⁊
grecorum cõposite hereses. qui tum presente
paleogolo eoruz imperatore: qui ĩ hoc lugdu
num venerant libere ad romane sedis obe-
dientiam redierunt. Ad quorum reductio-
nem missi fuerant frater Hieronymus de e-
sculo. ⁊ frater bona gratia dalmata ordinis
minorum religiosi eximij meriti. Quibus cũ
litteris reuersis: letus idem Gregorius: fra-
tres ac prelatos qui in concilio aderant: in
lugduneñ. ecclesia conuocauit. vbi vir sanct[9]
preclaram habuit orationem: proposito the-
mate quod legitur Baruch. v. Exurge hie-
rusalem: ⁊ circumspice ad orientem. ⁊ vide
collectos filios tuos ab oriente vsq3 ad occi-
dentem. Successiue in ea vocatione: par
sanctitate: ⁊ operum fructu perseuerans: cuzi
in dei ecclesia diutius laborasset: ita vt cum
apostolo iure dicere posset. bonum certamẽ
certaui: cur sum consummaui. fidem seruaui.
Anno salutis. M. cc. lxxiiij. ⁊ sue etatis ter-
cio ⁊ quinquagesimo: hora matutina diei do
minici. que mensis Iulij erat tercia ⁊ d̊cima
ex humanis sublatus est: ⁊ sanctis patribus:
vt credere debemus: eternum victurus red
ditus. Qua die ipsius venerabile corpus
epulcro reconditur in ecclesia sancti Franci
sci lugduneñ. cum multis lachrymis ⁊ ꝯster-
natione fratrum lamentantium se tãti viri so
cietate destitui. qui parem sibi in dei ecclesia
relinquere non videbatur. Gregorio pon-
tifice permaxime eum reputante: qui ibidez
publice testatus est: ecclesiam dei illius mor-

te magnam incurriſſe iacturã. In cuius exe-
quijs primam miſſam celebrauit frater Pe
trus Tarantaſieñ. epiſcopus: cardialis Ho
ſtieñ. ⁊ ſermonem habuit propoſito themate
Doleo ſup te mi frater Jonatha. Ubi inter
ceteras commemorationes gratiarum ⁊ do
norum: que illi deus dedit. etiam fuit ꝙ qui
cunqꝫ eum videbat: ſtatim ipſius amore ca-
piebatur: eiuſqꝫ monita libenter recipiebat.
greci preſertim: quibus reducendis ipſius di
uina eloquia ⁊ conſilia plurimum contule-
runt: Benignus: affabilis: omnibꝰ gra
tus: ⁊ nulli vnquam ſcandalo: pius: prudens:
humilis: pudicus: ſobrius: caſtus: atqꝫ quie-
tus. quarum virtutum actiones ⁊ officia ſẽ-
per ſtrennue extitit executus. Quod ⁊ ſi nul
lo alio probante doceremur: ſatis ex diui-
nis ſuis ſcriptis liquido patet. quibus tam in
tenſo affectu: ſingula premiſſa proſequitur: vt
niſi per aſſumptum de illis habitum a deo ar
denter illis inſiſtere non valuiſſet. Tuꝫ vero
ꝙ Alexandri de ales preceptoris ipſius teſti
monio mundus ab omni vicio probatus eſt
qui eius vita ⁊ moribus probe compertis:
de eo dicere ſolebat. Uerus iſraelita eſt iſte.
in quo Adam non peccaſſe videtur. Cuius
doctoris auctoritatem tanti apud eccleſiam
valuiſſe cõſtat: vt de illius dictis aut ſcriptis:
nephas putauerint dubitare. Conſumma-
tumqꝫ omnes teſtati ſunt diuinum oraculuꝫ:
per beatum Franciſcum: de illo editũ: futu-
rum eum magnum virum in eccleſia dei: re-
ligionemqꝫ ſuam: magna per illum ſanctita
tis accrementa recepturum. Jam intelli-
gis P. beatiſſime: quod ⁊ per te planius in
telligebas: quis qualiſve fuerit Bonauen-
tura: de quo agimus. cuius vita ⁊ exemplis:
beati Franciſci religio illuſtrata. ⁊ doctrina
omnis terra repleta eſt. Nunc quid ſecũ-
do loco aggredimur pari patientia audire
digneris. dum refero que memoranda om-
nipotens deus in illo. ⁊ ipſius virtute in ali-
os modo ſtrare dignatus eſt A re miranda
exordior. Bonauentura adhuc in mino-
ribus agens: demiſſe mentis humilitate po-
tius qꝫ ex iniuſticia. pluribus diebus abſti-
nuerat pereeptõe ſacratiſſimi corporis chriſti
veritus ne ſi illud indignus ſumeret. iudiciũ
ſibi manducaret ⁊ biberet. Cumqꝫ die qua-
daꝫ in miſſa deuotius adeſſet. deus reſpiciẽs
ad illius humilitatem: particulam conſecrate
hoſtie: de manu celebrantis per angelum ce
ptam: illius ori clementer immiſit. Reſpexit
enim ad humilitatem ſerui ſui: propter quaꝫ
beatus omnibus gentibus ꝑdicat. Rur
ſus cum intenſo affectu ſtuderet. contemplan
do ⁊ annotando vitam beati Franciſci. glo
rioſus ſanctus Thomas de aquino: qui ea
dem tempeſtate meritis claruit. ⁊ Bonauen
ture magna charitate coniunctus fuit. acce
dens ad illius cubiculum: per foramen ho
ſtij illum introſpexit in contemplatiõe raptũ:
⁊ a terra mirifice ſubleuatum. Tum retroce
dens. ad ſuos ſinamus inquit ſanctum: qui la
borat pro ſancto. Simona lugduneñ. bea
tum Bonauenturam viuentem ſumma de
uotione proſequabatur. que ſicut domino
placuit: mortuum peperit. Ad quam euoca
tus vir ſanctus: expoſito cadauere ante illius
pedes: ⁊ mater que in lecto coram ingemiſce
bat. ⁊ relique mulieres que aderãt: ſancti vi
ri opem: in ſalutem mortui deprecate ſunt.
Tum vir ſanctus commiſeratus: manibus
atqꝫ oculis erectis in celum: deuotiſſime ora
uit. Mox ſigno crucis ſuper puerum facto:
viuentem reddidit matri. Tritũ ac frequẽs
apud. lugduneñ. caſtrum villanum. ac totaꝫ
prouinciam: quod mulieres vtero laboran
tes inuocatus exaudit: ⁊ de periculo exi-
mit. Johanna lugduneñ. octo dies con-
tinuos vtero diſtenta. atqꝫ aſſiduo enixu par
turiendi cruciata. deſperauerat de ſalute: mo
nita a mulieribus: que laboranti aderant: ſe
ſancti precibus ⁊ ſuffragijs cõmendauit cer-

tum votum pro salute recuperando faciens.
⁊ statī incolumis incolumē peperit. Pe
trus filius Jo. aiuse caphelier: dextra tibia
notabiliter claudus. ita vt quattuor mensibꝰ
sine baculo nec ambulare nec in vestigijs
consistere posset. precibus voto ⁊ orationi-
bus in sepulcro ipsius factis. ibidem nouen-
nam facere cepit. ⁊ in fine sex dierum filius
melius habere cepit: ⁊ infra nouem dies sa-
lutem omnimodam recuperauit. Eadem in
uocatione simili egritudine liberatus filius
Francisci massodi notarij lugduneñ. No
bilis miles dominus lecorum de vincellis ⁊
de gromellis: pestilenti febre atritus ⁊ exina
nitus erat. quem loquela: sensu: ⁊ motu desti
tutū: extra salutis spē denunciauerat. Mar
cus de ferrarijs nobilis physicus papyen-
sis qui in illo omnia mortalitatis signa pro-
be comperat. Ceterum religiosus quispiam
aderat frater Matulinus biblicus conuen-
tus sancti Francisci lugduneñ. qui comme-
morare cepit: que mira omnipotens deus
per inuocationem dicti sancti operaretur.
Et propterea illius opem in salutem morien
tis poscendam persuasit. Tum votiua inuo-
catione per cognatos ⁊ dictum religiosum
⁊ certo voto pro illius salute ad beatū Bo-
nauenturam facto: qui moriturus videbatur
statim sentire: moueri: loqui: ⁊ melius ha-
bere cepit. ⁊ breui salutem omnimodam re-
cuperauit. Simili inuocatione de grauis-
simis febribus liberati frater Johānes Be
nedicti ordinis sancti Francisci sacre pagine
magister: Ludouica vxor Petri rouer.
Gasparda filia nobilis viri Petri Cario-
nis de chamberiaco. Filius Richardi rida
ni. Soror prinete vxor Claudij Pinolis.
Anthonius cathalanus. Lanzelotus merce-
rius. Stephanus gennes chapelier. famu-
lus Jo. adiusse: de quartana. ⁊ frater Phi-
lippus laicerti. Francisca luem siue for-
micam in collo patiebatur. cuius igni sens-
sim in reliquam corporis partem se proga-
bat: ⁊ teneras puelle carnes misere vrebat
atqꝫ vorabat. super quam dolens Gilber-
tus Alerii infelix pater: ad venerabile sepul
chrum Bonauenture se contulit: illiusqꝫ opē
⁊ suffragia in salutem filie deuotissime in-
uocauit. ac certū votum in hoc fecit. Mox
domum reuersus: extincto igne: sanam ⁊ li-
beram miraculose inuenit. Stephaneta
relicta Johannes Michaelis casu trabis
oculum percussa: graues dolores incurrit.
⁊ in periculum perdendi oculum deducta
fuit. Commendauit se beato Bonauentu-
re: adqꝫ illius sepulcrum virgunculam fili-
liam cum cerea imagine oculorū misit. Qua
reuersa: doloribus liberata est. ⁊ breui inte-
gram oculorum sospitatem recuperauit. In
qua ⁊ illud notabilius. quod cum lugdunum
peruenisset religiosus q̄spiam predicator: verbi
dei: indixissetqꝫ populo qꝫ quicūqꝫ sciret ali-
quid de miraculis beati Bonauenture: qđ
sibi reuelare deberet. eadem Stephaneta
que in suorum oculorum salutem: etiam in-
uocauerat auxilia gloriose virginis marie:
per plexa cuius beneficio sospitatem oculoꝝ
consecuta fuerat. aliquādiu detractauit q̄c-
q̄ꝫ predicatori referre. Tum in grauiorem
oculorum egritudinem incidit. mittensqꝫ eti
am filiam denuo vt antea fecerat ad idem
sepulcrum. ⁊ facta oratione ⁊ voto: miracu-
lose extitit liberata. Tum suum reatum agno
scens: ad eundē pdicatorē accessit: ⁊ reꝝ se-
riem omnimodā reuelauit. Simili inuo-
catione de doloribus ⁊ periculo oculorꝫ li-
berati fuerunt Dionysius de foresta merca
tor. Claudia de piscaria. Claudius poleti
corduernis. Margarita vxor Johannis pe
tit textoris. Jo. adiusse filius Jo. adiusse ca-
pellier dira paralysi repente percussus amis-
sis sensibus: ⁊ media sui corporis inferiori
parte hebes factus cecidit. Cuius casum do
lens pater: flexis genibus commendauit il-

lum beato Bonauenture. ⁊ statim qui ceci-
derat: sentire: loqui: ⁊ melius habere cepit.
Tunc imponentes eum lectice: pater mater
⁊ Petrus alter filius detulerunt eũdem ad
sancti sepulcrum. quem ibidem sistentes: fle-
xis genibus inuocauerunt beatum Bona-
uenturam. ⁊ factis certis orationibus ac vo-
to: sanum ⁊ liberum reduxerunt domum.

Eadem inuocatione de simili egritudine
liberati Franciscus dauegnier. alias rauil
lon. Guillermus de blerena textor. Chathe
rina de bauline. Johanna relicta petri roli-
ni. Margarita relicta Jo. de vaulx aurige.

Illustris dux aurelianeñ. a potenti magne
britanie siue anglie rege captiuus detineba-
tur. vbi veterem quartanam passus inten-
sos capitis ⁊ renum dolores incurrit destitu
tus omni auxilio opem beati Bonauenture
deuotissime inuocauit. in illius suffragijs
deuotissime sperans. Et statim miraculose
doloribus ⁊ egritudinibus liberatus in gal-
lias infra annum extitit restitutus. Mox lug
dunum petens: visitauit venerabile sancti
sepulcrum. ⁊ oblationibus factis gratias
deo ⁊ sancto pro acceptis beneficijs egit: ⁊
que per illius inuocationem fuerat consecu-
tus: religiosis dicti conuentus manifestauit.

Laqueda vxor Nicolai Colinecti lug-
dunensis. horenda lepra respersa atq; in se
cta. suis vitabilis iam diutius detractare nõ
poterat quin relicto lare cognatis ⁊ vrbe mi
serabili consortio leprosorum se redderet.
Que cum semper nomen beati Bonauen-
ture deuote coluisset. ad illius sepulcra pro-
cubuit intensius precata vt misereretur sor-
tis sue deuote: ⁊ oblatione ac voto factis
merĩ atq; a l pra liberari obtinuit Mi
chael de Chel. alias de gennes. in cuius la-
tus dextrum equus vehementi ictu validũ
calcem detorserat atq; impegerat. ita vt dua
bus costis pene attritis: cum magno anhe-
litus impedimento: tres menses languidus
iacuit. varijsq; fomentis delinimentis ac ca-
taplasmatibus frustra adhibitis. desperata
salute commendauit se beato Bonauentu-
re: ⁊ certo voto in illius honorem facto de
periculo exemptus ⁊ saluti extitit restitutus.

Simili inuocatione liberatus etiam
de dolore costarum. Johannes michaelis
de cheual seruiens curie lugduneñ. ⁊ eadẽ
Margarita Jo. petit que de celsiori edium
parte delapsa ceciderat. Jo. garbot
regius secretarius vxorem perpetuo languo
re tabidam siue hydropicam nullo medico
iuuamine curare poterat. accessit ad venera
bile sancti sepulcrum salutem coniugis: imo
communem illi reuerenter cõmendans. ⁊ fa
cto certo voto in honorem sancti: sanam ⁊
liberam domum reuersus extitit cõsecutus.

Jo. dusolier marescallus lugdunensis.
putri ac marcida tibia quattuor menses lan-
guidus iacuit. Cumq; cruciabiles dolores
diutius perpeti non valeret: in sola tibie am
putatione spem coniecerat. Nocte forte
per quietem monitus commendauit se bea
to Bonauenture: atq; vxorem cum cerea
imagine tibie ad illius sepulcrum deuotissi
me misit. Qua reuersa doloribus penitus
exemptus est: ⁊ salutem omnimodam bre
ui recuperauit. Petrus moyer ligne
um molendinum habebat in flumine roda
no. qui affluenti aquarum colluuione elatus
⁊ auctus: molendinum ipsum valida aliogn
catena retentũ violentior rapuit ⁊ in se ⁊ vo
rauit. Quo conspecto idem petrus q̃ semp
coluerat beatum Bonauenturam ad illius
sepulcra confugit. ac procumbens reuerenter
precatus est vt a sui deuoto calamitosam iactu
ram auerteret. Mox egressus: inconcussum
molendinum ad alteram rodani ripam in lit
tore ciectum: ⁊ miraculose restitutum con
spexit ⁊ recuperauit. Stephaneta ma
ter predicti Francisci dauegnier: alias de ro
uellon ide squilincia in extremis laborabat
Que allatũ dñicum corpus: nec agnoscere
nec recipe potuit. Quo egerrime ferẽs Frã
ciscus filius: q probe matrem magna deuotio
ne beatũ Bonauenturã semp coluisse. ad illius

venerabile sepulchrū ꝯfugit. deuotissime p̄ca-
tus ne sustineret sui deuotā sine salutis via
tico vita decedere. Domū reuersus fidelissi
me sperās in btō Bonauētura: corpꝰ dn̄icū
iterū afferri curauit. Qḋ stati agnitū mr̄ re-
uerenter recepit. Venerabilis religiosus
pr̄ Bn̄dictꝰ de lulino ordinis. s. Antonij vi-
enneñ. ꝓcurator domus. s. Antonij lugḋ. cē
suales libros domus amiserat. quos multa
adhibita diligentia repire non valuit cū ma
gno scādalo ⁊ detrim̄to domꝰ. accessit ad ve
nerabile sepulcrū bti Bonauēture: ⁊ ibidē
accensis candelis ꝯmēdauit se eidē. ⁊ domū
reuersus libros meruit inuenire. Pari i-
uocatiōe richardus ridani mercator amissa
instr̄a ꝓbatoria ⁊ alias res apothece valuit
inuenire. Itidem ⁊ fr̄ Petrus fabri res ad
sui vsū deputatas amissas. Margarita
gruelle vxor hugonis Francisci burgūdi cal
zetarij hītatoris lugduñ. intenso podagre do
lore cruciabatur. Que cū probe noscet me-
dicam artē i h̄ paꝝ valere: ꝯfugit ad īuoca-
tionē suffragioꝝ bti Bonauēture: ⁊ gūcu-
lāq3 filiā: cū cerea pedis imagine: ad illius se
pulcra reuerenter misit: ⁊ stati podagra ex-
titit liberata. nec illa vnq̄3 decetero grauata
fuit. Eadē inuocatione liberata Catheri-
na vxor Jo. textoris de hispania. Et filiꝰ ma
gistri Frācisci massedi notarii. Margari
ta vxor bn̄dicti garrini. filiū habuit i inguini
bus ruptū ac vlceribus misere putrescētem.
Qui medica manu sectus: in deteriorē statū
ac certū mortis ꝑiculū deductus fuit. Qḋ in
gemiscens mr̄ que sp̄alius btm̄ Bonauētu
rā venerabat̄. ad illius sepulcrū reuerenter
ꝯfugit. ibidēq3 deuotissime p̄cata ē vt sue or
bitatis misereret̄: nouē nāq3 in illius honorē
facere cepit: ⁊ octaua die sanū ⁊ libeꝝ ꝯseq̄.
meruit. Petrus morget doliū vino plenū
in cellariū inferēs: illius oneri ipar p̄ssus suc
cubuit. ⁊ i illo suꝑ eū incūbēte quassatus fuit
ac pene ꝯtritus. ꝯmendauit se btō Bonauē
ture: ⁊ salutē ꝯsequi meruit. Sili i inuoca
tione liberata illius cognata: que casu spatu-
lam ⁊ brachiū enormiter leserat. Sūt pre
terea ⁊ alij innumeri: qui meritis eiusdē scti
de varijs doloribus: egritudinibus: ac ꝑicul'
miraculose liberari meruerunt: quoꝝ singu-
los si recensere pergam: p̄nti opi detrimēto
potius q̄3 vsui aut fauori idubie futurꝰ ero.
Hoc tn̄ loco nō ꝯmittā vt silentio transeam
stupendū ac memorabile quiddaz: qḋ oīpo-
tens deus ad ꝓhibendū certū testimoniū san
ctitatis viri in illius venerabili corꝑe ꝓ sua
demētia monstrare dignatus ē. Dū idē ve-
nerabile corpus trāsferret̄ ad nouā eccl'am
ad titulū scti Francisci lugduni erectam: cen
tesimo ⁊ sexagesimo sui obitus āno. reliqua
corpis ꝑte alioquin exesa atq3 corrosa. caput
tn̄ solidū: capillamētū herēs: labia: dentes: ⁊
lingua: in nullo a vitali statu aut colore demu
tata reꝑta sunt. Erat ꝓfecto diuine clemen-
tie: illud os a putrefactiōe seruare: qḋ ad salu
tem fidelium atq3 in diuis laudibus sꝑ exti-
tit oꝑosum. nec dare sctm̄ suū videre corrup
tionē. Extant preterea crebra ⁊ memorā
da beneficia que frequēter ꝯciues balneo re
gini ⁊ vrbenetani: ꝑ inuocatiōem eiusdē sācti
meruerunt obtinere. de quibꝰ tā multis ve
vnū aut porro duo recēsere nō piget. Laol
domia vrbenetana filiaꝝ sarcina onerauerat
domū. ac ꝓinde Frācisco matthei nebievīro
quodāmō inuisa: qui rei familiaris angustia
ipar sarcine matrimonio abstinebat: de quo
non nisi feminas ꝯpeat proficisci. Eos cōiu-
ges consolatus venerabilis religiosus mino
rum mgr̄ Frāciscus de aquaꝑendente: qui il
lis admodum cultus erat: affirmauit se hr̄e
documenta ex institutis scti Bonauēture: q
si moniti suscipent: masculinā prolem conse-
querent̄. Auscultantibus vna mecum īquit
votiuas effundite p̄ces ad gl'iosum Bona-
uenturam: ⁊ pie speretis assequi qḋ optatis.
Qui pentes monitis: pauculis diebꝰ ignē
de ꝓli oꝑam indulserūt: ⁊ vxor grauida fcā
est: ⁊ statuto mense masculū peꝑit: cui nomē
ex instituto eiusdē religiosi Bonauētura im
posuerunt. laudātes deū ⁊ sctm̄: in cuius vir

tute mirabilia secum operatus est. Triennio
post dum ea ciuitas Epidimie morbo atqꝫ
internicinio grauiter affligeret: domus om
nis coniugum eo veneno respersa est: ⁊ fi-
liabus omnibus extinctis: Bonauẽtura ex-
tra spem salutis constitutus: credebatur pa-
ri mortalitate iaꝫ iá sorores secuturus. Qui
etiam immundorum spũum presentanea in-
stantia vexatus: nulla domus parte illorum
persecutionem effugere poterat. clamitans
ĩfelix succurrite gladio ⁊ fuste. hos spũs ma
ligniores fugate. Parentibus ꝑ talium affli
ctione ⁊ mesticia consternatis: atqꝫ omni ꝑ
sus remedio destitutis subijt sancti recorda-
tio: cuius munere filium fuerant consecuti.
mox in spem adducti. illum hac prece precati
sunt. Sancte gloriosissime: qui benignus no
bis hunc filium procurasti: eadem benigni-
tate prestes vt fugatis malignis spiritibus: a
peste saluum retineamus. Et prece facta spi
ritus extorres exclusi: febris cessauit. ⁊ breui
puer oĩno ab egritudine saluus surrexit: cuꝫ
magna parentum ⁊ oĩuꝫ ciuium leticia. gau
dentium ꝙ ad superandas morborum ⁊ spi
rituum malignitates: defensoris tam validi
presidio cognoscerent se munitos. Pos-
sem forte ineptus videri: si studens cepto ꝑ-
sequar diem absumere: recensendo miracu-
la. quoruꝫ relationi nec diem nec certe dies:
sufficere satis scio. Sed quid vlterius exqui
rimus miracula. quasi vero Basilium ma
gnum: Hieronymum. ⁊ Augustinum no-
stre fidei lucida sidera. Thomam aquinateꝫ:
⁊ alios q̃ꝫ plures. quos ĩ dei ecclesia sanctos
colimus: ob miracula: non autem ex diuini-
tate doctrine miremur ⁊ veneremur. Quos
tamen sanctitatis testimonium: nõ ex alio cer
tius consecutos probe intelligimus: q̃ꝫ ex eo
rum cõmentarijs: que vt diuinitatis plena.
non nisi per infusam scientiam poterant edi
disse. ex quibus spiritumsanctum in eis ha-
bitasse verius comprobatur. Atsi porro mi-
racula exigimus. non tã que per illuꝫ ĩ alios:
q̃ꝫ que in eoipso apparuerint consideremꝰ.

Si igitur diuum Bonauenturam ĩ suis
operibus miraculosum iam constat. si infu-
sam dono sancti spiritus obtinuisse sciam di-
uina illius ꝯmentaria profitentur. Si chari
tatis officia ardentius executum. Munda-
nos honores contempsisse. Affectus terre-
norum abiecisse. In persecutionibus constã
tem mansisse. In beati Francisci ac vniuer-
sali religione fructuosum extitisse. Si super
na vocatione. vt paulum in sortem dñi mira
culose conuersum. Si diuino beati Franci-
sci ꝑsagio sctm̃ predicatum. Si alexandri de
ales doctoris irrefragabilis ipsius precepto
ris sedula obseruatione sctm̃ comptuꝫ ac iu
dicatum. Si religiosorum minorum voto q
sanctitate pollebant vt sanctior summus pre
latus assumptus. Si romane sedis iudicio vt
clarus meritis: ad vniuersalis ecclesie regi-
men profuturus ascitus. Si deniqꝫ cõi oĩum
opinione fideliũ sctũs tenet: ⁊ noĩatur ⁊ co
litur. Si benignus succurrit quottidie inuo-
cantibus se. Poterat sanctitas tua etiam nul
lo petente. sancto: qđ vnum deerat publicos
honores decernere: q̃ꝫto magis id õbes cel
sorum principum votis. Accedunt pientissi
me preces serenissimorum ac clarissimoruꝫ
Frederici romanorum regis semper augu-
sti. Ludouici francorum christianissimi. Fer
dinandi Sicilie. ⁊ etiaꝫ Matthie hungarie
regum catholicorum. qui cum de republica
christiana bene mereri sueti sint. digni certe
videri debent. qui a sanctitate tua tã sanctaꝫ
rem impetrẽt. Rogãt preterea illustres du-
ces: ac populi: ac loco maximi muneris hoc
petunt. Calabrie. Venetiarum. Mediolani
Sabbaudie ⁊ ducisse Calabrie ⁊ barbonij.
Florentini. Seneñ. Perusini. Lugduneñ. ⁊
ciuitas balneoregij. que lꝫ humilis sit: tñ cla-
rissima ⁊ deo gratissima videri dꝫ. cui conti-
git tantuꝫ sidus producere. Rogat preterea
istius ordinis reuerendissimorum patrũ Jo.
de Arogonia eiusdeꝫ serenissimi regis Fer
dinandi illustris proles. que sanctos qui ĩ eo
ordine claruerunt religiosius veneratur ⁊

colis. Exigit deniqꝫ suo iure beati Francisci sctã religio. cuius alũnus vel iusta petẽti. deesse non potes. Exigit ⁊ ipse sanctus: ex promissione omnipotẽtis dei: nomine facta: istẽ nue militantibus. ꝙ illorum laudes cantet ecclesia. ecclesiastici. xliiij. Cui obligationi ipsi⁹ vicarius satisfacias necesse est. Tam multis igitur vinculis obligatum nullus iudex quãlibet fauorabilis nisi soluentem soluere posset Magnus ab infernis reuocetur Tulli⁹ vmbris. ⁊ te defendat Seruius vsqꝫ lꝫ. non potes absolui. Compta preterea que dixi singulari studio. qđ prenoscendis vite ⁊ miraculis sancti: exactissimum indulserunt reuerendissimi patres Julianus đ rouere sancti Petri ad vincula ordinis eiusdem meritus protector. Stephanus Mediolaneñ. ⁊ Franciscus de Gonzaga mãtuanus. tue sanctitatis in hoc commissarij. Mediolañ presertim quem contra aduersam valitudinem acri instantia colluctantem: a sancto proposito: nec proprie salutis ratio valuit retardare Qui etiam reuerendissimi patres illecti studio compte sanctitatis viri. id instãtissime poscunt. Quid igitur tua sanctitas vlterius differt. quid cunctatur. quid alterius glorie id ꝑrogat. Multa certe extãt celebria tua gesta. que te ac tuos illustrant atqꝫ perpetuo illustrabunt. nil tamen sic eque Romano pontifici gloriosum meo captu contingere posse crediderim: qꝫ vt sancto pro meritis publicam celebritatem decernat Quã ⁊ tu pater beatissime. qui omni iure necessitudinis btõ Bonauenture coniunctus es. auctoritate oĩpotentis dei. quem semideus mortalibus in terris referes: supplicantibus concedere: pro tua clementia benigne digneris.

¶ Libri ⁊ tractatus vna cum oratione in vitam ⁊ miracula sancti Bonauenture: generalis quondam ministri fratrum minorum Cardinalis episcopi albanẽsis ⁊ sacre theologie doctoris seraphici: per Bernardinum Misintam pap̃. sumptibus Angeli Britãnici: vigilanti cura impressi finiunt feliciter. Brixie: Anno grẽ. M. cccclxxxvij. pridie Calenđ. Januarij.


BIBLIOTECA
XV
CENTRALE
FIRENZE

